




GODESCALCI  
STEVECHII  
HVS DANI,  
*Departiculis Linguae Latinae*

L I B . I.

IN QVO, DE IIS, QVIEVS TANQVAM.  
neruis, nodisque, orationis membra vinciuntur, &  
confiringuntur.

Adiecti sunt duo indices, studiosis ad vsum, atque imitationem Particularum utilissimi.



CORONAE TRI IN<sup>o</sup>,  
Apud hec A<sup>r</sup>tholdi Brckmann  
Anno M<sup>DC</sup> L<sup>X</sup>XXI.  
Civitatis & pri<sup>i</sup> legio SAC. Cae. Maiestatis.



360



Ob. 6. II. 3126

# N O B I L I S S.

## C L A R I S S. Q. V I R I S

### D. IOANNI VV Y T S I O: D O.

M I N O D E B O V C H A R D E R I E

D.Paulo & D.Lamberto VVytſio, germanis

fratribus Godescalcus Steyyechius

Husdanus, S. D.



T S I non dubito, Nobiliss. &  
Clariss. Viri, quin plus satis ex-  
ploratum sit, nec pauca, nec  
exigua, de sermonis Latini co-  
pia, elegantia, phrasibus, obser-  
uationibus, & cæteris id genus scriptis, vo-  
lumina; à multis, & ijs præstantissimis viris  
in lucem edita esse; at tamen in eodem hoc  
scripti genere, omnem omnino ansam nobis  
aut præreptam, aut sublatam esse, nullo mo-  
do confitendum videtur. Quidquid enim ijs  
licuit, quare idem nobis, posteris item nostris,  
quibus aliquid deesse videbitur, denegari de-  
beat, eaussam nullam video. Nam, vt capita  
hominum infinita sunt, & pro eo non minus  
variæ singulorum sententiae: sic item infinitus  
veterum librorum numerus, & exinde varius  
eorundem stylus atque uſus diuersus. Simul  
enim scriptorum Romanoru / quos folios hic  
spectamus; lecitare libros in animum induci-  
mus; occurrunt, qui sola verborum suauitate,

T 2 ac gra-

## E P I S T O L A

ac grauitate sententiarum nos inuitant atque  
pelliciunt: alij, qui viuendi præceptis, exem-  
plisque optimis, & ipso rerum pondere magis  
nos capiunt, & ad se trahunt. Qui alterum hoc  
studij genus sequuntur, quiq[ue], non tam vt  
doctiores, quām vt meliores euadant, elabo-  
randum sibi putant; eorum certè institutum,  
vt optimum, ita maximè imitādum fateamur  
necessē est. quanquam & illi sua quoque laude  
non careant, qui, dum per ætatem ad summa  
illa fastigia, atque intima rerū penetralia præ-  
clusum sibi vidēt aditum; in vermiculato illo  
verborū emblemate toti sunt, ibi se delectant,  
& in eo dispiciendo animi vires intendunt, at-  
que exercent Qua in ipsa verborum confide-  
ratione, quanta ingenij acie, quām accurata di-  
ligentia versandum sit, qui ignoret, arbitror  
esse neminem. h[oc] enim à nouis, obsoleta; ab a-  
ptis, obscura; à tralatis, proprias ab illicitis, &  
insolentibus; licita, & vfitata secernenda veni-  
unt. tum obseruandum, quid in alienum locū  
immigrarit, quid conciderit in suo: quid orna-  
tus, quid necessitatis caufsa adhibitū: quid in-  
fertum, quid loco positum: quid denique lene  
sit, quid stridens, & asperum. tum alia id genus  
nec pauca, nec vulgaria. Quæ quidē res, si Ro-  
manæ quoque iuuentuti moram, & impedimentum  
sæpè intulit, cui tamen & ipsa rerum  
vocabula in matris gremio nascebantur, neq[ue];  
deearant postea, vnde & præceptis instrui, & iu-  
uari exemplis possent: debet certè eadem illa

no-

## D E D I C A T O R I A.

nobis, quibus peregrina lingua addiscenda est,  
quibusque à mutis magistris petenda sunt om-  
nia, non modò non facilis, sed, sine longa exer-  
citatione, nequaquam cōparanda videri. Quod  
equidem probè perspexisse videntur omnes il-  
li, quotquot in lexicis componendis, in phrasí-  
bus feligendis, in elegantia verborum obser-  
uanda, toto deniq; orationis ornatu ostenden-  
do, vt multum temporis, ita laboris quoq; plu-  
rimum posuerunt. Quibus omnibus licet vnū,  
atque idem fuerit propositū, iuuentuti, ad per-  
fectam Latinę linguę cognitionem contendē-  
ti, in tenebris lumen præferre; eidem quoquis  
loco labore suo, suaq; industria adesse; pari ta-  
men omnes methodo vfos, & eandem ad lati-  
nitatem viam patefecisse, vel tacente me, eo-  
rum libri aperte negabunt. Hinc est, quòd non  
tantum nobis, verūm posteris quoq; nostris, si  
alibi, certè in hoc scribendi genere, voluntatem  
liberam, liberumq; conatum relinquendū ex-  
stimem. Quæ quidem opinio tantum apud me  
ponderis habuit, vt non modò colligere Lat-  
inæ linguæ particulas, verūm etiam de ijs in lu-  
cem proferendis cogitare ausus fuerim. Vnum  
illud relinquebatur, vt libro huic nostro de pa-  
tronis prospiciendum esset, ijs & acerrimis, &  
pluribus. quòd his, si qui alij, maximè indigere  
videantur homines incogniti, & quasi in scena  
noui. Ego præter vos, Nobiliss. & clariss. Viri,  
alios adhibere nec volui, nec debui: vt vellem,  
præter humanitatem vestram, singularis illa in

## E P I S T O L A

me benignitas monuit: vt deberem, præter ar-  
tium liberalium, quæ in vobis est, scientiam; &  
quod caput est, Iuris nostri perfectissimam co-  
gnitionem, summa ex utroque parente generis  
nobilitas, nominisq; celebritas effecit. Nominis  
celebritatem vos ex eo maximè consecutos ar-  
bitror, quòd superior ætas nō tantùm patrem  
vestrum, sed & auum, per omnes vitæ dies, to-  
tius Flandriæ V Vatergrauios viderit. aui quo-  
que virtutem eximiā, singularem in rebus ge-  
rendis fidem atque industriam, post Imperato-  
rem Maximilianum Austrium, eiusdem filius  
Philippus, & dein inuictissimus ipse Impera-  
tor Carolus V. diu, multumq; experti sint. Ma-  
tris autem vestræ D. Catharinæ Vilain quanta  
fuerit prudentia, & in liberis educandis solici-  
tudo; quām graues, & quām integri mores; quām  
admiranda, & suprà quām in eum sexum cade-  
re solet, animi fortitudo atq; constantia, tacēte  
inter reliqua Belgij oppida, vna Mechlinia  
satis superquæ testabitur. Patrijs porrò vijs illis  
quā gnauiter ipsi vos sitis ingressi, vt ego præ-  
teream, testes erūt, quas domum duxistis, cum  
dote lautissima, nobilissimæ, optimæque con-  
iuges vestræ. His omnibus alia etiam caussæ  
priuatæ accesserunt, quibus in tatum acquieui,  
vt iam ab ea hora, qua pedē primū in hoc opere  
posui, quicquid hoc muneris futurum erat, nō  
alijs, quām vobis coniunctim deferre statuerē.  
Tum ad extremūm, qui ad suscipiendum hoc  
negotium primos admouerat stimulos, idem  
quoque ad perficiendum acerrima fæpè calca-

## DEDICATORIA.

ria addidit, meus & in rem litterariam, & in omnem humanitati deditam iuuétutem amor, ac benevolentia. Inter eam tamen, certo dele-  
 clu adhibito, post mellitos filiolos vestros, in-  
 ter ceteros nepotes & consanguineos, primum  
 locum tribuo Maximiliano & Antonio Ber-  
 nardijs ex D. Guilielmo Bernard Tornacen. &  
 Maria V Vytz charissima vobis sc̄ rore prognat̄is, adolescentibus bonæ spei, ac modestis. Eo-  
 dem quoq; loco esse cupio, Ioan. Guilielmum  
 à Spangen, Domini de Spāgen, Boudry, &c. fi-  
 lium, eiusq; cōsobrinum V Valrauiū ab Haef-  
 ten, Dom. in Haeften, Hervvynen, &c. iuue-  
 nes stirpis nobilitate clarissimos, modestia sin-  
 gulari, & mihi, cuius nunc fidei commissi sunt,  
 obsequentissimos. Ne longus sim: Habetis  
 Nobiliss. & clariss. viri, munus per se quidem  
 exiguum, at tale, vnde colligere sit, aut quid ef-  
 fecerim, aut quid efficere conatus sim. Quale  
 quale tandem est, vobis, vestroqué nomini  
 tum illud offero, do, dedicoqué. Nunc autem,  
 si, vt alijs non male doctis labore rem atque insti-  
 tutum hoc meum placuisse sensi, vestris iti-  
 dem calculis probari intelleixerostum profecto  
 me pretium operæ fecisse putabo, &, quod me  
 Seneca docuit, iudicia æstimabo, non numera-  
 bo. Valete. Et primitias hacte nostras eodem  
 quo vobis oblatas iri animo cognoscitis, acci-  
 pite, &, quod potestis, tuemini, atq; defendite.  
 Colonia Agrippina in Vbijs. Cl. 1o. LXXX.  
 a.d. 6. Id. Augusti.

AD EOS, QVI IVVEN-  
TVTEM IN LATINIS LIT-  
TERIS EXERCENT, A. GE-  
rardi Dalanthi Medici,  
Husdani car-  
men

**Q**uisquis Romano cupidā sermone inuentam  
Fingis, ut antiquos scripto imitetur auos:  
**H**unc tibi cum primis versandū sume libellum,  
Hunc tuus assidua grex terat usquè manu.  
**N**on meliore potest aliunde augescere fruge,  
Qui recta ad Musas nititur ire via.  
**N**am quae primates Romanæ vincula lingue,  
Ceu neruos, scriptis inservere suis,  
**H**ic lustrare datur, proprioq; aptare cothurno;  
Ut pulchrum niteat, quod stylus urget, opus  
**V**t tua natiuo candore oratio picta  
Fulgeat, & Latium spiret ubiq. melos:  
**I**ste viam certa monstrat ratione libellus.  
O quanta exigua commoda mole latent!  
**M**aecte isto Godes calce animo: sic itur ad astra:  
Ista immortales arte parantur opes.  
**R**es fluxas vulgus male sanū & inania capte:  
Aureate semper Palladis umbrat egat.

AD

# AD GODESCALCVM

Steuuechium suum Ioan. Antonij  
Barvicij Tetraastichon.

*Vtilis haud ulli doncc latet abdita fundo,*

*Eruta sed pulchro gemma colore nitet.*

*Sic quas Ausonijs Godescalce ex fontibus ad-  
fers,*

*Tot mihi sunt gemmæ; quot tibi Particulæ.*

## IN GODESCALCI STEVVECHII

Husd. de particulis lib. Gabrielis Rolandij Ant-  
uerp. epigramma.

*Diminuit nati vicium pater, & decus auget,*

*Hinc fuscus pulcer, hinc strabo pætus erit:*

*Contra STEVVECHVS, nam quas parit ore  
diserto,*

*Sunt partes, quam sint particulæ, potius.*

*Credere habes quicq; nefas mihi vera moneti,  
Vel partes, vel sis, neglige particulas.*

*Confestimq; scies, Latij deserta Camœni,  
Stridulaq; Arcadico te edere verba sonu.*

## IN EVNDEM MAXIMILIANI BER- nard. Tornacensis Hexastichon.

*Multa Minerua tibi debet Godescalce, sed ipsa*

*Cum Musis debet plus tibi Roma suis.*

*Nam quod Sisyphij multos vetuere labores  
Tangere, perfectum dat liber omne tuus.*

*Particulas dico, decus, Ausoniæq; lepores  
Linguæ, quas lectas vndique suppeditat.*

# AD LECTOREM

## PRAEFATIO.

**N**ON iniuria, beneuole lector, Homericus ille Phœnix Achillem suū ῥητήρα μυθῶν πρι-  
πλήρα τε ἐργά, in sua institutione formare  
voluit. animaduerit enim perspicacissimus  
iuuentutis formator, duabus potissimum rebus, actione  
scilicet, & sermone, omnia contineri, quibus & ipsi vitæ  
tueri, & alijs quamplurimis prodeesse debemus. Actiones  
gubernat cognition, cuius primum munus in pietate, inde  
in ambi virtutum genere, & liberalium artium perce-  
ptione versatur: alterū illud tanti est, vt vel Crasso ipso  
apud Ciceronem, nihil possit aut iucundius esse, aut magis  
proprium humanitatis, quam sermo facetus, ac nulla  
in re studio. Praestamus siquidem feris hoc uno vel maxi-  
mè, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere di-  
cendo sensa possumus. quamobrem quis hoc non iure mi-  
retur, summeq; in eo elaborandum esse arbitretur, vt,  
qua vno homines maximè bestijs praestent, in hoc homi-  
niis ipsis antecellat? Antecellere autem in Latina lin-  
gua neminem vñquam putauit, nisi quis eo sermone uta-  
tur, qui & hominum Romanorum auribus, & foro erudi-  
ta non sit intolerabilis. Quod equidè praestare nostros  
non arbitror posse, nisi diu, multumq; in ea lingua & co-  
gnoscenda, & exprimenda studiofissime exercitatos.

Exercendi autem via cōmodissima, & expeditissima  
semper visa est, perceptis statim Latinæ linguae elemen-  
tis, à perito, et industrio præmonstratore ad eos deduci  
scriptores, à quibus simul cum moribus optimis, verba  
quoq; & phrases purissima imbibātur. Horum primum  
locum

## PRAEFATIO

locum communī omnium calculo vnuſ & tenuit, ſemper-  
quē tenebit M. Tul. Cicero. cui tandem & alij, quibus  
non minus limpide fluat oratio, adiungi poterunt coetanei.  
Quorum in ſcriptis quemadmodum versari nos o-  
porteat, oſtenderunt iij, qui de imitandi ratione prece-  
pta dedere. De qua ipſa re, quot, & quām varie fuerint  
ſententiae, dum inter Angelum Politiarum, & Paulum  
Cortesium: D. Erasmus Rot. Stephanum Doletum, &  
Iulium Cæſarem Scaligerum: Francif. Picum Miran-  
dul. & Petrum Bembum decertatum eſt, neq; loci eſt  
huius, neq; instituti noſtri. Tātum dico: illos imitationē,  
tanquam a natura alienam, non admifſe; hos contrā,  
nobis neq; utilius quicquam, aut magis necessarium imi-  
tatione hac, contendiffe. Quæ quidem imitatio (vt, quō  
contendimus, tandem aliquādo perueniamus) tribus po-  
tiſſimum conſtat. ſplendida verborum copia, & delectu-  
arguta ſententiarū varietate, & ſuavi cōponendi ratio-  
ne. Verborum purā, & ſplendidam ubertatē, ſi quis vſu  
cōparare ſibi minus potuit, praefō ſunt, vnde petat, ſi ali-  
as vñq; hodie imprimis lexica Latina: ſententia. Am  
illam varietatem & argutiam natura potius, quām imi-  
tatio ſuppeditabit. hinc compositionis ratio ſequitur, de  
qua precepta daturi Rhetores, eam tripartitā faciunt.  
Prima pars verborū ſingulorum eſt, quæ ad eum. modū  
iungenda, & aptanda illi praciipiunt, vt ne duriore cōſo-  
nantium cōcurſu verba extrema cū ſequentiibus aſperius  
collidantur; né uē hiulco vocaliū concurſu vaſtius didu-  
catur oratio. In altera, de inciſis & mēbris, κόμματα  
et κῶλα Gracci vocāt, diſſertatio omnis: illorū magnitu-  
dinē, ſex: horū, 18. ferè ſyllabis circuſcribunt. Tertio loco  
periodus ſequitur, qua ſententia & rationem concludit.

omnis

## P R A E F A T I O.

omnū enim oratio, aut incisis disiuncta est, aut membris  
absolutur, aut uno ambitu est circumducta.

Præclar a quidem, & utilissima illa omnia: quanquā  
ad meum sensum non usq; eō absoluta, vt in ijs nihil de-  
fiderari, nihil adiurgi posse videatur. Nam ad illa Rhe-  
torum, non minimum facere eas voces arbitratus sum,  
quibus tanquam nervis, nodisq;, in connectendis oratio-  
nē membris, Romano illo saeculo, perfectissimi scriptores  
vsi sunt. Qui nodi quod orationem vincunt, ita longo sa-  
pè interuallo, vt sagacissimum quoq; lectorem non raro  
fugiant: putauit quidem me nō male operam colloca-  
tum, si omnes id genus voces ( Particulas appellare pla-  
cuit ) in vnum volumen congetas, & quasi in taberna-  
diuersis loculis distinctas, exponerē. Fuit namq; id mihi  
semper, nescio quo modo persuasissimum, eas ad sermo-  
nis libertatem, ornatum, vim, ac varietatem adiumenti  
allaturas esse nō parum, plurimum etiam subsidij his, qui  
melitorum scriptorum imitationi deditos sese profitetur.  
Si enim in vasis, ceterisq; rebus manuactis ad aliarum  
similitudinem formandis, post comparatam materiam,  
partibusq; singulium effectis, nihil aquè solicitum ha-  
bet fabrum, quam ut partium aptissima fiat compositio,  
& coagmētatio: Si in ædibus ad aliarum similitudinem  
extruendis, non longitudinis, altitudinis, latitudinisq;:  
sed etiam commissuræ & contignationis rationem ha-  
bere solet diligens, atque industrius faber: Anne conue-  
niens est, qui ad Ciceronis, & reliquorum Rom. elegan-  
tiam accedere quam proximè conantur, de Particulis  
his, eis claviculis orationis, vt fabrum, itidem illos labo-  
rare? Quarum illa vis est, & efficacitas, vt ijs neglectis;  
non aliter quam sine clavo nauis; huc ag; illuc fluctuans  
oratio,

## P R A E F A T I O.

oratio, neq; confirmare se: neg<sub>3</sub> in cursu perseuerare pos-  
sit: adhibita verò non vincitā modō, sed etiam nervosam,  
numerousam deniq; efficiant, etiam sine industria. Hinc  
est quod viri aliquot celeberrimi de Particulis colligen-  
dis iam antē cogitarint, & de ijs proferendis, non exi-  
guam spēm rerum huiusmodi studiosis quandoq; fece-  
rint, qui rebūsne grauioribus, quō secius fidem liberarint,  
impediti, an verò laboris tēdio ab instituto & sententia  
decesserint, non meum iudicium est. Illud dicam, quid-  
quid hoc libelli est, à me summo labore, multisq; vigilijs,  
nec paruo meo in studijs grauioribus damno, cōfectum,  
si tibi beneuole lector placere intellexero (vñi certè fore  
dubitavi nunquam) iam ego, quod intendi, abundē me  
consecutum arbitrabor: quanquam, vtrumq; vi effe-  
rem, quantum potuit: quātum per occupationes priua-  
tas, huiusque intestini bellum tumulus, & calamitates li-  
cuit, adixum me esse diffiteri non possum.

Nunc autem, ne qua in parte operam, aut diligen-  
tiam meam vltra desiderare quis posset, visum est, quic-  
quid ad libri nostri ordinem vñumq; pertinet, paucis illat  
abscribere. In primis ordo ille litterarius, quem à capite  
ad calcem vñq; seruatu n vides, exceptis ijs, qua alijs ap-  
pendenda videbantur, nedum iuuentuti commodus, sed  
etiam in hoc scribendi genere facillimus semper iudica-  
tus est. ea in re, si forte alicui non fecerimus satis, loque-  
tur pro nobis prior ille & luculentissimus, & utilissimus  
procul dubio index. Hoc amplius, in toto hoc opusculo  
nihil prepinabitur, nisi ex ijs fontibus haustū & deprō-  
ptum, ex quibus solis incorrupta latini sermonis integri-  
tas peti & potest, & debet: quanquam ex omnibus non  
per equē multa, vt paulo post tabula statuimus ostendere.

vnde

P R A E F A T I O.

vnde exēplaribus quoq; vsum me animaduertes & ca-  
stigatisimis, & maximè probatis. Ex ijs autem, vt ca-  
suis auribus non intolerabilia, item iuuentuti maximè  
vñi futura testimonia, seu exempla desumpsimus. qui-  
bus tamen prolixioribus, & quandoque pluribus vten-  
dum fuit, quò Particularum vñus magis elucesceret.

Sicubi verborum longiores videbantur ambages, ad-  
iecta notula, (&c.) aliquid fracidisse me indicium feci.  
mirum enim quas plagas, ex illa sententiarum mutila-  
tione, à Grammaticis regularum causa, vt illi loquun-  
tur, introducta, boni olim scriptores passi sint.

In exemplis ipsis orthographiae rationem, licet diuer-  
sam sèpè, suam cuiq; sartam tectam relinquere, quàm  
vel in minimo alteri deregare, maluimus. Eadem dili-  
gentiā, et fidem in verbis quoq; præstimus: nisi tamen,  
quia vñu venit, vt ex collatione librorum, variae lectiones  
subinde emergerent, facere non potui, quin eos, quibus-  
cum sentirem: et si suis scriptis, ac monumentis satis su-  
p̄i celebres, cū modestissima laudis significatione no-  
minarem: sicubi verò me vel iudicium, vel opinio, vt  
ab alijs dissentirem, fecit; factum illud multo quidem,  
quàm illud alterū, modestius, ne ipso quidem, à quo sta-  
re non possum, nominatim appellato. Semper enim mi-  
bi mirabilem in modum placuit illud Socraticum, pro-  
bare ea, quæ simillima veri videantur, conferre caussas,  
& quid in quamque sententiam dici posit, expromere,  
nulla adhibita sua auctoritate, iudicium audientium re-  
linquere integrum, ac liberum. Quam quidem consuetu-  
dinem M. Tul Ciceronem tenuisse, ipsius de Divinatione  
libri testantur. qui alibi quoque & refellere sine perti-  
nacia, & refelli sine iracundia paratum se se proficitur.

Quàm

## P R A E F A T I O.

Quām velim nostri itidem seculi homines, ea inter se  
quām sēpissimē vti. qui nōnunquam vnius aut emenda-  
tionis, aut variae lectionis, ne dicam syllaba, aut littera  
minutissima causa se mutuō infestē adeō petunt, & a-  
criter adeō digladiantur, vt quae media est Minerua,  
quō latere tecto abscedere liceat, non abs re casside, cly-  
peo, & hasta, à loue patre, donata esse videatur.

Si qua in re aliorum vel inuentione, vel labore pro-  
feci, me, quibus debui, egregiè acceptum retulisse, dili-  
gens Lector facilè considerabit. In testimonijs excerpten-  
dis, quō sua cuīg, exemplaria ysui sint, librorum nume-  
rum, & capita adscribere, quā, vt adhuc fere alijs, certis  
paginis, certisq, editionibus te adstringere consuliūs pu-  
taui. In eo ne quid aberres, monendus es, priore numero  
librum, vel actū: altero cuiusq, libri epistolam, scenam,  
caput, elegiam, epigramma, &c. vnde quaq, descripta  
sunt, designari.

Quoties autem huiuscemodi notulam(,,)præmissam  
videbis. Scito ibi phrasin esse, aut à præcedenti diuersam,  
ar. singulare obseruatione dignam. Illud, amicelator,  
extremum est, vt, sicubi incurrisse, aut offendisse farid  
videbor, quod, quin fiat, in rāta turba caueri vix potest;  
equum te, non iniquum æstimatorem præbes: de cæte-  
ro, fœtum hunc nostrum, me tanquam post tabulam hic  
latenie, sic excipias, vt laboris suscepi non modò non pa-  
niteat: sed et iam, vt ad ea, quæ tibi tuoq, iudicio  
etiamnum referuamus, proferenda;  
facilius inuites. atq, pelli-  
cias. Vale.

T A B V-

**TABVLA S C R I P T O R V M  
E T L I B R O R V M , Q V I -  
bus v fus sum.**

Scriptores.	Castigauit.	Excedit.	Form	An.
Ci.epist.Fa.	P. Manut.	Plantin.	8.	77.
Cic.ad Atti.	P. Manut.	Plantin.	16.	67.
Ci.aliaopera	D. Lambi.	Paris.	fol.	65.
Plautus.	D. Lambi.	Lugdun.	fol.	75.
Terentius.	A. Muretus.	Plantin.	16.	65.
Pandecte.	L. Russardus	Plantin.	8.	67.
Var.rerust.	P. Victorius.	R. Steph.	8.	43.
Var.lin. lat.	M. Vertran.	Lugdu.	8.	63.
Cæsar.	F. vrsinus.	Plantin.	8.	74.

Quibus frequenter v fus sum.

Cato.	P. Victorius.	R. Steph.	8.	43.
Sallustius.	Aldus N.	Plantin.	8.	64.
Liuius.	H. Glareanus	Lugdun.	fol.	53.
Virgilius.	T. Pulman.	Stelius.	6.	63.
Horatius.	T. Pulman.	Plantin.	16.	77.
Ovid.	A. Nauger.	Plantin.	16.	75.

Quibus non ita frequenter v fus sum.

Lucretius.	D. Lambin.	Paris.	6.	65.
Martialis.	H. Junius.	Plantin.	16.	68.
Catul. &c.		Plantin.	16.	60.
Columella.	P. Vic. & Be.	R. Steph.	8.	43.
Suetonius.	T. Pulman.	Plantin.	8.	74.
Val Max.	S. Pighius.	Plantin.	8.	74.
Quintilian.		Paris.	fol.	45.
Plinus.		Froben.	fol.	54.
Gellius.		Paris.	16.	60.
Pom. Festus	Scaliger F.	Santant.	8.	75.

Quibus rarissime v fus sum.

GODESCALCI STE.  
VVECHII, HV S.  
D A N I

*De particulis linguae Latinæ.*

L I B E R I.

Adeò, Dum. *id es ē, usque adeò,*  
*tam diu, donec.*

P Laut. Merca. *Quanto te satius est rus aliquod*  
*abire, ibi esse, ibi vivere,*

10 Adeò, dum illius te cupiditas, atque amor missum fa-  
cit. sc. Sūmne.

Plaut. Merca. *Adeò, dum quæstum haberet peperisset*  
*bona.* Prologo.

Adeò usque, Dum.

15 Plaut. Amphi. *Erroris ambo ego illos, & der-entia*  
*complebo, atq; omnem Amphitruonis familiam,*

*Adeò usq; satietatem dum capiet pater,*

*Illius quam amat.* sc. Benè protpereq;

Plaut. Afin. ————— age age mansero

20 Tuo arbitratu, vel adeò usq;, dum peris. sc. Vbi ego.  
Adeò, Donec.

Ter. Phor. ————— istæc inibi res sollicitudini est:  
Neq; defetis car unquam adeò experirier,

Donec tibi id, q; pollicitus sum, effecero. ac. 4. sc. 1.

25 Adeò, Donicum, id es ē, usque, do-  
nec. vide Usqueadeò.

Plaut. Pseu. *Exploratore hūc faciamus ludo suppositi-*  
*cium,*

A B A L.

## 2 DE PARTICVLIS

**B A L.** Adeò, donicum ipsis sese ludos fieri senserit.  
sc. Malus.

I. Appen. Donicum absoluè positum.  
pro Donec. vide Vsque ad eò.

**P**laut A sin. — si respexeris donicū ego te iuf- 5  
serò. sc. Exi. Item Mostel. sc. 1.

**P**laut Capti. Ego me amitti, donicum ille hac redie-  
rit, non postulo. sc. I am ego.

**C**ato. Satisq; dato arbitratu domini, donicum solutum  
erit, aut ita satisfatum erit, quæ in fundo illata 10  
erunt, pignori funto De re Rusti. c. 146. Iti-  
dem 149. & ibi P. Victorius.

**L**ucret. Donicum eos vita priuarant vermina sœua.  
lib. 5. & alibi sœpè.

II. Appen. Donec absoluè positum.  
vide Eousque. Tandiu.

**H**irtius. Constituerat gloria, exultationemq; eorum  
pati, donec sibi veteranarum legionum pars aliqua in  
secundo commeatu occurrisset. de bello Afri.

Adeò, vt. comparationem significat. 20

**C**ic. Tu adeò mihi excusā seueritatē veterē putas, vt  
ne in foro quidem reliquia pristina si ontis appareant?  
lib. 9. epist. 10.

**C**ic. Adeōne me iniustum esse existimasti, vt tibi irasce-  
rer? lib. 7. epist. 13

**A**sinius Pollio Cic Adeò est iniuisus mihi, vt nihil nō  
acerbum putem quod cōmune cum illo sit. lib. 10. 31.

**C**æsar. Quod non adeò sit in peritus rerum, vt suis co-  
pijs populum R. se superare posse confidat. li. 5 de bel-  
lo gallico.

**L**uius. Nunquā me ergo, inquit, vlla adeò à vobis  
spectatæ

*Spectata virtus erit, vt suspicione violari nequeat?*  
Decad. 1. lib. 2.

**L**uius. Adeōne est fundata leviter fides, vt ubi sim,  
quām qui sim magis referat. Dec. 1. lib. 2.

**S**uetonius. Bestiarijs, meridianisq; adeō delectabatur,  
vt etiam prima luce ad spectaculum descendere. Clau. c. 34.

**P**omponius. Adeō morte socij soluitur societas, vt nec  
ab initio pacisci possumus, vt hæres succedat societati.

**I** 10. 1. Adeō. 59. ff. pro socio. & 1. Iurisgentium. ff.  
de pactis.

**C**ic. Neminem adeō infatuare potuit, vt ei nummum  
vllum crederet. Pro Flacco.

**P**lau. Merc. — nullus vñq; amator adeō 'st callidè

**I** 15. Facundus, quæ in rem sint suam, vt posse loqui. Prol.  
Horat. Nemo adeō ferus est, vt non mitescere posse.  
lib. 1. ep. 1.

**O**uid. Nulla dies adeō est australibus humida nimbis,  
Non intermis; vt fluat imber aquis. 4. de Pont. 4.

**I** 20. Ouid. Nil adeō fortuna grauis miserabile fecit,  
Vt minuant nulla gaudia parte malū. 4. de Pont. 4.

**V**irg. Non adeō has exosa manus victoria fugit,  
Vt tanta quicquam prospere tentare recusem. II. æn.

1. Appen. Adeō, Vt nihil suprà. vide

Sic. vide Ita.

**T**erent. Andr. — & voltu Sosia  
Adeō modesto, adeō venusto, vt nihil suprà. sc. i.

II. Appen. Vt si, absolutè positum.

**C**icero Bruto. Magna admiratio, vt si esset recitatū  
Dolabella imperator. epist. 6.

**S**uetonius. Abstinuit alieno, vt si quis vñquam. Tit.  
7. id est, vt qui maximè.

Adeò vt, *id est*, Eò vt.

Ter. Phor. Adeon' rem redijſſe, vt, qui mihi conſul-  
tum eſſe optumè velit,

*Phaedria, patrem extimescam, vbi in mentem eius ad-  
uenti venit?* ac. I. sc. 3.

Idem Phor. *Præſertim, vt nunc ſunt mores: adeò res  
redit:*

*Si quis quid reddit, magna habēda eſt gratia.* ac. I. 2

Idem Heau. — *scilicet*

*Facturum me eſſe. in eum iam res redijt locum,* 10

*Vt ſit neceſſe.* — ac. 2. 2.

Adeò, quaſi.

Ter. Heau. — *gaudere adeò occipit, quaſi qui cu-  
piunt nuptias.* ac. 5. sc. 1.

Adeò, quòd.

Cœlius Cic. *Sed tamen quodnam ob ſcelus iter mihi  
neceſſarium retrò ad alpes versus incidit?* adeò quòd  
*Intemelij in armis ſunt, neq; de magna cauſa.* li. 8. 15.

Append. Adeò abſolute positum.

Virgil. — *adeò à teneris confūcere multum* 20  
*eſt.* 3. Georg.

Idem. *Non obtusa adeò geſtamus pectora Pœni.* I. æn.

, Ter. Heau. *Postremò adeò res redijt, adolescentulus  
ſapè eadem, & grauiter audiendo victus eſt.* ac. I. 1.

Adhuc, dum.

25

Cic. *Adhuc, dum mihi nullo loco deesse viſ, nunquam te  
conſirmare potuisti.* lib. 16. 6.

Cic. *Indulge valetudini tua, cui quidem tu adhuc, dum  
mihi deſeruiſ, ſeruisti non ſatis.* lib. 16. 18.

Aduer-

Aduersum, quām, *id est*, Con-  
trā quām.

Plaut. Trinum. *Vtrum indicare me ei thesaurum  
æquum fuit,*

**5** *Aduersum, quām eius me obsecrauisset pater:  
An ego alium dominū paterer fieri ædibus? sc. Larē.*

Aequè, ac.

Cic. *Quis esset tantus fructus, in prosperis rebus, nisi ha-  
beres, qui illis, æquè, ac tu ipse gauderet?* In Lælio.

**10** Cic. *Me certè habebis, cui carus æquè sis, & pericun-  
dus, ac fuisti patri.* lib. 2. 2.

Cic. *Sed illi crepitus aiunt æquè liberos, ac ructus esse  
oportere.* lib. 9. 22.

Matius Cic. *Ciubis vīctis vt parceretur, æquè, ac pro  
mea salute laborauī.* lib. 11. 28.

**15** Cic. *Cum omnes meos æquè, ac tuos obseruare pro no-  
stra necessitudine debeas.* lib. 13. 49.

Cic. F. *Sed quod ad rem pertinet, me tum tuū defuis-  
se, æquè ac tu doleo.* 16. 21.

**20** Cic. Atti. *Meaq; officia, ac studia sic exequar, vt me  
æquè tibi, ac fratri, & liberis nostris restitutū putas.*  
lib. 3. 15.

Balbus Cic. *Te tanti facio, vt paucos æquè, ac te ca-  
ros habeam.* lib. 9. 7. ad Atti.

**25** Cic. *In quibus enim eadem studia sunt, eadem volun-  
tates: in ijs fit, vt æquè quisque altero delectetur, as se  
ipso. 1. Officiorum.*

Cic. *Pollicebor numen vestrum æquè mihi graue, &  
sanctum, ac decorum immortalium in omni vita fu-  
turum, post reditū ad Quirit. fin.*

## 6 DE PARTICVLIS

**Varro.** Aequè latum, ac mutulus à pariete extare potest.lib.3.8.

**Ter. Phor.** —— nunquam aequè ( inquit ) ac modò Paupertas mihi onus visum est, & miserum, & grave.ac.1.sc.2. 5

**Plaut. Bacchi.** —— quam ego fabulam aequè ac me ipsum amo.sc. Mirum est.

**Hor.** —— conducto nauigio aequè Nauseat, ac locuples, quē dicit prima triremis.li. I. I.

**Mæcianus.** Seruus etiam per procuratorem domini, 10 aequè ac per dominum defendi potest.l. Seruus. II. ff. de publicis iudicijs.

Aequè, ac si.

**Cic.** Egnati⁹ absentis rem vt tueare aequè à te peto, ac si mea negotia essent. lib.13.ep.43. 15

**Ad Heren.** Cōfuetudine ius est id, quod sine lege, aequè ac si legitimū sit, vñstatum est. lib.2.

*Appendix.*

**Obſeruandum** putauit genus loquēdi, quo Iureconsultos vños esse animaduerti, qui particulas, Atque, Ac si, Atq; si, etiam absolutè in oratione collocarunt, vt suppremisſe videantur, Aequè, Perinde, Non aliter. 20

**Paulus.** Aequum videtur, ipsum quoq; agnoscere onus vñrarum, ac si ita fideiūsisset. In quantum illum 25 condemnari ex bona fide oportebit, tantum fide tua esse iubes? &c.l. quæro 54. ff. loc. con.

**Paulus.** Placet conditionem inesse stipulationi, atque si hoc expressum fuisset. l. Item quia. 4. ff. de pact.

**Papinianus.** Testamentum infirmet patris, ac si conditio nō esset in eius potesta.l. filius. 15. ff. de con. inst.

Pau-

Paulus. Sed ex stipulatu ob rem non defensam agi posse, ac si iustas caussas habeat, cur iudicium accipere non lit. l. non cogendum. 45. ff de procurat.

Plau. Bacchi. Atq; ij. se cum fruſtrantur, fiuſtrari alios  
5 folidi existimant.

Sicut eſt hic, quem eſſe amicum ratus ſum, atq; ipſus ſum mihi. sc. reddidi.

Tryphoninus. Cur ei non remittatur obligatio per condictionem, atque ſi ſtipulanti quiuis aliis promiſiſet. l. Si pater. 76. ff de iure dot.

Paulus. Nunquid adire non poſſit, atq; qui in testamēto portionē ſuā nescit. l. Illud 5 ff. Si pars her. pet.

Paulus. Dominus qui ſeruum in ſua potestate eſſe conſitetur, aut exhibere eum debet, aut abſentem defendere. quod niſi faciat, punitur, atque ſi præſentem non noxa dederit. l. Si ſeruuſ. 22. ff. De noxal. a. ct.

Plaut. Caſi Nebula haud eſt mollis, atque cutis huius eſt. sc. Senſim.

Quo in loco Plaut. et ſi vir doctiſſimus, particu20 lam Aequè præmittendam reponendam que putauerit; me tamē, cū ipſius Plauti, tū aliorū hīc poſita exempla, vt ab eo diſſentiā, faciūt.

Hirtius. Ab opidanis, ac ſuarum partium eſſent, conſeruati. Debello Hisp.

### Aequè, Atque.

Cic. Sed me colit & obſeruat eque, atque illum ipſum patronum ſuum. lib. 13. epift. 69.

Cic. Fratres tuos, eque atque te, ſumma benevolentia ſum complexus. lib. 6 15.

Cic. Quæ beneficia eque magna non ſunt habenda, atq; ea quæ iudicio conſideratè conſtant erq; delata ſunt.

l. Offi. Itē in Oratore. A 4 Teren.

## 8 DE PARTICVLIS

Ter. And. *Quis videor? C. miser aequè at q, ego.* ac. 4. 2

Plaut. Merc. *Nempe vxor ruri est tua, quam dudum  
dixeras*

*Te odisse, aequè, at q, angueis.* ————— sc. Ante.

Cic. Atti. *Ipsum per se aequè amo, atque illum ama-* 5  
*ui.* lib. 13 i. Item ad Brutum ep. 10.

Cic *Nihil aequè in rep. atque illam veterem iudiciorū  
vim grauitatemq, requirit.* Diuinatione.

Plaut. Cali. ————— nunquam edepol ieunium  
*Ieiunium est aequè atque ego ruri reddibo te.* sc. i. 10

Ter Phor. *Te mihi fidelem esse aequè, atque egom est  
sum mihi.*

*Scibam.* ————— ac. 4. sc. i.

Plau. Aulu. *Pumex non aequè est aridus, atque hic est  
senex.* sc. Postquam. 15

Plau. Capt. *Vidi ego multa sapè picta, qua Acherunti  
fierent*

*Cruciamenta: verùm enim uero nulla ad aequè est A-  
cherunti;*

*Atque ubi ego fui in lapicidinis.* ————— sc. vlt. 20

Plau. Trin. *Aequè mendicus, at q, ille opulentissimus,  
Censetur censu ad Acherontem mortuus.* sc. minus.

*Aequus, atque.*

Cæsar. *Murorum contignationem facere instituerunt,  
equa ferè latitudine, atque ille congestus ex materia  
fuerat agger.* 2. De bello ciuili. 25

*Aequè, et.*

Cic. *Nam versus aequè prima & media, & extrema  
pars attenditur.* lib. 3. de Orat.

Cic *Eosdem labores non esse aequè graueis imperatori  
& militi: quod ipse honos laborem leuiores saceret  
imperatum.*

*imperatum.* 2. *Tuscul. extrema.*

Cic. *Quia nullo modo sine amicitia firmam & perpetuam iucunditatem vitæ tenere possumus, neque verò ipsam amicitiam tueri, nisi aquæ amicos & nosmetipso*  
*diligamus,* lib. 1. de Fin. 6.

Ad Heren. *Egens aquæ est is, qui non satis habet, & is, cui nihil satis potest esse.* lib. 4.

Cic. *Aequè enim tabulae condemnantur eius, qui verū non retulit, et eius qui falsum perscripsit.* pro Roscio

10 Comœdo. princ.

*Aequè, quām.*

Liuius. *In mentem venit tres et LX. annos aquæ multa volumina occupasse mihi, quām occuparint quadrage*  
*ti lxxxvij. anni, à condita vrbe ad Appium*

15 Claudiū consulem. dec. 4. lib 1 princ.

Suetonius. *Sed nihil aquæ, quām timidus, ac diffidens fuit.* Clau. c. 35.

Plau. Mili. *Neque eques, neque pedes profecti quisquam tanta audacia,*

20 *Qui aquæ faciat confidenter quicquā, quām quæ mulieres*

*Faciunt. — sc. Inde ignem.*

Plaut. Sti. *Ridiculus aquæ nullus est, quām quando esurit.* sc. Famem.

25 Plau. Epid. *Nullū esse opinor ego agrū in agro Attico Aequè feracem, quām hic est noster Periphanes.* sc. Nullum.

Sueton. *Nihil aquæ facere ad viperæ mortuum, quām taxi arboris succūm.* Clau. 16.

Plau. Sti. *Mercurius Iouis qui nuncius perhibetur, numquam aquæ patri*

*Suo nuncium lepidum attulit, quām ego nūc me& heret nunciabo. sc. Mercurius.*

**Columel.** *Nulla &què quām prædictæ falsuræ pabula.*  
lib.8.cap.17.

Aequè, quasi.

**Vlpian.** *Illud cecidit in questionem, an &què prescribi ei posse ab his, quorum nomina comprehensa non sunt, quasi aduersus ipsos acquiecerit sententia. l. scio. 3. ff. de appell.*

Aequè, vt.

**Cic.** *Possimus ne igitur in Antonij latrocinio &què esse, vt hi, Philip. 12.*

**Cic.** *Itaq; libetissimè prædicabo Cn. Pompeium studio, & auctoritate, &què, vt vnumquemque vestrum, opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipue pro salute mea laborasse. Pro domo sua.*

*Appen.* Adæquè, vt.

**Plaut.** *Cistel.* *Neg; munda adæquè es, vt soles — sc. i.*

Aequè, vt. quasi, si.

**Plau.** *Asi — antu esse me tristem putas?*

**De.** *Putem ego? quem videam &què esse mestu, vt quasi dies si dicta sit. sc. i. A gedum decumbamus.*

Aequè, prout. *id est*, perinde prout.

**Vlpianus.** *Oportebit autē &què & in effi actores, & in ceteros suprascriptos causa cognita statui, prout amissum suggestit. l. i. ff. De effractoribus & expil.*

Aequè, cum, vt mecum, tecum,  
*idee iuxta tecum.*

**Terent.** *Phor.* — *noui &què omnia tecum. sc. vlt.*

**Plaut.** *Asi.* *Animum aduerte, vt &què mecum hac sci-  
as. — sc. Vbi.*

Idem

**I**dēm! Asī. *Tecum vna postea & quæ pocula potitet. sc.*  
Agedum istum.

**I**dēm Pœnu. —— *& quæ ut mecum sitis huius gnari  
rei, Prolog.*

**5** *Appen.* *Aequè absolute positum.*

**C**ic Tamen erat nemo, quicum essem libentius quam  
tecum, & pauci quibuscum & quæ libenter. —— lib.

5. 21.

**10** *Cic.* *Quantum præsens me adiuuare potueris, & conso-*  
*lando, & propè & quæ dolendo.* lib. 4.6.

**S**allustius. *Gloriam, honore, imperium, bonus & igna-*  
*mus & quæ sibi exoptant.* In Coniuratione.

**H**or. *Aequè neglectum pueris senibusque nocebit.* E-

pist. i.

**15** *Ouid* *Nec melius valeo, quam corpore, mente; sed egr*  
*est*

*Vtraque pars & quæ, binaquæ dama fero, 3. tristi. 8.*

**T**er. *Hec.* —— *an quisquam vsquam cūrum*  
*est & quæ miser?* ac. 3. i.

**20** *Vlpianus.* *Si quis per potentiam aduersarij non inue-*  
*nire se aduocatum dicat, & quæ oportebit ei aduocatū*  
*dare.* l. nec quicquam. 9. ff. de Offic. procon.

**L**iuuius. *Patres quoq; non temerè pro vlo & quæ annixi*  
*sunt.* Dec. i. lib. i.

**25** *Varro.* *Hos nunquam minus, vt per & quæ duceret dena*  
*millia sextertia ex melle recipere esse solitos.* li. 3. 16.

**P**laut. *Asī.* —— *neque me Athenis est alter ho-*  
*die quisquam,*

*Cui credi recte & quæ putent.* —— *sc.* Quid hoc.

**I**dēm Bacchi. —— *ambo & quæ amicas habent,*  
— *sc.* Quicunque.

Alias.

Aliàs quàm, *id est*, aliter.

Non aliàs quàm, & quàm si.

**M**arcianus. *Licet in confirmatione codicillorum pater familiâs adiecerit, ut non aliàs valere velit, quàm sua manu signatos, et subscriptos. l. diui 6. ff. de iu. cod.* 5

**V**lpianus. *Non aliàs ædificandi ius habebis, quàm si satis dederis.* l. non solùm, ff. de ope. no. nunt.

**V**lpianus. *Non aliàs cogetur ei heres legatum solvere, quàm si cauerit indemnem heredem hoc nomine futurum.* l. cum pater. 29. ff. de iur. dot. & l. 37. 10 cod.

**I**dem. *Quæritur an nō aliàs iudex estimare damnum debeat, quàm si remittatur actio legis Aquiliae.* l. Nō solùm 13. ff. de rei vindicat.

Non aliàs, nisi.

**M**arcianus. *Sed & in condicionali obligatione non aliàs obligatur, nisi condicio exstiterit.* l. Res. 5. ff. de pigris hyp.

**V**lpianus. *Non aliàs existit heres ex substitutione, nisi & ex institutione heres fuerit.* l. 8. ff. de vulga. 20 & pupil.

**P**aulus. *Non redhibitus aliàs, nisi vellet eos fraudare.* l. Bouem. 43. ff. de ædil. edicto.

Aliàs, in præsenti. temporis significacionem habet.

**A**d Heren. *Placeat eam nobis esse artificio sam memoriam: quare placeat aliàs ostendemus: in præsenti cuiusmodi ea sit, aperiemus.* lib. 3.

Aliàs, nunc.

**C**ic. *Sed de hoc aliàs, nūc redeo ad Augurem.* in Læl. Cic.

**Cic.** Sed iocabimur alias coram, & ut spero breui, nunc ades ad imperandum. lib. 9. 2. 4.

**Cic.** Licebit alias, nunc id agamus, quod cœpimus. lib. 1. de legibus. fin.

*Appen.* Præter quam alias semper, tum.

**Gellius,** Declamauerat Antonius Julianus rhetor, præter quam semper alias, tum verò nimium quam delectabiliter. lib. 15. cap. 1.

Alias, absolutè positum.

**10 Cic.** Sed plura scribemus alias. lib. 7. 6.

**Cic.** Atti. Sed hæc ad te scribā alias subtilius. lib. 1. 11.

Alibi, quam.

**Liuius.** Coacti vendere prædam, ne alibi quam in armis animum haberent. dec. 1. lib. 10.

Aliquis, is.

**Cic.** Si est spes aliqua rebus communibus, ea tu, quicunque status est futurus, carere non debes. lib. 6. 1.

Alius, ac.

**20 Cic.** Tum illa, quæ maximè quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis, ac significantis dissimulatio. lib. 3. de Orat.

**Cic.** Aliud de summa religione hoc tempore sensuros, ac me absente senserint arbitrere? pro domo sua. princ.

**25 Cic.** Num aliud videtur esse, ac meorum bonorum directio? Pro domo sua.

**Cic.** Attic. Quod quidem agerem, si liceret alio modo, ac nunc agendum est. lib. 7. 3. & lib. 11. 10.

**Vatinius Cic.** Longè alia condizione ego sum, ac cæteri imperatores. lib. 5. 10.

Cæsar.

Gæsar. *Qui longè alia ratione, ac reliqui Galli, bellum gerere cœperunt.* 3. de bello gal.

Varro. Armentarius non aliud ac bubulcus. De re rustic.lib.2.princ.

Cic. Poteſt enim non ſolūm aliud mihi, ac tibi, ſed mihi ſipſi aliud aliās videri. In Oratore. fi.

Teren. Phor. Echo verbero, aliud mihi reſpondes ac rogo? ac. 4. ſc. 4.

Teren. Hec. Neg, voce alia, ac res monebat ipſa poterat conqueri. ac. 3. ſc. 3.

Teren Hec. Nam modò me intro vt corripui timidus, alio ſuſpicans

Morbo me viſurū affectam, ac ſenſi eſſe vxorē. Ibidē.

Sallust. Ne ſe alium putarent, ac Numantia cognitus eſſet. Iugurt.

Aliuſmodi, ac.

Cic. Opinio duplíciter fallit homines, cum aut res aliuſmodi eſt, ac putatur, aut non iſ euentus eſt, quem arbitrii ſunt. lib.2.de Inuentione.princ.

Alius, atque.

Cic. Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in rep. non aliuſ eſſem, atq; nunc ſum. lib.1. ep.9.

Cic. Grauiore etiam ſum dolore affectus, noſtra factum eſſe negligentia, vt longè alia in fortuna eſſet, atq; eius pietas ac dignitas poſtulabat. lib.14.ep.ii.

Cic. Sapè etiam ſine villa aperta cauſa fit aliud, atque exiſtimamus. Pro Murena. Itidem pro Flacco. & 1.de Oratore.

Cic. Atti Sed mihi videris aliud tu honestum meq; di- gnum in hac cauſa iudicare, atq; ego exiſtimē. li.8.2

Cæſar

10

15

20

25

Cæsar Longè aliam esse nauigationem in concluso mari, atq; in vastissimo, ac apertissimo Oceano. lib. 3.  
de bello Gallico.

Varro. vli salubritas non est, cultura non aliud est, atque alea domini vitæ ac rei familiaris. De re rust. lib. 1. 4.

Idem. Potest enim esse Saturnus hic alia de caussa di-  
ctus, atq; in Sabinis. lib. 4. De lin. lat.

Cæsar. Docet longè alia ratione esse bellum gerendum,  
atque ante sit gestum. 7. de bel. gal.

10 Cæsar. Cum propè or: nis ciuitas eò conuenisset, docere-  
tur q; paucis clam vocatis, alio loco, alio tempore, atq;  
oportuerit fratre à fratre renunciatū. 7 de bel. gal.

Cæsar. Longè aliud sibi capiendum consilium, atq; an-  
te a censerat, intelligebat. libro eodem.

15 Cæsar. Alia sunt legati partes, atq; imperatoris. 3. De  
bello ciuili.

Hirtius. Quod si alia esset litoris Agyptij natura. atq;  
omnium reliquorum. De bel. Alex.

Idem. Neque enim aliud ius esse Cappadocia, atq; Ar-  
menia. Ibidem.

Cic. In alijs rebus alijs q; sententij versaris, atque ille.  
lib 2. de Legibus.

Ter. Andria. Alium esse censes nunc me atque olim,  
cum dabam. ac. 3. sc 3.

25 Plau. Asin. Aliam nūc orationem despoliato prædicas.  
Longè aliā præbes inquā nūc, atq; olim quom dabā,  
Aliam atque olim, quom illiciebas me ad te blandē, ac  
benedicē: Ic Vnumquodque. (Coniurat.

Sallust. Quicunq; aliarum atq; senatus partiū erāt. In  
Plau. Pseu. sc. Si de. Item Ic. Malus.

Alius.

Alius, à.

**B**rutus & Cassius Anto. *Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud à libertate cōmuni quāsisse, exitus declarat.* lib. epist. Famil. II. 2.

Alius, et.

**C**œlius Cic. *Solet enim aliud sentire, & loqui.* li. 8. 1.

**C**ic. *Lux denique alia est solis, & lychnorum.* pro M. Cœlio.

**C**ic. *Non enim alia causa est equitatis in uno seruo, & in pluribus.* pro Cæcina.

**V**arro. *Ignorantes non idem esse agriculturam, & passionem.* aliis enim opilio, & arator. de Rust. lib. 2. princ.

**P**apin. *Aliud in legatis, & libertatibus dictum est.* l. Si superatus ff.. de pig & hyp.

**V**lpianus. *Sed si aliud impedimentum sit, de non ad eunda hæreditate, vel aperiendarum tabularum & sen- sconsulti: nihil prodeesse impedimentum senatus consulti.* l. 3. §. vlt. ff. de S. C. Silla.

Alius, nisi.

**C**ic. *Cum Pompeio complures dies nullis in alijs, nisi de repub. sermonibus versatus sum.* lib. 2. 8.

**C**i. *Nihil aliud egerūt, nisi me ut opprimeret.* li. 9. 24.

**C**ic. *Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vitilitate qua- sita.* in Lælio.

**C**ic. *Neg<sub>3</sub> alia fuit vlla causa intermissionis litterarū, nisi quod, vbi esses, planè nesciebam.* lib. 7. 13.

**C**ic. *Sic tibi mi Pate persuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi vt merciues salui, libe- rig<sub>3</sub> sint.* lib. 9. 24.

**C**ic.

5

10

15

20

25

Cic. Atti. Non meherculè aliud ullus sermo, nisi de te,  
lib. 5. 10.

Cic. Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quae-  
sita videatur. 1. Offic.

5 Cæsar. Romani verò quid querunt aliud, aut quid vo-  
lunt, nisi inuidia adducti, quos fama nobiles, potentes  
quæ bello cognoverunt, horum in agris, ciuitatibusq;  
considerare, at q; his eternam iniungere seruitutem? 7.  
de bel. Gal.

10

Nihil aliud, nisi quod  
Appen. { Nihil aliud, nisi ut  
Nihil aliud, quam { vide Nihil  
Nihil aliud, quam ut

Appen. Neque aliud quicquam. Nisi.

15 Cic Neque aliud quicquam, nisi inane nomen Capua  
reliquerunt. De lege Agraria. con. Kul. in Se-  
natū.

Alius, præter.

Cic. Rogauit, nunquid aliud ferret, præter arcām? lib.

20 2. de Oratore.

Modestinus. Qui alias personas occiderint, præter  
matrem, & patrem: & auum, & auiam, quos more  
maiorum puniri supra diximus, capitīs pœna plecten-  
tur. l. pœna. 9. ff. de lege Pomp. de parricid.

25

Alius, quam.

Cic. Attic. Nec quicquam aliud opus est, quam abro-  
gari. lib. 3. 15.

Luius. Sed plebi creuerant animi, & longè alia, quam  
primo instituerant, via græssabantur Dec. 1. lib. 2.

Vlpian Quid enim aliud agebat prætor, quam hoc, ut  
controuersias eoru dirimeret. l. 1. ff. de ope. no. nūt.

B

Mar-



**Marcellus.** Dici solet, aliij quām marito, dotis nomine mulierem non posse obligari. l. Si sponsalibus, §8. ff. de iur. dot.

,, **Liuius.** Quid igitur aliud, quām tollit ex ciuitate auspicia, qui plebeios consules creando, à patribus, qui soli ea habere possunt, aufert? Dec. I. lib. 6. fin.

**Ouid.** Nec tu aliud Vestam, quām viuam intellige flāmam. 6. Fasto.

**Appen.** Alius cum sexto casu. vt Aliud melle,  
id est, Aliud, quām mel.

**Varo.** Erithacen vocant, quo fauos extremos inter se conglutinant, quod est aliud melle, propoli: itaque in hoc vim esse illiciendi. De re Rust. lib. 3. c. 16.

1. **Appen.** Nulla alia re, quām.

**Cor.** Nepos. Multas hæreditates nulla aliare, quām bonitate consecutus. In vita Attici.

11. **Appen.** Alius, quām qui.

**Colu.** Nec cibum, nisi in conspicu familiæ capiat: néue alium, quām qui ceteris præbetur. lib. 1. 8.

**Marcellus** Transferre ad alium, quām cui debet, fidei cōmissum non potest. l. Si sponsalib. §8. ff de iu. do.

111. **Appen.** Alius, adsumit quandoq; aliis.

**Cic.** Dolus malus est, cūm aliud agitur, aliud simulatur.

In Topic.

**Cic.** Intelligo te frater alias in Historia leges obseruan das putare, alias in poemate. lib. 1 de legib prin. 2 5

**Cic.** Att. Alia legatio dicta erat, alia data est. li. 2. 7.

**Cic.** Homines autem hominum caussa esse generatos, vt ipsi inter se aliij alijs prodeesse possent. 1 Offic.

,, **Ad Heren.** Cum in eodem loco manemus, & aliud atque aliud dicere videmur. lib. 4.

**Sallust.** Dispari genere, disimili lingua, aliis alio more yuentes. In coniurat. VL

Vlpianus aliud est auctorem esse seruo delinquenti, aliud, pati delinquere. l. in omnibus, ff de nox. act.  
**Cic.** Bruto. Alijs rebus, alijs temporibus locus esse solet. epist. 6.

**5** Varro. Et radicum materiam aliam, quam aliam longius proiecit natura: & quod alia terra, alia facilius viam dat. De re Rust. lib. I. 45.

Ouid. Obstatatq; alijs aliud, quia corpore in uno Frigora pugnabant calidis, humentia siccis. I. Meta.

**10** **III.** Appen. Alius ponitur absolute.

Cic. Mea ratio fuit alia. lib. I. 9.

Cic. Nunc alia ratio est omnium rerum. lib. 10. 3.

Cic. Atti. Aliam rationem huius belli gerendi nullam video. lib. 9. vlt.

**15** Ter. And. Nunc hac dies aliam vitam adserit, alios mores postulat. ac. I. 2.

Aliter, ac.

Cic. Att. Ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio. li. 16. 12.

Cic. Aliter res cecidisset, ac putassem. li. 5. 19. & seq.

**20** Cic. Cum rem aliter instituta offendisset, ac mihi placuisse. lib. 1. 17:

Cic. Atti. Humanitatem perspexi, quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter, ac deceat. lib. 6. 3.

**25** Cic. Att. Aliter enim mihi de illis, ac de meipso consilendum est. lib. 7. 13.

Cic. Neg<sub>o</sub>, de causa quicquam nostra aliter, ac nos vellemus a senatu iudicatum est. Pro Milone.

Cic. Aliter de nobis, ac de illis iudicamus. I. Officiorū princ.

Cæsar. Sed ratio, ordoq; agminis aliter se habebat, ac Belgæ ad Neruios detulerant. lib. 2. de bel. Gal.

**Cæsar.** Coactus est aliter, ac superioribus annis exercitum in hibernis collocare. de bel. Gal.

**Liuius.** Quæ audita longè aliter patres, ac plebem affectere. Dec. i. lib. 2.

**Varro.** Aliter quadrigarius, ac desultor. lib. 2. 7. §

**Ter.** Phor. Iste me fecellit, ego isti nihil sum aliter, ac fui. ac. 3. 2.

**Sallustius.** Sed eares longe aliter, ac ratus erat, evenit. Iugurt.

Aliter, ac si. 10

**Cic.** Atti. Nec me hercule scripsi aliter, ac si πρὸς τοὺς δημοιῶν γρ̄αφειν, lib. 13. 49. id est, ad aqualem, similēm. §

Aliter, atque. 15

**Cic.** Sed aliter, atq; ostenderam, facio. lib. 2. 3.

**Cic.** Aliter cecidisse rem existimas, atque opinatus sis.

~~lib. 4. 4.~~

**Cic.** Qui Chrysogono nunciarent aliter caussam agi, atque ille existimaret. Pro Roscio. Ameri. Itidē pro Flacco.

**Cic.** Illud profectō confitemini, longè aliter rem se habere, atq; hominum opinio sit: lib. 3. de nat. deorū. Item i. de Inuentione. 2 §

**Varro.** De emptione aliter dico, atq; fit. De re Rust. lib. 1.

**Idem.** Nec multo aliter tuēdam hoc pecus in pastu, atque onillum. Ibidem. Item lib. 3. 15.

**Ter.** Heau. Aliter tuum amorem, atque est, accipis. ac. 2. 2.

Plaut.

Plaut. Trucu. — longè aliter est amicus, atq; a-  
mator. sc. Ad fores.

Paulus. Ut excludatur ad exhibendum agi potest. Ali-  
ter atque in tigno iuncto adibus. l. Gemma. 6. ff. ad  
5 exhibendum.

Ter. Adel. — nunquam te aliter, atq; es, in ani-  
num induxi meum. ac. 4. 3.

Pompo. Qui resibi cōmodata, vel apud se deposita,  
vſus est aliter, atq; accepit. l. Qui re. 76. ff. de furt.

10 Sallust Ad ea rex aliter, atq; animo gerebat, placide  
respondit. lugurt.

Varro Hoc nunc aliter fit, atque olim. libr. 5. De lin.  
lat.

### Aliter, atque si.

15 Gaius Si idem eundem seruum vulnerauerit, postea  
deinde etiā occiderit, tenebitur, & de vulnerato, & de  
occiso: duo enim sunt delicta. aliter, atq; si quis uno im-  
petu, pluribus vulneribus aliquem occiderit. l. illud.  
32. ff. ad leg. Aquil.

20 Pompon. Si seruus meus à liberto meo operas ~~juvi~~ dari  
stipuletur, inutilem stipulationem esse Celsus scribit,  
aliter atq; si non adiecto hoc verbo libi stipulatus fue-  
rit. l. si seruus 38. ff. de stip. ter.

25 Paulus. Si per eum seruum iniuriam passus iniuria e no-  
mine egerit, non reddet venditori, aliter forsitan, atq;  
si loris ab aliquo casus, aut quæstione de cohabitæ, em-  
ptor egerit. l. Bouem 43. ff. de ad. l. edicto.

Idem Aliter, atq; si certis regionibus posseat: is eum  
fundum. 1. 8 ff. de rei vindicat.

Vlpian. Aliter, atque si seruus communis esset. l. 17. ff.  
de iniurijs.

Aliter, atque vt.

Cic. Quo aliter ager possideatur, atq; vt ex legibus Iulij. lib. 2. 18,

Cic. Quod iste aliter, atq; vt edixerat decreuisset. In 5 Verrem.

Cic. Qui suos casus aliter ferunt, atque vt alijs auctores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quam ferè plerique, qui auari auaros, gloria & cupidos gloriofi reprehēdunt. 3. Tuscu.

Cic. Atti. De Antonij itineribus nescio quid aliter audiō, atq; vt ad te scribebam. lib. 16. 12. 10

De prædicto loquendi genere viri quidam dācti usque eò dubitarunt, vt & locum illum in Verrina mendosum, & particusam Atq; sine Ut sufficere existimarint. quos aliter lögē spe ro iudicaturos, ubi exempla, quæ ex eiusdem Ciceronis libris plura collegimus, viderint, Tum neq; solus ita locutus Cicero.

Plaut. Gal. ——— nec fallaciam,

*Astutiorem ullus fecit poeta, atq;* 20

*Vt hæc est fabrefacta à nobis. sc. Acceptæ.*

Ad eundē modum dixit Plaut. Amph. Pariter atq; vt. & I. C. Proinde atq; vt. Ut infrà suo loco ostendemus.

Aliter, atque vti.

Vlpian. Si ob id aliter aqua fluit, atq; vti priore aestate fluxit. l. 1. §. 7. ff. ne quid in flumine publ.

Iiem. Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atq; vti priore aestate fluxit. ff. hoc. titulo.

Ali-

Aliter, nisi.

Cælius Cic. *Quod Cn. Pompeius constituit non pati, C. Casarem consulem aliter fieri, nisi exercitum, & præuicias tradiderit*, lib. 8. 14.

5 Cic. *Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere, nisi cū præsidij ys.* li. 1. 9.

Non aliter, nisi.

Cic. *Qui aliter obſtere fato fatetur se nō potuisse, niſi ad has cōmentitias declinationes cōfugiffet.* de Fato.

10 Marcianus *Si aliter veritas inueniri nō poſit, niſi per tormenta: licet habere quæſitionē.* l. Diuus. 9. ff. de quæſt.

Callistratus. *Multa ſunt principalia reſcripta, quibus cauetur, non aliter, fiſcum debitorum ſuorum debitores cōuenire, niſi principales debitores defecerint.* l. 3. §. 6. ff. de Iuſiſc.

Macer. *Ex cauſa deſertionis reſtitutus in militiam, non aliter medi⁹ temporis ſtipendium, & donatiua accepit, niſi huc liberalitas principalis ei ſpecialiter indulſerit.* l. 10. ff. de re milit.

Aliter, quam.

Cic. *Ne aliter, quam ego velim, meum laudet ingenium.* lib. 1. in Verrem.

20 Varro. *An aliter hoc fit, quam in aere, in aqua? de lin. lat. lib 8.*

Paul. *Dotem quæ in prius matrimonii data est, non aliter conuerti in posterius matrimonium dicendum est, quam cum hoc agitur.* l. dotem. ff de Iur. dot

Menand. *Omne delictum est militis, quod aliter, quam disciplina cōmunis exigit, cōmittitur.* l. 5. ff. de re mil.

B 4 Gaius.

**Caius.** Neg, exquiri veritas aliter potest, quām inspe-  
ctis, cognitisq; verbis testamenti, l. De his. 6. ff. de  
transact.

**Vlpian.** Non aliter autem pupilli rata habebitur nun-  
ciatio, quām intercedētē tutore auctore, l. 5. ff. de o-  
pe. no. nunt.

» **Columel.** Ab aspectu non aliter probari debet, quām  
vt sit amplissimi corporis, ceruice valida. lib. 6. c. 37.

**Plaut.** *Ati.* ————— Si illi improbi sint, at q; aliter  
Nos faciant quām equum est: ————— ic. 1.

**Plaut.** *Casi.* Quid si fors aliter, quām voles, euenerit?  
sc. Vnā edepol.

**Ouid.** Non aliter stupui, quām qui Iouis ignibus iectus.  
l. trist. 3.

**Appen.** Aliter, quām quia, id est, alia de caussa.

**Colu.** Nisi aliter existimamus diuersum orbem gentes  
vniuersas petijisse, quām quia malos vicinos ferre non  
poterant. lib. 1. 3.

Non aliter, quām si.

**Papilius.** Ante tabulas Testamenti codicilli facti, non  
aliter valent, quām si testamento, quod postea factū  
est, vel codicillis confirmetur. l. Ante. 5. ff. de Iu.  
cod.

**Gaius.** Pleriq; non aliter putauerunt eām nostrā esse,  
quām si eam ceperimus. l. 5. ff. de acq. re. do.

**Pompon.** Sed potest dici officio iudicis, qui de propri-  
tate cognoscit, contineri: vt non aliter iubeat restitui,  
quām si cōdictionē petitor remitteret. l. Ei, qui. 9. ff  
de furtis.

**Vlp.** Non aliter hominem vēditori restituere iubetur.  
q; si indemne eū p̄stiterit. l. cū aut. ff. de ædil. edict.

**Gaius.**

Gaius. *Furem interdui deprehensum non aliter occidere lex duodecim tabularum permisit, quām si tela se defendat.* l. Si pignore 54. ff. De furtis.

Virg. *Non aliter, quām si immisis ruat hostibus omnis Carthago.* 4. æn. fi.

5 Ouid. *Diuidor haud aliter, quām si mea mēbra relinquam* i. tristī .3.

Sueton. *Aliter rata non haberent, quām si eadem ijsdem, & ipsi dedissent.* Tit. 8.

Non aliter, quin.

10 Cæsar. *Vehementer huic illos loco timere, nec iam aliter sentire, uno colle ab Romanis occupato, si alterum amississent, quin pœnè circumuallati, atq; omni exitu, & pabulatione interclusi viderentur,* 7. de bel. gal.

15 Appen. *Quam vt, absolute possum pro, Aliter, quām vt.*

Sueton. *Ne ad gestandum quidem vnquam iter egressus, quām vt secū vehiculo proximo decies LLS. in auro efferret.* Galb. 8.

Aliter, vt.

20 Cic. Atti. *Illud quidem mutari, si aliter est, vt coper tet, non video posse.* lib. II. 23.

Plaut. *Capt Vale, atq; salue, et si aliter, vt dicam, me res.* sc. Inijcite.

Aliter, et.

25 Cic. Atti. *Quod de puero aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio, non reprehendo,* lib. 10. 9.

Varro. *Itaq; quædam aliter olim, & nunc.* De lin. lat. lib. 8.

Appen. Aliter ponitur absolute.

Cic. *Tu si aliter existimas, non errabis* lib. 3. 7.

Cic. Nemo vñquam est oratorem, quđ latine loqueretur, admiratus si est aliter, irridet. lib. 3. de O-

ratore.

Cæt. non sicut facienda maliter. lib. 6. 9.

Cic. Art. Longè aliter esse intelligo: tqz ipsum ita existimare arbitror: aliter autem scribere non fallēdi, sed confirmāndi in ei causa. lib. 11. 12.

Ter. An. Verūm aliter evenire multo intelligit. Prologo.

Ter. Adel. ——— Sed si aliter putas, Egomet nar- 10  
rabo quæ mihi dixisti. ——— ac. 4. 3.

Ter. Phor. ——— hic me huiusmodi scibat esse: ego hunc esse aliter credidi. ac. 3. 2.

Hirtius. Quæ res aliter aduersarijs cecidit, De bel. African. 15

Sallust. Aliter, sine populi iussu, nulli earum rerū consiliis inest. In Coniurat.

Aliorsum, atque.

Ter. ——— vereor ne illud grauius Phedria Tulerit, neue aliorum, atqz ego feci, acceperit. ac. 20  
I. 2.

Alter, Alter.

Cic. Omniaqz alter pro altero suscipiet. In Lelio.

Cic. Negz, quicquam vñquam, nisi honestum, & rectū, alter ab altero postulabit. In Lelio. 25

Sallust Vtrumqz per se indigēs, alterum alterius auxilio eget in coniur.

Cæsar. Sic fortuna in contentione, & certamine vtrūqz versauit, vt alter alteri inimicus, auxilio, salutique esset, s. de bel. gal.

Hirtius

Hirtius. *Hic alteri alteris non solum mortem morti  
exaggerabant, sed tumulos tumulis exequabant. De  
bel Hispan.*

Plaut. Bacchi. *Alteram ille amat sororem, ego alterā,  
ambas Bacchides. sc. Hunc.*

Hor. —— *quicquid negat alter, & alter, lib. I. epist.  
10.*

Hor. —— *Alterius sic*

10 *Altera poscit opem res, & coniurat amicē. In arte.  
Admonitio.*

Ante, quām, Antea, quām, Post, quām, Postea,  
quām, Prius, quām, Præter quām, eæ parti-  
culæ sunt, quæ etsi cōiunctim scriptæ reperian-  
tur: eleganter tamen separatim, & scribi, & in  
15 oratione collocari possunt, prout exempla ex  
scriptoribus latinis petita, satis superquæte-  
flantur, de quibus omnibus suo loco.

*Ante, quām.*

Cic. Q. fra *Quod ante occupatur animus ab iracudia,  
quā prouidere ratio potuit ne occuparetur.* 1. 1.

Cic. *Si ei contigisset, vt te ante videret, quām ē vita  
discederet.* lib. 2. 2.

Idem. *Contendere corpit, ante se oportere discessiōnem  
facere, quām consules.* lib. 1. 2.

25 Cic. *Tibi de nostris rebus nihil sum ante mādaturus per  
litteras, quām desferaro coram me tecum agere posse*  
lib. 3. 5.

Cic. Atti. *Inde ante profectus est, quām ego eum ve-  
nisse cognoui.* lib. 15. 1.

Cic. Atti. *Is erat ante manu missus, quām productus.*  
lib. 4. 15.

**Cic.**

**Cic.** Atti. *Visus est monere, ne ante in senatum accederem, quām rem confecissim.* lib. 7. 4.

„ **Cic.** Atti. *Quos puto ante venturos, quām nostrum satiferum.* lib 6 vlt.

**Liu.** *Ante tamē, quām prædicta dies veniret, morbo moritur.* dec. 1. lib. 2.

**Varro.** *Ante rorat, quām pluit.* De ling. lat.

**Scæuola.** *Non ante iuris ratio, quām persona querenda est,* l. quidam, 14. ff. de iu. cod.

**Ving.** *Ante leues ergo pascetur in æthere cerui, Quām nostro illius labatur pectore vultus.* eclo. 1.

I. Appen. *Non antè, quām si.*

**Paulus.** *Non ante ad hæreditatē admitteretur, quām si omnem summam dedisset.* l. Qui hæredi 44. ff. de condit. & demonstrat.

**Papinianus.** *Neq; enim ante amissam possessionem videri, quām si tradita fuisset emptori.* l. cum fundū 18. ff De vi, et de vi amata.

II. Appen. *Quām si, absolutè positum.*

*vide. Quām*

III. Appen. *Antè, absolutè positum.*

**Cic.** Q. fra. *De isto genere honorum quid sentirem, scripsi ad te antè.* lib. 1. I.

**Cic.** eidem *Vt antè compares, quotidieq; meditere, resistendum esse iracundiae.* Ibid.

**Varro.** *Qui etiam nunc vellunt, antè triduo habent ieunas.* lib. 2. vlt.

IV. Appen. *Antè te cognitum, id est, antè quām te cognoferem.*

**Sallust.** *Et me herculè Silla, antè te cognitum, mulier orantibus alijs, vltrò egomet opem tuli.* Iugurt. fin.

**Cic.** *Afflictus antè te consulem.* lib. 1. 9.

Antea

## Antea, quām.

**Cic.** *Quin, nisi ego & successor essem, quem tu cuperes videre: te antea, quām tibi successum esset, decessurū fuisse.* lib. 3. 6.

## Antè, &amp; Antea, nunc.

**Cic.** *Vnum illud audeo, quod antea tibi sapè signifi-  
caui, nunc quoque re perspecta, & cognita, scribere.*  
lib. 1. 7.

**Cic.** *Antea aut obscuris hominibus, aut etiam sōntibus  
opitulari poteram, nunc P. Nigidio vni omnium do-  
ctissimo, ne benignè polliceri quidem possum.* lib. 4.

**Cic.** *Modò stet nobis illud, vna viuere in studijs nostris,  
à quibus antea delectationem modò petebamus, nunc  
verò etiam salutem.* lib. 9. 2.

**Cic.** *Sed tamen, & feci ante, & facio nunc.* lib. 15.

14.

**Cic.** *Facilitate mea ista ferebantur antea, nunc mu-  
tata res est.* lib. eod. 16.

**Cic.** *Moleste ferebam antea te in uitum istic esse, &  
nunc angor, quidquam tibi sine me esse iucundum.*  
lib. 7. 15.

**Varro.** *Antea mustea vocabat, nunc melimela appel-  
lant.* lib. 1. 59.

**Plau.** *Trinum. Si antea voluisses, esses, nunc sero cu-  
pis.* sc. Minus.

## Antea, nunc iam.

**Cic.** *Quanquam non est dubium, quin cum antea  
nostra*

*nosta r a cauſſa; nunc iam etiam tuae constantiae gratia mansurus ſis in eadem iſta liberalitate. lib. 13. 41.*

Antehac, nunc.

Cic. Antehac quidem ſperare ſaltem licebat, nunc etiam illud eruptum eſt. lib. 12. 23.

Ante, &, antea, hoc tempore.

Cic. Eſi antea ſcripsi, quae exiſtimauſi ſcribi oportere, tamen hoc tempore breuiter commonendum putau. lib. 5. vlt.

Cic. Ita enim ſperat, atq; confidunt, vt antea rege, ſic hoc tempore regno te rempub. liberaturum. lib. 11. 7.

Cic. Cum antea diſtinguiſbar maximis occupationibus, tu hoc tempore multo diſtingueſor vehementius. lib. 12. vlt.

Cic. Nunc ero breuior, teq; vt antē conſolabar, hoc tempore monebo. lib. 6. 21.

Cauſa, cur.

~~Cauſa~~, cur non,

Cauſa, quare.

Cauſa, quin.

Cauſa, quamobrem.

Vide Et.

20

Cetera, præter.

Sallust. Mauris omnib. rex Bocchus imperitabat præter nomen cetera ignarus populi R. Iugurt.

Cetera, absolute positum.

23

Liuſus. Quia proximū regnum cetera egregium, ab una parte haud ſatis proſperum fuerat, aut neglectis religionibus, aut praece cultis. lib. 1.

Martialis. Hic Scarus, & quoreis qui uenit obefus ab undis, Viſceribus bonus eſt, cetera vile ſapit. lib. 13.

Plau.

Plau. Capt.—*Argentum accepi, nihil curauicatum.* sc. Hegio, Item Pœnu. Prologo.

Cæteroquì, autem.

5 Cic. Atti. *O loca ceteroquì valde expetèda, interpellatum autem multitudine pœnè fugienda.* lib. 14. 16.

Citra quām.

Ouid. *Neūe domi præsume dapes, sed dñe citrā Quām cupias, paulò quām potes esse minus.* In arte  
10 lib. 3.

Confestim, vt.

Marcellus. *Experiri potest, confestim vt fuerit alienatus, petere libertatem.* 1. cum fidei, 9. ff. de fideicom. libertat.

15 Sueto. *Confestim, vt Apollonia redijt, Brutum, Cassumq; deferre statuit.* Octavi. 10.

Continuò, vt.

20 Cic. *Iste, continuò vt vidit, non dubitauit illud insignem penatum, hospitaliumq; deorum, ex hospitiali mensa tollere.* lib. 4. In Verrem.

Continuò, simul ac.

25 Cic. *Vt hoc summum beneficium Quinto Maximo debucrim, quòd continuò consilium dimiscerit, simulacrum fractum, ac debilitatum metu viderit.* lib. 1. de Orato.

Continuò, ubi,  
*Vide rbi.*

Ter. Hec.—*Aderit continuò, hac rbi ex te audierit.* ac. 5. 3.

Virg.

**Virg.** Continuoq; audis vbi subdita flamma medullis.

3. Georg.

Contrà, ac.

**Cic.** Ut contrà, ac dicat, accipi, & sentiri velit. In  
orator. 5

**Sallust** Petreius vbi videt Catilinam contra, ac ratus  
erat, magna vi contendere, cohorte prætoriam in me-  
dios hostes inducit. In coniurati. fin.

Contrà, atque. 10

**Cic** Iam faciam criminibus omnibus fere dissolutis,  
contrà atq; in ceteris causis fieri solet. Pro P. Silla.

**Cic.** In excelsum collocare, contra atque antea fuerat.  
In Catil.

**Cæsar.** Ad eum in castra venerunt, simul, ut dicebatur, 15  
sui purgandi causa, quod contra, atq; esset dictum,  
& ipsi petissent, prælium pridie comirisserint: simul,  
ut, si quid possent, de inducijs fallendo impetrarent.  
4. de Bell Gall.

**Varr.** Contrà, atq; apud nos fieri solet. De re rust. 20  
lib. i. c. 7.

**Cæsar.** Illi vero daturos se negare: nego portas consuli  
præclusuros, nego sibi iudiciū sumptuosos, contra, atq;  
omnis Italia, populusq; R. iudicauisset. 3. De bello  
ciuili. 25

Contrarius, atque.

**Cic.** Versantur retro contrario motu, atque cælum.  
Som. Scipi.

**Cic.** Inter alios contrarium sine villa religione decer-  
nebat, ac proximis paulo ante decreuerat. lib. i. In  
Verrem.

Contrà

## Contrà, quàm.

**Planc.** Cic. *Concupisco autem nihil mihi cōtra, quām ipse pugno.* lib. 10. 9.

**Cic.** Q. Fra. *Factum est enim mea culpa contrà, quām tu mecum, & proficisciens, & pér literas egeras.* lib. 1. 1.

**Cic.** *Edicere est ausus, vt senatus contrà, quām ipse cēsuisset, ad vestitum rediret.* in Pisonem.

**Ad Heren.** *Contrà faciunt, quām polliceri videntur.*

**10** lib. 4. princ.

**Cic** Adolescentis, contrà quām fas erat, amore capta.  
Pro Cluentio.

**Paulus.** *Si ex pluribus hæredibus unus contrà, quām cautum sit, fecerit.* I. eadem 4 ff de verb. obl.

**15** **Gellius.** *Contrà, quām nos suprà scripsimus.* libr. 6. cap. 8.

**Cic.** *Cum contrà fecerint, quām polliciti, professi j̄ sint.*  
lib. 2 de legibus.

**20** **Varro** *Ab eodem falli, falsum, & fallacia: que propterèa, quòd fando quem decipit, ac contra ————— dicit, faciat.* De lingua lat. lib. 6.

*Contrà, absolute positum. pro quo  
vulgò, è contra È contrario apud  
I.C. sapè e sc̄ obuium.*

**25** **Cic.** *Eo tempore me consolabar, quòd & in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotijs discedere: utrumque contrà accidit.*  
lib. 12. 18.

**Cic.** *Vt hi miseri, sic contrà illi beati.* 5. Tuscul.

**Vlpian.** *Ex contrario cum quoque procuratore m dari*  
**C posse**

*posse manifestum est. I. Seruum. 33. ff de procur.  
Vlpian Ceterum cogi eum etiam in prouinciam de Ro-  
ma abire, vel econtrario, durum est. I. Sed et. 35. ff.  
eodem tit.*

Balbus & Oppius Cic. *Si ex contrario putaremus §  
Casarem id non facturum. Ad Atticum lib. 9. 7.*

Labec. *Si auersione nauis conducta est, pro duobus mi-  
libus debetur merces: si pro numero impositarum am-  
phorarum merces constituta est, contrā se habet. I. 10.  
ff de Instit.ac.*

Cæsar. *Vt reliquorum imperatorum res aduersa au-  
toritatem minuunt: sic huius ex contrario dignitas  
commodo accepto in dies augibatur. 7. de bel. Gal.*

Cic. *Peccasse enim se, non anguntur: obiurgari molestè  
ferunt. quod contra oportebat, delicto dolere, obiurga- 15  
tione gaudere. In Leli.*

Cum, particula temporis, tā Indicatiuo quām  
Subiunctiuo iuncta Latinā efficit phrasin, si  
ei nō en temporis p̄emissa sit. vt: dies, nox,  
diu. temp̄us annus, biennium, triēnium, iam, 20  
iamdudum, iam tū olim, vix, vixdū, dudum,  
nondum, s̄ep̄c.

Cic. *Scis profecto fuisse quoddam tempus, cūm homines  
existimarent te nimis seruire temporibus. lib. 10. 3.*

Gellius. *Dies hic sextus, cūm nihil egī. lib. 10. c. 24. 25  
Plaut. Aulu. —— hanc domum iam multos annos  
est, cūm possideo, & colo. Prologo.*

Cic. *Sententiam meam tu facilimē perspicere potuisti,  
iam ab illo tempore, cūm in Cumanum mihi obuiam  
venisti. lib. 2. 16.*

Cic. *Et ipse affui primis temporibus tui consulatus, cūm  
accu-*

**accuratissimè monuisti senatum.** libr. 4.3.

**Cic.** Atti. O tempora, fore, cùm dubitet Curtius consu-  
latum petere? lib. 12. 48.

**Cic.** Paucis post diebus, cùm minimè expectarem, venit.  
5 lib. 9. 2.

**Cic.** Secutum illud tempus est, cùm me ad Pompeiū p्रo-  
ficiisci siue pudor meus coegerit, siue officium, siue fortu-  
na, lib. 11. 27.

**Cic.** Multi enim anni sunt, cùm ille in aëre meo est. lib.

10 15.14.

**Ter.** Eu. Nunc tempus profecto est, cùm perpeti me  
possum interfici. ac. 3. 5. Item Heau. ac. 5. 4.

**Cic.** Vnum atq; idem tempus, cum L. Flacco Cos. portas  
tota Asia claudebat. pro Flacco.

15 **Cic.** Dies nondum decem intercesserant, cùm ille alter  
filius infans necatur. Pro Client.

**Ter.** Hec. —— Hunc videre sapè optabamus diem  
Cùm ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem. ac:  
4 4. Idem Adel. ac. 3. 5.

20 **Cic.** Nunquam obliuiscar noctis istius, cùm ~~in~~ vigilati  
policebar. Pro Plancio.

**Sallust.** Illa, quām hac tempora magis placent, cùm re-  
gna, prouincia, &c. penes paucos erant. lugunt.

25 **Varro.** Superioribus temporibus, cùm homines pasto-  
ritiam vitam agerent. De re Rust. lib. 1. 2.

**Varro.** Cœperas nuper dicere, cùm sumus interpellati:  
lib. 2. 1.

**Cic.** Si iam biennium, aut triennium est, cùm virtuti  
nuntium remisisti, delenitus illecebris voluptatis, in in-  
tegro res nobis erit. lib. 15. 16.

**Cic.** Att. Veniet tempus cùm grauiter gemes. li. 2. 19.

- Virg.** Scilicet & tempus veniet, quum finibus illis  
Agricola, incuruo terram molitus aratro, etc. i. Ge.  
org fin. 5
- Cic.** Atti. Utinam diem illum videam, cum tibi agam  
gratias. lib. 3.3 & lib. 16.10.
- Cic.** Atti. Verfabatur mihi tempus illud antea oculos,  
cum ille, aut lictores dimitteret, aut vi euelleretur ex  
complexu meo. lib. 3.9.
- Cic.** Attic. Triginta dies erant ipsi, cum has dabam  
litteras, per quos nullas a vobis acceperam. lib. 2.21. 10
- Cic.** O praeclaru diem, cum in illud animorum cōcilium  
cætumq; proficiſcar. In Catone.
- Cic.** Fuit quoddam tempus, cum in agris homines pas-  
sim bestiarum modo vagabantur, & sibi victu ferino  
vitam propagabant. i. De Inuent. principio. 15
- Varro.** fuit tempus, cum rura colerent homines, neque  
urbem haberent. lib. 3. c. 1. princ.
- Liuius.** Fuit, cum hoc dici poterat. Decad. 1. lib. 7.
- Cic.** Sed incidunt sapè tempora, quum ea, quæ maximè  
videntur digna esse iusto homine &c. commutantur. 20  
i. Offic.
- Cic** Atti. Sed tu omnia consilia differebas in id tem-  
pus, cum sciremus quæ Eruditij essent acta.. lib. 9 14.
- Cic.** Atti. Biennium præteriit, cum, &c. lib. 13.12.
- Cic.** Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita  
effet a me, cum iam iretur ad te. lib. 15.18. 25
- Sallust.** Multum diei processerat, cum etiam tum eu-  
eris in incerto erat. Iurgurt.
- Cic.** Atti. Sed quando illum diem, cum tu edendam pu-  
tes? lib. 15. 13.
- Cic.** Erit, erit illud profecto tempus, & illucescat ali-  
quando

*quando ille dies, cùm &c. Pro Milone.*

Cic. Atti. *Aliquot anni sunt, cùm. lib. 9.9.*

Cic. Atti. *Commodum discesserat Hilarus, cùm venit tabellarius. lib. 13.19.*

5 Plaut. Capt. *Nunc illud est, cùm me fuisse, quàm esse nimio mauelim:*

*Hic ille est dies, cùm nulla vita meæ salus sperabilis est. sc. Nunc illud.*

Ouid. *Nondum tantus eras, cùm te contenta marito*

10 *Edita de magno flumine Nympha fui. 5. Heroid.*

Cic. Att. *Eas non dum legeras, cùm hæc proximas scripsisti. lib. 13.35.*

Virg. *Septima post Troia excidium iam vertitur astas.*

15 *Cùm freta, cùm terras omneis, tot inhospita saxa Sideraque emensæ ferimur. —————. Aene*

Virgil. *Turbo tempus erit, magno cùm optauerit emptum*

*Intactum Pallanta. ————— 10. Aene*

20 Cic. *Tantum ex Arpinati veneram, cùm minatae litteræ redditæ sunt. lib. 7.23. Sed ibi Lambinus legit. Tantum quæd ex Arpinati. &c.*

Ouid. *Tempus erit, cùm vos, orbemque tuebitur idem.*

1. Fasto.

25 Hor. *Iamque dies aderat, cùm nil procedere l'intrem Sentinus ————— Ser. i. Nat. 5.*

Ter. And. *Prope adest, cùm alieno more viuendū est mihi. sc. i.*

Plaut. Merca. *Quid ait tu? iam biennium est, cùm tecum habet rem? ic. Amicè.*

Plautus Alcin. *Iube dare vinum, iam dudum factum*

*est, quum primum bibi. sc. penult.*

Plaut. Bacchi. *Iam aderit tempus, cum se se etiam ipse oderit. sc. Nunc experiar.*

Plaut. Mostel. — *Septem menses sunt, cum in hæc a deis pedem*

*Nemo intro tetulit sēmīl ut emigrāūm. sc. Habeo.* 5

Virg. — *nuper n:e in littore vidi,*

*Quum placidum ventis staret mare. Ecl. 2.*

Cic. Sapè ex socero meo audiui, cùm is diceret, sc̄cerū suum Lālium sen: per ferē cum Scipione solitum rusticari. lib. 2. de Oratore.

Cic. Iam id quidem sapè, inquit Catulus, ex eo audiui, cùm diceret, sibi certum esse à iudicij, causisq; discedere. lib. 2. de Oratore.

Idem. Atque ego hoc ex istis sapè audiui cùm dicerent.

Ibidem. 3

Idem. Sapèq; ex eo audiui, cum se scribere neḡ, cōsuesfe, neḡ posse diceret. In Bruto.

Plaut. Merc. *Eiennium iam factum est, postquam ab ij domo* ~~polo~~ *logo.*

Plaut. Menech. *Hic annus sextus, postquam rei huic operam damus. sc. Nulla.*

Cic. Atti. *Facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum.* lib. 16. 15.

Plautus Sti. *Nam tertius hic est annus, vt nostri 2 domo.* 5

*Viri abierunt. — sc. 1,*

Ter. Phor. *Dij s gratias agebat, tempus sibi dari, Vbi se ostenderet. — ac. 4. 2.*

Ter. Hec. — *postquam ad te venit, mensis hic agitur septimus. ac. 3. 3.*

Plaut.

Plaut. Trucu. Verum tempestas memini cùm quon-  
dam fuit,  
Cum inter nos sorderemus vñus alteri. sc. Nū tibi.

5 Cum, pro quamvis, tamen.

Cic. Cum etiam plus cōtenderimus, quām possumus, m̄-  
nus tamen faciemus, quām debemus. lib. i. 8.

Cic. Qui cum illa sentirent in rep. quæ ego agebam, me  
tamen non satisfacere Pomp peio gaudere se aiebant.

10 lib. i. 9.

Idem. Cui cum Cato & Caninius intercessissent, tamen  
est perscripta. lib. i. 2.

Cic. Quæ cogitatio, cum mihi nō omnino excidisset (et-  
enim penitus insederat) vi tamen temp statum, &  
15 concursu calamitatum erat aliquantum labefactata  
lib. 5 13.

Idem. Et in Atili negotio te amavi, cum enim serd ve-  
nissim, tamen honestum equitem Romanum beneficio  
tuo conseruavi. lib. i 3. 62.

20 Cæsar. Milites cum toto tempore, frigore — assiduis  
imbribus transd. rentur, tamen continent labore om-  
nia hac superauerunt. 7. de bel. Gal.

Plaut. Ruden. — cum exiūssim ex aqua, a-  
rerem tamen. sc. Qui homo.

25 Varro. Cum hæc adminicula addas ad erudiendum  
voluntatem impositoris, tamen latent multa. libr. 6.  
Delingua lat. princ.

Hor. — cum sis nihil sapi ntior ex quo  
Plenior es, tamen uteris monitoribus iisdem. — lib.  
2. epist. 2.

Idem. — Teucer, Salamina patremq;

*Cum fugeret, tamen vda Lyæo*

*Tempora populea fertur vinxisse corona.* li.i. Od. 7

*Ouid. Omnia cum subeant, vincit tamē omnia coniux.*

3. trist. 3.

*Idem. En ego cum patria caream, vobisq[ue], domoq[ue]* 5

*Eccl.*

*Ingenio tamen ipse meo comitorq[ue], fuorq[ue].* 3.  
trit. 7.

**Cum, attamen.**

*Martialis. Nil benè cūm facias, facis attamen omnia* 10  
*belle.* lib. 2. 7.

**Cum, nihilo minus.**

*Julianus. Nam & cum ante nuptias pater morere-*  
*tur, nihilo minus heredes eius ex promissione obligati*  
*manebunt.* l. Si pater. 44. ff de Iure dot. 15

*Hirtius. Qui, cum in illa societate versarentur rapi-*  
*narum, nihilo minus oderant eum, cuius nomine pecca-*  
*bant.* De bello Alexandrino.

**Cum, vtique.**

*Vlpian. Si filio iniuria facta sit, cum vtrique, tam filio,* 20  
*quam patri, acquisita actio sit, non eadem vtique fa-*  
*cienda aestimatio est.* l. Seruo. 30. ff. de Iniurijs.

**Cum, tamen nihilo minus.**

*Varro. Itaque in vestitu, cum dissimilima sit virilis*  
*toga tunica muliebri, stola pallio, tamen inæqualita-* 25  
*tem hanc sequitur nihilo minus.* De lin. lat. lib. 9.

*Append. Cum pro quamuis, absolute*  
*positum.*

*Cic. Nec enim ullum hoc si rigidius flumen attigi, cum*  
*ad mult-*

*ad multa acceſſerim, vt vix pede tentare id poſſim.*  
lib. 2. De legibus.

**Cum**, tum. Particulæ coniunctiūæ ſeu copulatiuæ, vt elegantes, ita nuſquā non apud Latinis iſtius ſeculi ſcriptores legentib. obuięſunt.

**Cic.** *Cum ceteris, vt quidem videor, tum mihi ipſe diſpliceo.* lib. 4. 13.

**Cic.** *Omnino cum miferior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem diſſicilior.* lib. 4. 2.

**10 Cic.** *Te verò moneo cum beneficijs tuis, tum amore incitatus meo.* lib. 1. 7.

**Idem** *Turpis enim excusatio eſt, & minimè accipienda, cum in ceteris peccatis, tum ſi quis contra Rempublicam, ſe amici cauſa feciffe fateatur.* In Lelio.

**15 Cic.** *Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſumma virtutis adolescentem, cum ceteris artibus, quibus ſtudiaviſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac eruidias.* lib. 1. 7.

**Idem.** *Neg, enim Alexāder ille gratia cauſa ab Apelle potiſſimū pingi, & à Lyſippo pingi volebat, quod illorum artem, cum ipfis, tum etiam ſibi gloria fore putabat.* lib. 5. 12.

**Cic.** *Cum per ſe mihi gratum fuit, tum quod significaſti tibi omnia mea mandata cura fore.* lib. 3. 8.

**25 Cic.** *Cum ipsam cognitionem iuris auguralis conſequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter ſtudij erga me, muneribusq; delector.* lib. 3. 9.

**Cic.** *Atti.* *Pure loquuntur litera, cum humanitatē ſparſe ſale, tum inſignes amoris notis.* lib. 1. 11.

**Cic.** *Atti.* *Sed accipienda plaga eſt, ſumus enim flagitioſe in parati, cū à militib. tū à pecunia.* lib. 7. 15.

**Cic.** Atti. Statim dedi litteras, vt ex Cypro equites ante certam diem decederent, ob eamq; caussam, tum ob ceteras Salaminij nos in calum decretis suis sustulerunt. lib. 6. 2.

**Liuinus.** Seruilius lenibus remedij; aptior: concitatos animos flecli, quam frangi, putabat cum tuius, tum facilius esse. dec. 1. lib. 2.

Cum, tum etiam.

**Cic.** Atti. Ut ego perspicio cum mea conjectura, tum etiam tua. lib. 3. 13.

**Cic.** F. Cuuius cum frugi, seueraq; est vita, tum etiam iocundissima conuictio. lib. 16. 21.

**Idem.** Iuuit q; me, tibi cum summa humanitatem, tum etiam tuus litteras profuisse. lib. 5. 21.

**Cic.** Tu cura, vt, cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes. lib. 6. 6.

**Cic.** Nam cum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere coepisti, quotidie pluris feci, tum accesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum lib. 3. 4.

**Le~~nus~~ Senatul.** Homo mihi cum familiaritate, tum etiam sensibus in rep. coniunctissimus. lib. epist. famil. 12. 15.

**Cic.** Cum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus. lib. 13. 13.

**Cassius Cic.** Cum ipsius causa gaudeo, tum mehercule etiam omnium nostrorum. lib. 15. 19.

**Cæsar.** Qui cum magna partis harum regionum, tum etiam Britanniæ imperium obtinuerit. 2. de bel gal.

Cum, tum, vero.

**Cic.** Q. Fr. Quæcū abhorret à litteris, ab humanitate, tum vero contraria sunt imperio, ac dignitati. li. 1. 1.

**Cic.**

5 Cic. eidem. Quod vitium cum in hac priuata, quotidie  
anaq; vita leuis esse animi, at q; infirmi videtur : tum  
verò nihil est tam deforme, quam ad summum impe-  
rium etiam acerbitatem naturæ adiungere. Ibidem.

Cic. Propterea, quid cum omnia mibi tempora sunt  
misera, tum verò, cum aut scribo ad vos, aut vestras  
lego, conficiar lacrymis lib. 14. 4.

10 Cic. Atti. In quibus ego cum antea, tum verò post dis-  
cessum fratris, te, sermonesq; nostros desidero. lib. 1.  
15.

Cic. Socrates omnium eruditorum testimonio totiusq;  
iudicio Græciae, cum prudentia, & acumine, & ve-  
nustate & subtilitate, tu verò eloquentia, varietate,  
copia, quam se cung; in partem dedisset, omnium fu-  
it facile princeps. 3. de Oratore.

Cic. Quorum cum aduentus graues, cum fasces formi-  
dolosi: tum vero iudicium, ac potestas erit non feren-  
da. De lege Agræ. contra Rul. in Senatu.

Cum, tum verò etiam.

20 Cic. Q. fra. Alienus aut noster, cum animo ~~l~~ eu-  
lentia, tum verò etiam imitatione viuendi. lib. 1. 1.

Idem eidem. Hominis est, & cū ipsa natura modera-  
ti, tum verò etiam doctrina, at q; optimarum artiū  
studij eruditii. Ibid.

Cum, tum, tum.

25 Cic. Velisq; per te me hoc muneris, cum ipsis amicis ho-  
minibus, tum municipio Caleno, quicum mihi magna  
necessitudo est, tum Leptæ, quem omnibus antepo-  
dere. lib. 9. 13.

Cum, tum, deniq;.

Cic. Quo auditio vehementer sum commotus, cum de  
Syria

**Syria**, tum de mea prouincia, de reliqua deniq<sup>z</sup> **Aſſa**.

lib. 15. 4.

**I. Appen.** Cūm. aſſumit, tum, vñā cum ſuperlativo.

**Cic.** Sed cum multis in rebus negligentia plectimur,

tum maximē in amicis, & deligidis, & colendis.

In Lælio.

**Marcellus Cic.** Plurimū valuisse apud me tuā ſemp  
auſtoratatem, cum in omnire, tum in hoc maximē  
negotio potes exiſtīnare. lib. 4. 11.

**Cic.** Diligentia cum omnibus in rebus, tum in cauſis 10  
defendendis plurimum valet. lib. 2. de Orat.

**Cæſar.** idq<sup>z</sup>, adeò, haud ſcio mirandū ne fit, cum cōplu-  
ribus alijs de cauſis, tum maximē, quodd. &c lib. 5.  
de bel. Gall.

**Gellius.** Consuetudo vicit, qua cum omnium domina  
rerum, tum maximē verborum eſt. lib. 12. c. 13. 15

**Cic.** Atti. Sollicitum eſſe te, cum de tuis, communibus  
que fortunis, tū maximē de me, ac dolore meo, ſentio.  
lib. 1. 6.

**Cic.** Principia cura domini requiritur, cum in cate-  
ris rebus, tum maximē in hominibus. lib. 1. 7. 20

**Plau Mili.** Scio, & perſpexi ſapè, verā cum ante-  
hac, tum hodie maximē. f. Quid modi.

**Colu.** At ego cum omne genus ruris, niſi diligentia cu-  
ra, ſcitemque exerceatur, fructuofum eſſe non poſſe iu-  
dicem; tum vel maximē vineas. lib. 4. 3.

**II. Appen.** Cūi aſſu-nit tum, cum voce grauiore, ut:  
ceriē, p̄cipue, profeſtō, meherculē imprimis, utiq, &c.

**Cic.** Et fermo cum familiariſſimi hominis, tum optimi,  
& prudentiſſimi viri. lib. 6. 4.

**Cic.** Hoc ego cum reip. cauſa censui, tum meherculē in  
primis retinenda dignitatistua. lib. 12. 22.

**Cic.**

Cic. Cum mihi multa grata sunt, quæ tu adductus mea commendatione fecisti tum in primis quod M. Marciolum amici, atque interpretis mei filium liberaliter mè tractauisti. lib. 13. 54.

Cic. Ego cum antea studiosè commendabam Marcili-  
um, tum multo nunc studiosius. Ibid.

Cic. Id sit cum plurimis eius officijs, tum summa probi-  
tate & singulari modestia. lib. 13. 63.

Cic. Atti. Quoniam te cum scripta, tū res mea delectat.  
lib. 2. 1.

Cic. Q. fr. Seruos cum omnibus in locis, tum precipue  
in prouincijs regere debemus. lib. 1. 1. & ad Brutum, epistola

Cic. Atti. Quod profectò cum sua sponte, tum te in-  
stante faciet. lib. 3. 15.

Cic. Atti. Quam ego cum mea sponte, tum tuis sermo-  
nibus astimo plurimi. lib. 5. 12.

Cic. Atti. Ex victoria cum multa mala, tum certè ty-  
rannis existet. lib. 7. 5.

Cic. Te cum semper valere cupio, tum certè dñe  
sumus. lib. 7. 4.

Cic. Bruto. Me quidem cum rationes, quas college-  
ras, tum auctoritas tua à nimio mœro deterruit.  
epistola. 13.

Varro. Cum is humor modicus, cum ad multas res,  
tum ad agriculturam pertineat vehementer. De re  
Rust. lib. 1. 55.

Varro. Cum hac eadē vt habeant verres videndum,  
tum vtique sint ceruicibus amplis. lib. 2. 4. & idem  
lib. 3. 9.

Cic. Cum alia multa certi homines, tum hoc vel ma-  
xime mo-

## 47 DE PARTICVLIS

ximè moluntur, vt. Pro Flacco.

**Cæsar.** fortuna, quæ plurimum potest cum in reliqui  
rebus, tum præcipue in bello. 3. de bello ciuili.

**III. Appen.** Fit interdum vt Tum vocem grauiorem,  
simulq; superlativum sibi adsciscat.

**Cic.** Qui cum consuetudine quotidiana, tū officijs plu-  
rimis maximisq; mihi coniunctus est. lib. 13. 43.

**Cic.** Mirum in modum gaudeo, idq; cum ipsius cauſa,  
tum quod te omnibus secundisimis rebus dignissimum  
iudico. lib. 15. 9.

**Ad Heren.** Exornatio hæc cum multū venustatis ha-  
bet, tum grauitatis, & acrimonie plurimum. lib. 4.

**IV Appen.** Cum, tum, verbis indicatiui modi  
libenter copulantur.

**Hoc satis testantur exempla magno munere premissa.**

**V. Appen.** Cum, tum, inueniuntur  
etiam subiunctiū iuncta

**Cic.** F. Nam cum maximam cepisse latitiam ex hu-  
mili, & carissimi patris epistola: tum verò io-  
cundissimæ tuae litteræ cumulum mihi gaudij attule-  
runt. lib. 16. 21.

**Cic. Atti.** Plane illum ab se alienatum, cum antè in-  
telligeret, tum verò proximè iudicasset. lib. 7. 4.

**Cic. Atti.** Quos ego equites R. quos senatores vidi,  
qui acerrimè cum cetera, tum hoc iter Pompeij vitu-  
perarent? lib. 7. 5.

**Cic.** Qui, cum suis laudibus, tum verò te filio, superasset  
omnium fortunam. lib. 2. 2.

**V I. Appen.** Cum, tum, uno verbo copulata.

**Cic.** Cum multa eximia, diuinaq; videntur Athene

114

*tua paperiffe, tum nihil melius illis mysterijs.* lib. 2.  
De legibus.

Cic. Q. fra. *Etsi diftentus, cum opera, tum animo sum multo magis.* lib. 3. 8.

Liuius. *Cum ea res animos facit, tum agri fœcunditas, & multitudo hominum.* dec. 4. lib. 8.

Cic. Atti. *Valde mihi placebat, cu. n sensus eius de rebus scribendi cura.* lib. 15. 7.

Cic. *Cum enim te semper magnum hominem duxi, tu quod bis temporibus es prope solus in portu.* lib. 9. 6.

Colu. *Hec autem cum hominibus afferant perniciem, tum & armentis.* lib. 1. 5.

VII. Appen. *Cum, tum, diuersis verbis eiusdem modi copulata.* Hac de re Valia lib. 2. c. 22.

Cic. *Et cum ipſi, quæ fecisti pergrata sunt: tum peius quotiescumq; me videt (videt autem sapissime) gratias tibi agit singulares.* lib. 13. 41.

Idem. *Eum tibi vnicè commendo, eo q; magis, quod, cu. ipsum diligo, tum quod negotia procurat.* — Ruffi. lib. 13. 43.

Idem. *Et cum tua, & mea maximè interest te valere, tum multis est cura.* lib. 16. 6.

Idem. *Mea quidè ratio cum in præteritis est rebus cognita: tum in reliquis explorata, atq; prouisa est.* lib. 1. in Verrem.

Teren. Phor —— *Cum mihi paueo, tum Antiphon me excruciat animi ac.* 1. 4.

Cic. Bruto. *Qu' l cum honoribus amplissimis à senatu esset Leidus ornatus, tum etiam paucis antè diebus præclaras litteras ad senatum misisset.* epistola. 16.

VIII. Appen.

VIII. Appen. Cum, tum, Diuersis verbis diuer-  
forum modorum copulata.

Cic. Sed cum me vobis purgatum esse cuperem: tum  
etiam vestra in me attenè audiendo benignitas pro-  
uexit orationem meam. Pro dom. ad U. pontifices. 3

Cic. Sentio ius legatorum cum hominum præsidio mu-  
nitum sit, tum etiam diuino iure esse munitum. De  
arusp. responsis.

IX. Appen. Cum, tum eiusdem verbi  
iteratione connexa.

Cic. Arti Aucre te certo scio, cum scire quid hic aga-  
tur, tum à me scire. lib. 4. 3.

Cic. Bruto. Cum multa grauiter ferrem, tum nihil  
tuligrauius, quam me non posse matris tuae precibus  
cedere. epistola. 16.

X. Appen. Cum, tum, sine verbo copulata.

Cic. Credo. Syronem dicas & Philodamum, cum opti-  
mos viros, tum doctissimos homines. lib. 2. de Fini-  
bus, extremo.

Appen. Interdum, cum, generale quid ha-  
bet coniunctum, tum, verò speciale.

Cic Luxuria cum omni etati turpis, tum senectuti fo-  
disputa est. 1. Offic.

Cæsar Multum cum omnibus in rebus, tum in re mili-  
tari fortuna potest. 6. de bel gal.

Hirtius. Qui cum in omnibus dimicationibus, & sci- 52  
entia & virtute præstitissent, tum maximè illo tem-  
pore totum onus sustinere non recusabant. De bel-  
lo Alexand.

XI. Appen. Interdum per, cum, tum, duospecialia  
connectuntur.

Cic.

Cic. Q. fr. Cum spes sum maxima, tum maiore etiam animo. lib. 1. 2.

5 Cic. Mirifice eum diligo, cum propter summum eius ingenium, summamq; doctrinam, tum propter singularem modestiam. lib. 2. 14.

Caesar. Cum loci natura, tum munitio castrorum adiutum prohibebat. 2. de bello ciuili.

XIII Appen. Cum propter, tum propter.

10 Cic. Cui, cum propter virtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus. lib. 12. 24.

XIV Appen. Cum propter, tum quod.

15 Cic. Valde eum diligo, cum propter summam probitatem eius, tum quod in ijs controversijs, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima eius opera vesti soleo. lib. 9. 25

Sallust. Cum propter bonas artes, tum maximè quod.

Lugurt.

XV. Appen. Cum alijs de causis, tum vt.

20 Cic. Q. fra. Accipiendum non putavi, cum alijs de causis, tum etiam vt animo & quiete ferrent. lib. 1. 1.

XVI. Appen. Cum propter, tum quia.

Sallust. Cum propter usum belli, tum quia res aspera videbatur.

25 XVII. Appen. Cum multum hoc, tum non minimum illud.

Cic. Atti. Nos cum multum litteræ, tum nō minimū Idus quoq; Martia consolantur. lib. 14. 13.

XVIII. Appen. Cum multum, tum plus.

Columella Nam cum multum prodest peritè quid facere,

cere, tum plus obest perperam fecisse. lib. 1. c. 8.

XIX Appen. Cum quod, tum quod.

Cælar. Id erat pere exiguum, cum ipsius agri natura,  
quod sunt loca aspera, &c. tum, quod Pompeius hac  
providera. 3. de bello ciuili.

XX. Appen. Ob eamq; caussam, tum ob  
ceteras.

Cic. Att. Ob eamq; caussam, tum ob ceteras, Salami-  
nij nos in cœlum decretis suis sustulerunt. lib. 6. 2.

XXI. Appen. Cum ob ea, tum quod.

Cic. Atti Non fuit eundum, cum ob ea, que ad te scri-  
psi, tum quod Cæsar adest. lib. 13. 46.

Cum, significatio temporis, Tum.

Cic. Si valebis, cum recte nauigari poterit, tum nau-  
iges. lib. 16. 11.

Idem. Sed casu nescio quo, in ea tempora nostra etas  
incidit, vt, cum maximè florere nos oporteret, tum 15  
viuere etiam puderet. lib. 5. 15.

Idem Cum aliquid videbatur caueri posse, tum id ne-  
gligebam. lib. 6. 2. 2.

Idem. Quidem cum obiurgarem, quod parum valetudi-  
ni parceret, tum ille nihil sibi fuisse longius, quam vt 20  
me videret. lib. 11. 27.

Idem Cum inimici nostri venire dicentur, tum in Epi-  
rum ibo. lib. 14. 3.

Plau. Trucu. Hoc nobis vitium maximum est: cum a-  
mamus, tum perimus. sc. Ad fores.

Cic. Cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis  
augenda nostræ (nam ad amorem quidem nihil pote-  
terat accedere) tum discedis a nobis. lib. 15. vlt.

Cic. Atti Cum erimus congresi, tum si quid res feret,  
coram inter nos conseremus. lib. 1. vlt.

Ter.

Ter. Phor. Quamobrem, cum secunda res sunt maxime, tum maxime  
Meditari secum oportet, quo pacto aduersam erumna-  
ferant: aet. 1. 1.

Cum, tum deniq;

<sup>5</sup> Cic. Apud iudicem causam priore loco dicat: & eam  
cum perorabit, tum deniq; vocem accusatoris audiat.  
Pro Quintio.

Vatro. Cum obliuione iam lactis non desiderant ma-  
trem, tum deniq; compellendum in greg. m. ouium.  
to lib. 2. 2:

Cum, tum iam.

Gellius. Cum vero prope ad manus ventum est tum  
iam è propinquò hostis, & impetu propulsandus, &  
clamore terrendus est. lib. 1. c. 11.

<sup>15</sup> Cum, iam tum.

Cic. Atti. Hæc cum scriberem, iam tum existimabam  
ad te orationem esse perlatam. lib. 15. 13.

Cum, iam tunc.

Ter. Eu. —— cum inde abeo, iam tunc inciperat  
Turba inter eos. —— ac. 4. 4.

<sup>20</sup> Cum admittit etiam particulæ, iam,  
tunc, statim, continuò.

Cic. Cum hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore:  
lib. 10. 10.

Ouid. Septimus huic oriens, cum se demiserit vndis,  
<sup>25</sup> Fulgebit toto iam Lyra nulla polo. 1. Fast.

Ouid. Cum patriam amisi, tunc me perisse putato. 3.  
trist. 3.

Plau. Mercat. Senex cum ex templo est, iam nec sentit,  
nec sapit. sc. Profecto.

Cic. Cum rem penitus, causamq; cognoui, statim occurrit animo, qua sit causa ambigui. lib. 2. de Orat. Item ad Bru. 18. epistola.

Plaut. Amphi. —— quum in mentem venit,  
Illic hoc homo denuò volt pallium detexere. sc. 1.

Cic. Atti. Cum in spem venero, de compositione aliquid me confidere, statim vos certiores faciam. lib. 9. 11.

Cic. Cum te summis laudibus extulerunt, mihi coniunctuò maximas gratias agunt. lib. 9. 14.

Cæsar. Cum Lentulus consul ad aperiendum ararium venisset, protinus. 1. de bello ciuili.

Idem. Cum Siciliam recepisset, protinus in Africam transducere exercitum iubet. Ibidem.

Hirtius. Castra cum mouere vellet, subito ex opido erupit multitudo. de bel. Afric.

Idem. Quæ res cum animaduersa esset, subito legionarij consistunt. Ibidem.

Plaut. Capt. Memini cum dicto haud audebat, factio numeri ut licet. sc. Iam.

Plau. Mostel. Illicò intra limen astante illic, vt, cùm exten. plò vocem, continuò exiliatis. sc. penult.

Demum, si.

Plaut. Mer. —— Seruata res est demum, si illam videro. sc. Diuum.

Demum cum, tunc.  
vide Tunc.

Plaut. Mer. Demum igitur cum senex sis, tunc in ocuñ Te colloces, dum potestur. —— Ic. Tandem.  
Diu.

Diu est, cùm.

Plaut. Mer. — *Puer est ille quidem stulta.*

Nam illi quidem haud sane diu est, cum dentes exciderunt. sc. Amice.

5 Diu est, quòd, *vide Iamdiu.*Gellius. *Induciarum autem vocabulum, qua sit ratione factum, id diu est, quod querimus.* lib. i. c. 25.Diu est, postquam, *vide Iamdiu.*

10 Diutius, quàm quoad.

Cic. *Id sperasti remp. diutius, quàm quoad mecum simul expulsa careret his mœnibus, esse laturam?* Pro domo sua, fin.15 Diuersus, quàm, *idec,*  
Alius, quàm.Plinius. *Eruca diuersa est, quàm lactuca, natura.* lib. 19. c. 8.Quintil. *Pransus quoq; & potus diuersum valent, quæ indicant.* lib. 1.

20 Diu, denique.

Ouid. *Tuta diu volucrum prôles, tum deniq; casa est.*  
1. Fast.

Dudum, cùm.

25 Plaut. Menæch. *Nimis stultè dudum feci, cùm manus ium Messenioni cum argento concreddi.* sc. Nimiris.Plaut. Menæch. *Scilicet qui dudum tecum venit, quod pallam mihi**Detulisti, quam ab uxore tua surripuisti.* sc. Sine fores.

Dum non, id est, modo non.

**Plinius.** Atq[ue] ad e[st] nihil largiatur princ[ip]e, ps, dum nihil auferat: non alat, dum non occidat. Paneg.

**Venu' eius.** Hos accusare non licet, legatum Imperatoris, &c. cumque, qui reipublica causa afferit, dum non retractanda legis causa abest, l. 12. ff. de accusationibus.

Dum ne.

**Brut. Cic.** Interpellent me quo minus honoratus sim, 10 dum ne interpellent, quo minus res publica à me commode administrari possit. lib. 11. 10.

**Cic. Atti.** Tu autem meministi nos sic agere, ut quot vellet prefecturas sum ret, dum ne negotiatori. lib. 6. 1.

**Cic. Atti.** Ego si cui adhuc video regnior fuisse, dum ne tibi videar, non labore. lib. 3. 1. 15

**Ter. An.** Quidvis cupio, dumne ab hoc me falli comprio. ac. 5. 3.

**Cato.** Id faciat sepe, dumne lassus fiat. Dere Rast. lib. 1. 5.

**Idem.** Jam multisimam vineam facito, alligatoq[ue] re- 20 élè, dum ne nimium constringas. lib. 1. 33.

**Plau. Capt.** Dumne ob malfacta peream, parui id astimo. sc. Injicio.

**Plau. Bac.** — Pacifcere ergo obsecro, quod tibi lubet, 25 Dumne manifesto hominē opprimat, ne nū enecet sc meā

**Plau. Aulu.** — ne id te pigate proloqui,

EV. dum quidem ne quid perconteris quod mihi non lubeat loqui. sc. Prætagibat.

**Ouid.** Vel patiare licet, dum ne contempta relinquantur. 3. Heroid.

**Plau. Trin.** Dum ille ne sis, quem ego esse nolo, sis mea caussa

*causa quod libet. sc. huic.*

**H**or. — *Cum te neq; servidus astus*

*Dimoueat lucro, neq; hiems, ignis, mare, ferrum.*

**N**il obſtet tibi, dumneſit te ditior alter. Sati. 1.

**C**elsus. *Sufficit tibi permitti tollere ex his rebus qua  
poſſis: dum ita, ne deterior ſit fundus.* l. in fundo  
38. ff de rei vindicat.

**G**aius. *His autem potestatem facit lex, pactionem quā  
velint ſibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrum-  
pant.* l. vlt. ff. de collegijs & corporibus.

*Dum modō, id est, Si modo, Tamen,*

*vt, Dum tamen.*

**C**ic. F. *Sed omnia postposui, dummodō pceptis patria  
parerem.* lib. 1 6. 2 1.

**Plau.** Amphi. — *abſit, dummodō*

*Laude parta domum recipiat ſe. sc. Satin.*

**L**iuſus. *Dum modō virum honoratum videret.* lib. 1.

**T**er. Eu. *mea nil refert, dum potiar modō.* ac. 2. 3.

**T**er. Heau. *Sumat, cōsumat, perdat: decretū eſt pati,*

**Dum illum modō habeam mecum.** ac.

**T**er. Adel. *Satis mihi id habeam supplicium, dum il-  
los vlcifar modō.* ac. 3. 2.

**Vlp.** *Periculū rei ad emptorem pertinet: dū modō cu-  
ſtodiām venditor ante traditionem praefet.* l. eu qui.  
14. ff. de furtis.

**Dum modō, ne.**

**Cic. Q.** Fr. *Sit ſumma in iure dicendo ſeu eritas, dum  
modō e a ne varietur gratia* lib. 1. 1.

**Cic. Atti.** *Id ipsum ſcribas velim, te nihil habuisse,  
quod ſcriberes, dum modō, ne his verbis.* lib. 1 2. 44.

**Vlp.** *Dum modō ne quis in plebeio operis publici pœna*

*D 4 excedat.*

*expecat.* L. ff. de effractoribus & expilat.

### Dum, pro dummodo

Plau. Bac. Nā ille edepol Ephesi in multo mauelle foret,  
dum saluus esset quām reuenisset, domūm, sc. Atri  
dā Idem Capt. sc. Inijcite

Ter. Adel.—quasi tibi quicquam sint viginti mina,  
Dum huic obsequare, — ac. 2. 2.

Ter. Phor. — non padet.

Vanitatis? DO, minime, dum ob rem. — ac. 3. 3. 10

Hirtius. Nullumq; periculum deprecaturos, dum per  
eos Cæsari prouincia restitueretur, De bello A-  
lexand.

Sallust. Nihil tam asperū, neq; tam difficile esse, quin  
cupidissimè facturē essent, dum ea res ciuitatem ēre  
alieno liberaret. In coniurat,

### Dum tamen.

Marcianus. Permittitur tenuoribus stipem mensuā  
conferre, dum tamen semel in mense coeant. L. i. ff.  
De collegijs & corporibus.

Idem. Religionis causa coire non prohibentur, dum ta-  
men per hoc non fiat contra senatus consultum. Ibid.

Vipianus. In his igitur publicē licet cuilibet edificare,  
& destruere: dum tamen hoc sine incommodo cuius-  
quam fiat, L. fluminū 24. ff. De dam, infecto.

### Dum modō, ne quid.

Cic. Veniendum censeo, dummodō ne quid hac ambiti-  
osa festinatio imminuat eius gloria, quam consecuti  
sumus. lib. 10. 25.

### Dum modō, non.

Vlp. Si seruus ad hoc erit manumissus, ne torqueatur:  
dum modō

dummodo in caput domini non torqueatur, posse cum  
torqueri diuus Pius rescrisit.l. i. §. 8. ff. de quæst.

Idem. Solent autem ex hoc extra ordinem plecti: dum-  
modò non debeat opus metalli bæc pœna in plebeis e-

5 gredi.l. 3 ff. Stellionatus.

Dum, interea, tempus significat.

Dum, interea loci.

Cic. Hac dum Romæ geruntur, Quintus interea, contr*æ*  
ius, consuetudinem, edicta prætorum, de saltu, agroq;  
10 cōmuni, à seruis cōmunitib. vi detruditur. Pro Quint.

Cic. Dum is in alijs rebus erat occupatus, qui summam  
rerum administrabat: erat interea, qui suis vulnerib.  
mederentur. Pro Ros. Ameri.

Ter. Eu. Hac dum mecum reputo, accersitur interea  
15 virgo. ac. 3. 5. Item Virg. 12. æn.

Ter. Heau. Tu h̄ic nos, dum eximus, interea opperibe-  
re. ac. 4. 6. Item Adel. 5. 2.

Idem. Dum ego propter te errans patria careo demes,  
tu interea loci

20 Conlocupletasti te Antiphila. ————— act. 2. 2.

Plaut. Ali. Dum reperiam, qui querit argentum  
in fœnus, h̄ic vos

25 Dormitis interea domi, at q; herus in hara, haud a-  
dibus habitat. sc. Quid hoc.

Plaut. Amphi. ————— Dum hæc aguntur, interea  
vxorem tuam

Neg, gementem, neg, plorantem nostrūm quisquam  
audiuimus. sc. Spes.

Ter. Eu. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellū  
vbi aduenimus,

Concurrunt lati mī obuiam cupedinarij. act. 2. 2.

D 5      Dum

Dum, Interim.

Plaut. Mili. Dum te obtuetur, interim linguam oculi  
praeiderunt. sc. Hera.

Cuius loci perelegans restitutio, viro longè do-  
ctissimo lucto Lipsio, amico nostro debetur. §

Plaut. Menach. —— dum coquitur, interim pota-  
bimus. sc. Anime mi.

Hirtius. Dum haec opera, que ante dixi, siebant à legi-  
onibus, interim pars aciei ante opus instructa sub ho-  
ste stabant. De bello Africano. 10

Plaut. Trinum. Sed dum illi agrotant, interim mores  
mali,

Quasi herba irrigua succreuerunt vberrimè. sc. A-  
micum, & sc. ut in hi. Stein Ruden. Prologo.  
& sc. Quam mox.

Dum, tantisper, Vide Tantisper.

Terent. Adel. Dum id rescitum iri credit, tantisper  
cauet:

Sisperat fore clam, rursum ad ingenium reddit. sc. i.

Dum, nunquam.

Plaut. Pseu —— Dum ego viuus viuam, nūnq  
eris frugi bone. f. Pseudole.

Dum, necdum.

Virg. Ac dum prima lues vdo sublapſa veneno

Pertentat sensus, atq; ossibus implicat ignem,

Necdum animus toto percepit pectore flāmā. 7. xii.

Dum, dum.

Catullus. Sic virgo dum intacta manet, dum cara suis.

In carmine nupt. Prius dū, significat quoad:  
sequens, vſq; eō. vt monet Quintil. lib. 9.c.3.

Plaut.

Plaut. Trucu. Is amatur apud nos, qui quod dedit, iste oblitus est datum.

Dum habeat, dum amet: ubi nihil habeat, aliū quem cōspiciat. sc. 2.

5 Cuius loci restitutionem Dionysio Lamb. acceptam ferimus.

Appen. Dum, particula temporis, post Nomina.

Cic. Vbi per paucos dies, dum pecunia accipitur, quae mibi ex publica permutatione debetur, commorabor. lib. 3. 5.

Ter. Heau. Unus est dies, dum argentum eripio. — ac. 4. 1.

Plaut Trucu. sc. Num tibi. & sc. — Blitea. Item Varro. lib. 2. 2.

Ter. Heau. —— nosti mores mulierum: Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. act. 2. 1.

Ter. Adel. —— hac domi dubitas, menses abierunt decem. act. 4. 5.

20 Ter. Phor. Ne queo exorare, ut maneat, ex illorum ut mutet fidem,

Triduum hoc, dum id, quod est promissum, ab amicis argentum aufero. act. 3. 2.

Ter. Hec. —— ubi totum desedi diem, Myconium hospitem dum expecto. act. 5. 3.

25 Cæsar. Hoc unum esse tempus de pace agendi, dum sibi vterque confideret. 3. de bello ciuili.

Dum, absolute possum, vide Interim.

Ter. Phor. —— dum igitur licet, dumque adsum, loquimini mecum Antiphon. act. 3. 3.

Ea

Ea, quia. *caussale.*

**P**laut. *Perse.* *Ea vobis grates habeo atq; ago, quia pro-  
bè sum vltus meum inimicum.* sc. *Holtibus.*

Ea re, quia. 5

**C**ic. *Att.* *Eare non venit in mentem, quia nihil atti-  
nuit.* lib. 12. 18.

Ea re, quòd.

**B**rutus *Att.* *An hoc ipsum eare facit, quod illi pro-  
pter amplitudinem omnium iam, vltroq; deferenda pu-  
tatur ad Brutum* epist. 21. 10

Eà, qua. *loci.*

**C**æsar. *Sese posse, & audere cù transire flumen, qua  
transductus esset equitatus.* lib. 1. de bello ciuili. 15

Eatenus, quoad. *idec;*, *hacenus,*  
*eò r;que.*

**C**ic. *Q. Fra* *Quorum si quis forte esset sordidior, ferres  
eatenus, quoad per se negligeret eas. leges, quibus est  
adstrictus.* lib. 1. 1. 20

**C**ic. *Nec verò eos, qui ei muneri prefuerunt, vniuersit  
iuris expertis fuisse existimo: sed hoc, ciuile quod vo-  
cant, eatenus exercuerunt, quoad populo præstare vo-  
luerunt.* lib. 1. de legibus.

Quoad, *absolutè.* 25

**A**d Heren. *Reliquas præceptiones, quoad videbitur,  
in tertium librum transferant.* lib. 2.

**C**ic. *Quoniam P. Sceuola id solum esse ambitus adiūc  
dix. erit, quoad parietis communis regendi caussa tectū  
projiceretur. In Topicis.*

Eate.

Eatenus, quatenus.

Iauolonus. *Furti eatenus habet actionem, quatenus eius interest.* l. Fullo. 90. ff. De furtis.

Vlpian. *Dicendū est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt.* l. Sed & si, 25. §. 8. ff. de hæred. petit.

Labeo. *Eatenus eam obligationem contrahi puto, quatenus vir bonus de spatio temporis estimasset.* l. Insulam. 58. ff. loca conduc.

10 Florentinus. *Quod verò ita conductum sit, ut in pedes mensurāsue præstetur, eatenus conductoris periculo est, quatenus ad mensum non sit.* l. opus. 36. ff. eodem.

15 Gaius. *Eatenus tamen dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior est.* l. eatenus. 1 c. ff. de instit. act.

Paulus. *Hæ actiones heredibus dantur, in heredes eatenus dandæ sunt, quatenus ad eos peruenit,* l. Pedius 4. ff. De incendio, ruina, naufra.

I Appen. Ex ea parte, quatenus.

20 Cic. *Sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipient, fieri scribis, ne ad nos perferantur.* — lib. 4. 4.

I I. Appen. Ex illa parte, qua.

25 Macer. *Sepulchri violati crimen potest dici ad legem Iuliam de vi publica pertinere, ex illa parte, qua de eo cauetur, qui fecerit quid, quo minus aliquis funeretur.* l. 8. ff. De sepul. violato.

Eatenus, qua, pro quatenus.

Quintilianus. *Dandum aliquid Comædo quoq; dum eat-*

**E**atenus, qua pronuntiandi scientiam futurus orator desiderat. lib. i. c. i.

**C**ol. Caules lactucæ ab imo depurgatos eatenus, quæ tenera folia videbūtur, in alueo salire oportet. li. ii. c. 9

**I**auotenus. Litus publicum est eatenus, quæ maximè fluctus exäftuat. I. litus. 112. ff. de verb. sign.

**V**lpian Condemnatus, eatenus qua facere potest, cogitur soluere. I. Miles. 6. ff. De re iudicata.

**I**dem. Cödemnatus, eatenus quæ facere potest, cogitatur. 1 item miles. 18. ff. de re iudicata.

**I**n posteriori capite ab exemplari meo discedere visum fuit, & viri longè doctissimi Anto.

Augustini emendationem, fidemq; sequi.

*Appen.* Quæ, absolutè positum.

**V**lpian. Attamen vbi deceſſit, quæ extinctum legatum & libertas est, senatus confito fore locum dicit. I. i. ff. de S.C. Silla.

**M**arcel. Urbs est Roma, quæ muro cingeretur. Roma est etiam, quæ continentia adiftia essent, nam Romam non muro tenus existimari, &c. l. vt Alfenus ait. 87. ff. de verb. tig.

**O**uid. Et modò, quæ poterat latum spectabat in echor, Nunc in arenosa lassa iacebat humo. 2. Rem. amo.

**C**ato. In hoc modo putato, quæ locus rectè ferax erit, qua arida erunt, &c. quæ locus ferax non erit, id plus concidito, aratoq;, cap. 44.

Eatenus, Vt.

**C**i. Quorū ego orationes, si vt spero, ita expressero, virtutib. vtens illorū omnib. id est, sententijs, & earū figuris et rerū ordine, verba perseques eatenus, vt ea nō abhorreant à more nostro, &c. de opti. ge. orat. Itidem Colu. lib. 5. c. 1.

Suetonius.

Eatenus, ne.

**Suet.** Ac primò eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret. Tiber. 33.

I. Appendix.

5 Quām latē huius vocis Eatenus significatio a-  
pud Iureconsultos pateat, discere mecum Iu-  
ris studiosi poterunt ex Bartolo. in princ. l. 1.  
ff. De operis noui nūnciatione.

II. Appen.. Eatenus absolutè positum.

10 Plaut. Most. Eatenus abeunt à fabris. sc. Recordat.

III. Appen. Quatenus,absolutè positum.

**Cic.** Aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias : le-  
ges, quatenus tenere manu possunt: philosophi, quate-  
nus ratione, & intelligentia. 3. Offic.

**Cic.** In omnibus rebus videndum est quatenus. et si enim  
suum cuique modus est, tamen magis offendit nimium,  
quām parum. In Oratore.

**Suet.** Vicem suam conquestus est, quod sibi non liceret

20 amicis, quatenus vellet irasci. Octauio.

**Paulus.** Bonæ fidei possessorem teneri, quatenus locuplē-  
tior est. 1. Julianus. 30. ff de hered. pet.

**Sueton.** Nunc consolando per edicta: nunc opitulando  
quatenus suppeteret facultas. 1 it. 8

25 **Vlpian.** Aestimabunt quatenus intersit. 1. Prætor. 3.  
ff. De sepul. violato.

**Cic.** Ut Bibuli sententia diuideretur, quatenus de reli-  
gione dicebat.lib. 1. 2.

Eò, quo. cauffale es ē.

**Cic.** Att. Neg, hac èd scribo, quò te non meo casu ma-  
xi mu dolore esse affectum sciam.lib. 3. 15.

**Cic.**

**Cic.** Atti. Nam quod testificor, me expertem belli fuiſſe, etſi id re perſpectum eſt, tamen eò ſcripſi, quo in ſuadendo plus auctoritatis haberem. lib. 8. 9.

**Cic.** Non eò dico C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides & conſtantia. Pro Quintio, princ. 5

**Sallust.** Atq; eò dictare feciſſe, quò inter ſe magis fidifor  
rent. In Coniurat.

**Cic.** Att. Quarum rerum ed grauior eſt dolor, quò culpa maior. lib. II, II.

I. Appen. Magis vt: quam vt.

**Ter. Andr.** ——— magis id aded, mihi vt incommodet,

Quam vt obsequatur gnato. ——— sc. I.

II. Appen. Magis eò, vt: quam quò.

**Cæſar.** Mercatoribus eſt ad eos aditus, magis eò, vt que 15  
bello ceperint quibus vendant, habeant: quam quò vlam rem ad ſe importari deſiderent. 4. de bel. Gal.  
princ.

III. Appen. Interdum harum particularum  
fit transpositio.

**Tere.** Euñu. Non pol quò quemquam plus amem, aut 20  
plus diligam cōfeci. aEt. I. 2.

III. Appen. Interdum Quò ſolum in ora-  
tione ponitur, neq; id ſine venustate.

**Ci.** Tū velim mihi credas, accidere id etiam, quò magis 25  
expetam promiſſum tuum. lib. 6. 8.

**Teren.** And. Forma bona memini videre, quo equior  
ſum Pamphilo. aEt. 2. 4.

**Varro.** Fræcox, & miscella, quam nigrā vocant, mul-  
to ante coquitur, quò prior legenda. De re ruf. lib.

1.54.

Eò

Eo, quo, ablatui sunt, & comparationem habent elegantem, quae de re infra dicemus plura.

5 Cic. Vnde eo plus opis auferret, quo minus attulisset.  
Pro Quintio.

Varro. Arationes eò fructuosiores sunt, quò calidiore terra aratur. De re rust. lib. I. c. 32.

Eò, quòd.

10 Cic. Eoq; tardius scripsi ad te, quòd quotidie te ipsum expectabam. lib. 3. 7.

Idem. Hac eò pluribus scripsi, quòd mihi significabant tuae litteræ subdubitare te, qua essem erga illum voluntate. lib. 2. 13.

15 Idem. Quod autem à tuis abes, id eò leuius ferendum est, quòd eodem tempore à multis, ac magnis molestijs abes. lib. 4. 3.

Cœlius Cic. Has ego tibi litteras eò maiore misi interuallo, quòd comitiorum dilationes occupatiorem me habebant. lib. 8. 4. & 11.

20 Cic. His de rebus eò magis labore, quòd agitur res Cn. Pompeij etiam, nostri necessarij. lib. 13. 56

Cæsar. Ad hostes contendit, eo minus veritus nauibus, quòd in littore molli, atq; aperto, deligatas ad anchoras relinquebat. 5. de bel. gal.

25 Varro. Neg; eò dico, quòd non habeant & vtilia, & communia quadam. De re rust. lib. I. 5.

Ter. Heau. Neg; eò nunc dico, quòd quicquam illum senserim. ac. 3. 2.

I. Appen. Prior particula non raro  
supprimitur.

Cic. Primum tibi ago gratias, quod me omni moleftia  
liberas. lib. 13. 62.

Idem. Consolatione non vtebar, quod ex multis audie-  
bam, quam fortiter, sapienterque ferres iniuriam tem-  
porum. lib. 6. 11. 5

Idem. Nego hoc dico, quod diffidam huic causae. lib.  
8. 17.

Idem. Nomen autem Auiani consecutus est, quod ho-  
mene nullo plus est usus, quam Flacco Auiano. lib. 13. 10  
35.

Idem. Diploma statim non est ratum, quod mirifica  
est improbitas in quibusdam. lib. 6. 13.

Varro. Tu, inquit, scientia quod præfas, dicere debes.  
De re rust. lib. 1. 3.

Eò, quoniam. 15

Gellius. Hoc ed stricuum notavi, quoniam in M. Ciceronis oratione, qua Voconia Legem suasit, queri solet,  
quid sic us, quid infra classem. lib. 7. c. 13.

Eò, quia.

Cic. Id autem ed facilius credebatur, quia simile vero 20  
videbatur. lib. 12. 5.

Cic. Quod ed nunc magis facit, quia viuunt mecum fe-  
re quotidie illius familiares. lib. 9. 16.

Plaut. Amphi. ————— eò fit, quia mihi  
Plurimum credo, & scio istac facta proinde ut pro- 25  
loquor. sc. Satin.

Plaut. Capt. Iuuentus nomen indidit scorto mihi,  
Ed, quia inuocatus soleo esse in coniuicio. sc. 1. Item  
Cistel. sc. Credo.

Ter.

Ter. Eu. Eóne es ferox; quia habes imperium in bel-  
luas? ac. 3. 1

Ter. Heu. — an eò sit, quia in re nostra, aut gaudio  
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine. ac. 3. 1.

5 Cato. Conuenit arundinetum cum corruda, eò quia fo-  
ditur, & incenditur. lib. c. 6.

I. Appen. Non eo, sed quia.

Cic. Atti. Quod ego non eò vercor, ne mihi noceat: sed  
quia ingrati animi crimen horreo. lib. 9. 2.

10

II. Appen. Non eò, quin, sed:

Plaut. Trinum. Non eò hoc dico, quin que tu vis, ego  
velim, & faciam lubens;

Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, premon-  
stro tibi. sc. Quò illic.

15

III. Appen. Non eò, quin non: Verùm.

Plaut. Asina. Scio quidem quamobrem me pater tu  
tristem credas nunc tili,

Quia ista st tecum, atq; ego quidem heret ut ve-  
rum tibi dicam pater,

Ea rès me male habet. at non eò, quin tili non cupi-  
piam quæ v. lis:

Verùm istam amo, aliam tecum esse ecclide nfacile  
possim perpeti. sc. Agedum.

25

Eò, né.

Cic. Eò te ne laudandi quidem causa interpellavi, né  
quid de hoc tam exiguo sermonis tui tempore verbo  
vno meo deminu retur. lib. 3. de Orat.

Cic. Atti. Quod ego non eò vercor, ne mihi noceat:  
lib. 9. 2.

**Ter. Phor.** verūm istoc de nomine  
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris  
Effutiretis. ac. 5. 1.

**Plaut. Aulu.** Eò dico, ne me thesaurum repperisse cen-  
seas. sc. Præfigibat.

**Idem Mili.** Eò minus dixi, ne hacc censeret me aduor-  
sum se mentiri. sc. Iamne.

Eò, vt ne quidem.

**Ad. Heren.** Eò diligentius omneis eius parteis perscruti-  
tati sumus, vt ne paruula quidem titubatione, aut of-  
fensione impediremur. lib. 2.

Eò, vt ne.

**Cic.** Suspicio eò semihoram mihi à Labieno præstitutā  
esse, vt ne plura de pudicitia dicerem. Pro C. Ra-  
birio, princ.

Eò vt.

**Cic.** Hac ad te eò pluribus scripsi, vt intelligeres, me nō  
vulgariter, nec ambitiosè: sed vt pro homine intimo,  
ac mihi per necessario scribere. lib. 13. 69.

**Idem.** Marionem ad te eò misi, vt tecum ad me quām  
primum veniret. lib. 16. 3.

**Idem** Id eò feci, vt tanquam à præsentibus coram ha-  
beris firmo videretur. in Lelio.

**Idem** Hac eò pertinet oratio, vt perditis rebus omnib.  
tamen ipsa virtus se sustentare posset. lib. 6.

**Idem.** Ego eram in illis locis, in quibus maximè me tu-  
to esse arbitrabar, eò factum est, vt ad te Lupus sine  
meis litteris rediret. lib. 11. 5.

**Cic.**

Cic. Atti. Omnes meas vindemias eò reseruo, ut il-  
lud subsidium senectuti parem. lib. 1. 8.

5 Cic. Atti. Hæc eò scripsi, vt potius relevares me, quod  
facis, quam aut castigatione, aut obiurgatione di-  
gnum putares. lib. 3. 16.  
Eò, vti.

Cato. Eò lotium suillum aut sterlus ad radicem adde-  
re oportet, vt stabilia mala fiant. De re Rust. lib.

1. 7.

10 I. Appen. Eò causale sèpius circumloquimur, vt  
& particulam ideo, de qua infra  
dicemus.

Cic. Hæc ego ad te ob eam caussam maximè scribo, vt  
iam de tua quoq[ue] ratione meditare, lib 1. 8.

15 Idem. Neq[ue] verò eam ob caussam, quò ipse facilius con-  
sequerer. lib. 3. 9.

Idem Nihil scripsi ad te ob eam rem, quòd adificatio-  
nis tuae consilium nolebam impediiri. lib. 13. 1.

Idem. Ob eam caussam impetravit, quòd te obiecif-  
fe illam adificationem constabat. Ibid.

20 Plaut. Trinum. Ob eam rem hæc pater autumauit,  
quia. sc. Quò illic.

Gaius. Ob id, quod ex testamèto heredem se esse puta-  
ret. l. quod si, 17. ff de hæreditat pet.

25 Varro. Vt eò aqua influat, eo nomine faciunt. De re  
Rust. lib. 1. 13.

Ter. Heau. Tui Clitiphenis esse amicam hanc Bac-  
chidem

Menedemo dixit Clinia, & ea gratia

Secum adduxisse, ne tu id persentisceres. ac. 4. 4.

Ter. Adel. —— Si ob eam rem vobis mea vita inui-  
sa est,

*sa est, quia. sc. vlt.*

Vlp. *Si hac mente ei dederit nummos, ut perferret,*  
*&c. l. falsus creditor, ff. de furtis.*

Idem. *Neg, de beo deterioris conditionis ob hec esse,*  
*quod vsumfructum hakeo.l. 17. de Iniurijs.*

I I. Appen. *Eò, quandoq; in posteriori*  
*orationis parte, et solum*  
*ponitur.*

Cic. *Dederam triduo ante pueris Cn. Planci litteras*  
*ad te, eò nunc ero breuior.* lib. 6. 21.

Plau. Trucu: — *Is nunc dicitur*  
*Venturus peregrè, eò nunc commenta est dolorum.*  
*sc. 1.*

*Eò, quò, locum significat.*

Cic. *Si ed, quò constitueras, venire voluisses.* lib. 5. 20.

Cic. *Eò di'cessisti, quò ego te ne persequi quidem posse*  
*triginta diebus.* lib. 3. 6.

Alin. Poll. Cic. *Compulsus eò, quò minimè volebam.*  
*lib. 10. 31.*

Cic. Att. *Quod is in eadem loca, quæ nos petebamus,*  
*profectus, celerius etiam, quam nos possemus, eò quò*  
*intenderat, venturus esset.* lib. 8. 10.

Ter. Phor. *Imò, non potuit melius peruenirier*  
*Eò, quò nos volumus* — ac. 4. 3.

Vlpian. *Si quis in asylum confugerit, aut eò se confe-*  
*rat, quò solent venire, qui se venales postulant.* l. quid  
*fit, ff. de ædil. edicto.*

Hor. *Il it eò, quò vis, qui zonam perdidit, inquit.* lib.  
*2. epist. 2.*

*Eò loci, quò.*

Vlpianus. *Si cum re furiua fuerit adprehensus prius,*  
*quam*

*quam eo loci rem pertulerit, quod destinauerat. l. fur  
est 3. ff. de furt.*

I. Appen. Eò, sèpius circumloquimur.

5 Cic. *Animus verò non me deserens, sed respectans, in ea  
profectò loca discessit, quò mihi ipsi cernebat esse ve-  
niendum.* In Catone.

Cic. Atti. *Res eodem est loci, quo reliquisti.* lib. I. II.

Sallust. *Vbi ad id loci ventum, quò Numidis præcepe-  
rat.* Iugurt.

10 I. Appen. *Quò, absolutè posatum.*

Cic. Att. *Ita q̄ veniam quò vocas, modò adiutore te.*  
lib. 16. 12.

15 Varro. *Difficulter confuscent, quò sunt translate,  
manere.* lib. 3. 16.

Cato. *Si ita non caueris, quò impuleris, triennij fru-  
ctum amittes.* lib. I. 5.

Eò, vbi.

20 Cic. *Venit in agrum vvvvvvvv,*  
*modò res erat, sed ratio quoq; omnis.* Pro Quintio.

Varro. *Si è bono loco transtuleris eò, vbi idonea pabu-  
latio non est, fugitiua& sunt.* lib. 3. 16.

Arrius Menand. *Nec remittendus eò, vbi reus postu-  
latus.* I. *Qui cum 4. ff. De' re militari.*

25 Sallust. *Et eò magnitudinis procederent, vbi pro mor-  
talibus gloriat aterni fierent.* In Iugurt.

Eò loci, vbi.

Vlpianus. *Labeo ait ibi exhibendum, vbi fuerit cum*

lis contestaretur, periculo & impendijs actoris perferrandam, perducedamque e loci, ubi actum sit. 1. sedet. 11. ff. ad exhibend.

Eo, vnde.

Cic. Atti. Eò, vnde discedere non oper: uit, aliquando reuertamur, lib. 2. 16. & 12. 21

Coelius Cic. Ne te sciens, prudensq; eò demittas, unde exitum vides nullum esse. lib. 8. 16.

Cic. Ut si Galli à maioribus nostris postularent, vt eò restituerentur, vnde deieicti essent. Pro Cecinna.

Vlpianus. Multo magis fugitiuum esse qui eò se conferat, vnde abduci non posse. 1. quid sit. 13. ff. de ædil. edicto.

Sallust. Postquam eò ventum est, vnde à ferentariis prælium committi posset, maximo clamore infestis signis concurrunt. In coniurat.

Liuius. Qui ubi redierūt, retuleruntq; eò se progressos, vnde in omnes partes circumspectus esset. dec. 1. lib. 1. ~~2~~ Eodem, vnde.

Cæsar. Alia eodem, vnde erant profecta, referrentur. 4. de bel. gal.

Cæsar. Ibi cognoscit XL. naues, quæ in Meldis factæ erant, tempestate reiectas, tenere cursum non potuisse atq; eodem, vnde erant profecta, relatas. 5. de bel. gal.

Plau. Af. Ego pol te redigam eodem, vnde orta es, ad egestatis terminos. sc. Siccine.

*Appen. Synonymorum.*

Cæsar. Cum in eum locum, vnde erant egressi reuerti cœperant. 5. de bel. gal.

Cic.

Cic. Restituiq; in eum locum cupere, ex quo decidit.  
lib. 2. 23.

Cæsar. In eandem partem, ex qua venerat, rediit. 3. de «  
bello ciuili.

5 Cic. Ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, re-  
uertamur. lib. 2. De legibus.

Eò, Vt

Cic. Atti. Vniuersares èò est deducta, spes vt nulla sit.  
lib. 2. 18.

10 Planc. Cic. Dum perducerem èò rem, vt dignum ali-  
quid, & consulatu meo, & vestra expectatione effice-  
rem. lib. 10 7.

Cæsar. Eoq; illos compulerim, vt neq; pedestri itinere,  
neq; nauibus commeatu iuuari possint. 2. de bello ci-  
uili.

15 Horat. Cum speramus èò rem venturam, vt simul  
atque

Carmina rescieris nos fingere. ——. lib. 2. epi. 1.

Appen. Eò, Vt.

20 Vlpian. Præterea illò spectat, dici, certum d: iniuria,  
quam passus quis sit: vt ex qualitate iniuria scianus,  
an in patronum liberto reddendum iniuriarum iudi-  
cium. I. Prætor edixit, 7. ff. de iniurijs.

25 Eò, Vti.

Sallust. Intelligit èò processum, vt regnum aut relin-  
quendum, aut retinendum armis esset. lugurt.

Plaut. Mili. Sin bene quid, aut fidcliter faciendum est,  
èò deuenient,

Obliuiose exemplò vti fiant: meminisse nequeunt.  
sc. Rem:

I. Appen. Eò, & hic circumlocutionem  
patitur.

Cic. In eum locum res deducēta est, vt nisi quis Deus,  
vel casus aliquis subuenierit, salui esse nequeamus. lib.  
16. 11.

Cœlius Cic. Transferat illuc, vt ratio esset eius haben-  
da, qui neque exercitum, neq; prouincias tradaret. li.  
8. 12.

Planc. Cic. Cum in eum casum me fortuna demissi-  
set, vt celeriter pollicendo, magna inspe ad proficien-  
dum impedimenta opponerem. lib 10. 8.

Cæsar. Hui iam r: m duxerat, vt, &c. i. de bel. ciuili.  
Idem. Res, hoc deducitur, vt. Ibidem.

Cic. Brut. Itaque res in eum locum venerat, vt, nisi  
Cæsari Octavianu Deus quidam illam mentem dedis-  
set, in potestatem perditissimi bon. inis, & turpisimi  
M. Antonij veniendum fuerit. epist. 6.

Illud quoque obseruandum censeo, quod Romani scriptores, vt alijs multis Aduerbijs, ita  
& particula Eò, & Quò, vsi sint: vt Prono-  
minut clatiuor in locum teneat. Vide Ibi,  
Vbi, Vnde, Præterea.

I. Appen. Eò, post Nomina.

Varro. In sole ponere aquæ catinos, quod è conuenient,  
vt ipsi se necet curculionès. Dere Rust. li. 1. 63.

Cato. Si cariosam terram tractes, cicer quod vellitur,  
& quod salsum est, è malum erit. c. 37.

Idem. Sumito testem picatam, è prunam leuem indi-  
to. c. 113.

Hirtius. Quæ pars corporis nuda, sine tegmine relin-  
queretur, vt è tela conicerentur. De bello Afric.

Sallust. Postquam Roma egressus est, fertur è sapè ta-  
citus

*citus respiciens, postremò dixisse. lugur.*

III. Append. Quo, post Nomina.

Cic. Me ad eam partem prouincie esse venturum, quò  
te maximè velle arbitrarer. lib. 3.5.

§ Cic. Est certus locus, certa l:z, certum tribunal, quò hoc  
referuetur. lib. 5. in Verrem.

Varro. Prouiderendum, quò se recipiunt, ne frigidus locu-  
sit. lib. 2.5. & lib. 3.6.

Idem. Sulcant fossas, quò aqua pluvia delabatur. lib.

10 29. & 40.

Varro. Prope aream faciundum umbracula, quò succe-  
dant homines in astu tempore meridiano. lib. 1. 5. 1.

Idem. Hec, quò succedant è campo ciues, illa quò equæ,  
& asini. lib. 3.2.

15 Cato. Dolia, quò vinaceas condat decem. Dere Ru-  
stica, c. 10.

Idem. Palo prius locum ne feceris, quò taleā demittas.  
c. 45. & c. 66.

Cic. Att. Noſti hunc fundum, quò, vt venimus, &c. lib.

20 5.1.

Varro. Meliori genere, vt sit surculus, quam est, quò  
veniat arbor. lib. 1. 40.

Hirtius. Nullum portum, quò classes decurrerent. de  
bello Africano.

25 Plaut. Capt. Ad fratrem, quò ire dixeram, mox iuero.  
sc. 2.

Plaut. Amphi. — facere vt sit Comœdia,  
Reges quò veniant & dy. — Prolo. & Merc. sc. 1.

Plau. Ali. — dignissimi, quò cruciatus confluat. sc. vbi.

Idem. In nunc iam ad herum, quò vocas, iam dudum quò  
volebas. sc. Quid hoc.

Item

Item. Sti. — nam quò dedisti nuptum, abire nolumus. sc. 2. & 3.

IV. Appen Quà, post Nomina.

Varro. Si viæ sunt, quà plaustra agi facilè possint, aut flumina propinquæ, quà nauigari possit. De re Rust. 5 lib. 1. ca. 16.

Idem. Quà vehebantur, viæ dictæ, quò fructus conuehebant, villæ, quà ibant, ab itu iter appellârunt, quà id angustæ, semita, ut semiter dictum. De lingua lat.

Cato. Oppidum validum propè siet, aut mare, aut amnis, quà naues ambulant. cap. 1. 10

Idem. Operculū imponito, relinquito, quà interspiret. c. 1 i 3. bis ijsdem verbis.

Cic. Omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundū.

Pro Cecinna. 15

V. Appen. Inde, post Nomina.

Varro. Afanius puticulos in Togata appellat, quod inde sufficiunt perpetuo lumen. De lingua lat.

Ter. Ad eū — vxorem duxit, natifilię

Duo, inde ēgo hunc maiorem adoptavi mihi. sc. 1. 20

Plaut. Cœrcu. Ad prætorem. nam inde rem soluo omnibus quibus debet. sc. vlt.

Idem Capt. Et protinus ad fratrem, inde ab ij mei vbi sunt alijs captivi. sc. Quid.

Idem Sti. Iam ēgo domi adero, ad meam maiorem si liam iniuijō domum. 25

Si quis me queret, inde vocatote aliqui. sc. 2.

V 1. Appen. Vnde, ut alijs Nominibus, ita & personæ quoque tributum.

Cic. Illo exi in ēo, vnde discerem fore neminem. In Catone.

Ter.

**Ter.** Adel. Domi habuit, vnde disceret. — ac. 3. 4.

**Ter.** Phor. Alijs, aliunde est periculum, vnde aliquid abradi potest:

mihi sciunt nihil esse ————— a&t 2.1.

**5** **Plaut.** Epidi. Nunquam hominem quenquam conueni, vnde abierim lubentius. sc. 1.

Plura hac de re infra in particula, Vnde.

VII. Appen. Aliò & Alibi pari phrasí collocata.

**10** **Ter.** Eu. ————— metuet semper, quem ipsa nunc capit

Fructum, ne quando iratus alio conf. ras. a&t. 3.1.

**Ter.** Heau. Quippe forma impulsi nosira nos amatores colunt.

**15** Hac vbi immutata est, illi suum animum alio conferunt. a&t. 2.3

**Ter.** Hec. Prius quam hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum. a&t. 3.1.

**Plau.** Sti. Si manere hic se malint, quam alio nubere.

**20** sc. 2. & sc. Sed ita. Itidem Trucu. sc. ita.

VIII. Appen. Hinc. pari phrasí collocatum.

**Ter.** Adel. Sed eccum ire Syrum video, hinc scibo iā, vbi siet. a&t. 4.2.

**25** **Ter.** Phor. Petam hinc, vnde institui: is si dat, sat est, a&t. 4.2.

X. Appen. Qui, id est, Vnde. similiter colloca- tum post Nomina. vide Habco, qui.

**Ter.** And ————— multa concurrunt simul

Qui conjecturam hanc nunc facio. — a&t. 3. 2.

**Terent.** Hec. Neque detractum ei iūm quicquam est, qui

*qui post posſit noſci, qui ſiet, a ct. 4. i.*

Ter. Phor. Sed mihi opus erat, vt apertè tibi nunc fa-  
buler

*Aliquantulū, que afferret, qui diſſoluere, quæ deboeo.*

a ct. 4. 3. quare

Plau. Ru. *Quin ta in paludem is excicas q̄ arundines,*  
*Qui pertegamus villam, dum ſudum eſt.* —— sc.  
2. & 1c. Serio.

X. Appen. Quamobrem, poſt Nomina,

Ter. Adel. Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrem  
buc veneram,

Rus abiit —— a ct. 3. 4.

X I. Appen. Hic Aduerbiale, loco  
Pronominis.

Plaut. Aſin. *Quid ſi hic anixius occupatus eſt mater?*  
*quid faciam? mone.* —— sc. Nequeon. hic, id eſt,  
huius amore, erga hunc.

Ad eundem modum dicimus; idq; nō ſine ele-  
gantia. Cauſa, quare. Cauſa, quamobrem, &c.

Pari pñmāſi Varronem, Similiter, quo. pro,  
Simili modo, quo, dixiffe cengeo. de quo vide  
ſuo loco. neq; abſimile puto illud Terentij.

Ter. Phor. *Me cupidum eō impuliffet, quod mihi prin-*  
*cipium eſt mali.* a ct. 1. 3.

Plaut. Cifel. *Iſtuc ago, atq; iſtic mihi cibus eſt, quod*  
*fabulare.* sc. Niſi quid.

Idem Epid. *Ipsi hi quidem mihi dant viam, quo pacto*  
*ab ſe argentiū auferam.* 1c. St.

Idem Mercat. —— id mihi adimitur, qua cauſa vita  
cupio viuerē. sc. Pentheum.

Idem Pleu. —— hinc quidem à me non potest

Argentum

*Argentum auferri.* sc. Si de. Vbi ipse phrasim interpretatus poeta.<sup>1</sup>

Plaut. Pseu. *Verba multa facimus, herus si tuus domi est, quin prouocas,*

5 *Vt id agam, quod missus hic sum.* — sc. Hi loci.

Idem Pseu. — Hic omnes

*Voluptates, in hoc omnes venustates sunt.* sc. Quid.

Item h̄c sibi interpres Plautus.

Idem Ruden. *Mane, iam reperti rem, quo pacto nec fur, nec socius sies.* sc. Heus mane.

10 Cic. *Vno vtor argumento, quamobrem me ex animo, vereq; arbitrer diligi.* lib. 9. 16.

Plaut. Ruden. *Omnia isthac ego facile patior, dum hic hinc à me sentiat.*

15 T R A. *At qui nunc abs te stat.* — sc. Serio.  
Et h̄c sibi interpres Plaut.

Idem St. *Principium ego, quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor.* sc. 2.

Varro. *Asparagi, quòd ex asperis virgultis nascuntur, et 20 ipsi scapi asperis sunt non leues, nisi Græcum;* illic enim quoq; dicitur ἀσπάραγος. Delin. lat. lib. 4.

25 Eousque, vt: *id est, Vsq; ad id,*

Paul. *Respondit non eousq; silentium patris eis nocere debere, vt & à bonis libertorum auctorum respelli debeat.* l. Paulus, 47. ff. de bon. libert.

Vlpianus. *Non tamen eousque procedendum erit, vt, si decem milia petantur, & existant duo defensores parati in quina defendere, audiantur.* l. non tamen. 38. ff. de procurat.

**Africanus.** Quod tan<sup>z</sup>en non eousq<sub>z</sub> producendum ait,  
vt etiam si liber sit factus, cum ipso agi posse dicar-  
mus.l.si seruus.51 ff.Defurtis.

Eousque, vt ne quidem.

**Cic.** Eo enim vsque progredu<sup>r</sup>, vt ne defensionem qui-  
dem mal<sup>r</sup>iorum scurum sine alijs maleficis reperi-  
re pos<sup>t</sup>.lib. i.in Verrem extremo.

Eousque, quo usque, id est,  
*Eatenus, quatenus.*

**Paulus.** Eousque fructuum rationem habendā, quo us-  
que haberetur, si res non perisset.lib.fructus. 33. ff. de  
rei vindic.  
10

Quousque, absolute

**Celsus.** Modis ex facultatibus, ex dignitate mulieris,  
maritiq<sub>z</sub> statuendus est, quo usq<sub>z</sub> ratio patitur.l.Que-  
ro, 60. ff De iure d<sup>r</sup>o.  
15

**Idem.** Litus est quo usq<sub>z</sub> maximus fluctus à mari perue-  
nit.lib.96. ff de verb.sig.

Eousque, dum, id est, tamdiu,  
donec.  
20

**Colu.** Iubebis rutabulo ligneo agitari, quod decoxeris  
eousq<sub>z</sub> dum desrigescit.lib.12. c 20.

**Idem.** Concitatè agitur pecus eousque, dum anhelet.  
lib.6.c.6.  
25

Eousque, donec.

**Gaius.** Quicquid eorum ceperimus, eousque nostrum  
esse intelligitur, donec nostra custodia coercetur. l. 3.  
ff.de acq.re do.

**Idem.** Trebatio placuit statim nostrā esse, & eousq<sub>z</sub> no-  
rā videri, donec eam persequamur. l.5.eodem.

**Idem**

**Idem.** *Talis regula comprobata est, vt eosque nostra esse intelligentur, donec reuertendi animum habeat,*  
*Ibidem.*

**Idem.** *Per adoptionem quæ sita fraternitas eosq; im-*  
**5** *pedit nuptias, donec manet adoptio.* I. *per adoptio-*  
*nem 17. ff. de ritu. nupt.* **Idem** I. *si noxale ff.*  
*de noxal. act.*

*Appen.* Donec, absolute positum.

**Iauolenus.** *Ea promissio in pendenti esset, donec collati-*  
**10** *gatio in ea causa est l. ti debitor.* So. ff. de iu<sup>l</sup> dot.  
**Cato.** *Conductor 11. menses pastorem p̄alcat, donec*  
*domino satisficerit, aut soluerit, pigneri esto.* c. 150.

*Eousque, quo ad.*

**Tryphoninus.** *Sed in superiori casu, pro libertate à*  
**15** *patre data illa dici possunt; nunquid quo ad utatur*  
*iure concessio filius in castrensi peculio, eosq; ius pa-*  
*tris cessauerit.* I. *de hereditate 19. ff. de cast.*  
*pec.*

*Appen.* Quoad, absolute positum.

**Cic. Brut.** *Quoad Bruti exitum cognovimus, custodi-*  
**20** *endum puto. epist. 3.*

*Admonitio.*

**Est, causam significat, præpositum particulis,**  
**cur, quod, quare, qua propter,**  
**25** *quin, vt, cum subiunctivo*  
*modo: Indicatio inter*  
*dum.*

*Est, cur.*

**Cic.** *Nihil est præterea, cur aduenientius te offerre*  
*F* *estij.*

*gestias. lib. 6. 21.*

**Cic.** *Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem. lib. 3. 10. & lib. 7. 3.*

**Plau. Sti.** *Neg<sub>3</sub> est, cur nunc studeam has nuptias mutarier. sc. 1.*

*Est, cur non.*

**Cic.** *Quod cum ita sit, quid est, cur nō omnis pronuntiatio vera aut falsa? de Fato.*

**Cic.** *Quid est, cur is non beatus sit?* 5. **Tuscul.**

*Est, quòd.*

**Cic.** *Est, quòd gaudeas, te in ista loca venisse.* lib. 7. 10.

**Idem.** *Quòd maiore in varietate versata est adhuc tua causa, nō est prō malis temporum quòd molestè feras.* lib. 6. 2.

**Idem.** *Quid est, quòd te horter, vt dignitati, & gloria seruias?* lib. 9. 14.

**Ter. Hec.** — *est, quòd me transire ad forum iam oportet.* ac. 2. 2. Nota Indicatum.

**Cic.** *Att. quid sit, quòd sé à me remouit, si modo removuit, ignoro.* lib. 4. 8. Nota Indicatum.

**Ter. An.** — *Sed est, quòd succenseret tibi.* ac. 2. 5. Nota Indicatum.

**Plau. Ruden.** *Bonum est quòd habeas gratiam merito mihi,* 25

*Qui te ex insulso falso feci opera mea.* sc. Qui homo.

**Ter. Eu.** *Iam hoc aliud est quòd gaudeamus: miles pellitur foras.* sc. vlt.

**Plau. Trinum.** *Tu si animum vicisti, potius quam animus te, est quòd gaudeas.* sc. Quòd illic.

*Ouid.*

Ouid Non est quòd timeas, fortuna miserrima nostra  
est. 3. trist. 11.

Ter. Heau. — Quid est, quòd tam à nobis graui-  
ter crepuere fores. ac. 3. 3. Nota Indicatuum.  
1. Appen. Hoc est, quòd.

Plau. Casī. Vt properarem arcessere hanc ad me vi-  
cinam meam : hoc erat

Ecaſtor, quòd me tanto vir opere orabat meus:

Liberæ ades vt sibi eſſent, Casinam quòd deduceret.  
sc. Vt.

Idem. Aſi. Hoc ecaſtor est, quòd ille it ad cœnam coti-  
diē. sc. Ain. tu.

Idem Sti. Hoc est, quòd ad vos venio, quod ġ\_3 esse am-  
bas conuentas volo. sc. Qui manet.

15 11. Appen. Quid hoc, quòd.

Plaut. Aſi. Sed quid hoc, quòd picus vlmum tundit?  
sc. Herclè.

Idem Epi. Quid est pater, quòd me exciuiſti ante a-  
des? sc. Quid est.

20 Idem Menoech Scin quid est, quòd ego te venio?  
sc. Quis hic.

III. Appen. Quid illuc, quòd.

Plau. Aſi. Sed quid illuc, quòd exanimatus currit hue  
Leonida? sc. Herclè.

IV. Appen. Quid illud est, quòd.

25 Plau. Epi. Quid illuc est, quòd iūi caprat frons ſeue-  
ritudine? sc. Malè.

Idem Mercat. Quid illuc est, quòd ſolus ſecum falu-  
latur filius? sc. Homo.

Idem Merca. Quid illuc est, quòd ille ſolus ſe in conſi-  
lium ſeuocat. Ibidem.

V. Appen. Quid illud est, quòd.

**P**laut. Merca. *Quid illud est, quòd ille tam expedite exquirit cursuram sibi sc. Ex summis.*

VI. Appen. Quid istuc est, quòd

**P**laut. Sti. *Quid istuc est, quòd hoc exquisitum mulierum mores venit? sc. Qui manet.*

VII. Appen. *Quid hoc negotij est, quòd.*

**P**lau. Cistel. *Quid hoc negotij est, quòd omnes homines fabulantur per viam,*

*Mibi esse filiam inuentam. — sc. Quid hoc.*

**I**dem Ru. *Quid istuc est obsecro negotij, quòd duas mulierculas?*

*Hic in phano Veneris signum flentes amplexæ tenet. sc. Quid istuc.*

**I**dem Al. *Quid hoc est negotij, neminem meum dicum magnificare? sc. Quid hoc.*

**I**dem Ru. *Prob dñ immortales, quid illuc est Sce- 15 parnio*

*Hominum secundum littus? — sc. Et vos.*

VIII. Appen. *Hinc illud est, quòd.*

**P**lau. *Casus Profecto hinc illud est, quòd hic Olympionem fecit istum villicum. sc. Sine.*

**T**er. An. *— at at, hoc illud est.*

*Hinc illæ lacrumæ, hac illæ est misericordia. sc. i.*

IX. Appen. *Illud est, quamobrem.*

**C**ic. *Verùm illud est, quamobrem hac commemorarim; quòd existimare vos hoc volo, mirum quendam dolorem accidere ijs ex quorum vrlibus hac auferantur. lib. 4. In Verrem.*

X. Appen. *Fuit, cum, vide Cum:*

XI. Appen. *Nunc illud est, cum.*

*Nunc, id est, cum,*

**P**lau. Capt. *Nunc illud est, cum me fuisse, quam esse, nimio*

*nimio maelim. sc. nunc illud.*

Idem. Ku. *Nunc id est, cum omnium copiarum, atque opum,*

*Auxiliij presidij viduitas nos tenet. sc. Nunc Id.*

*XII. Appen.* Istud est, quod.

Cic. *Et nimirum istud est, quod ab hoc tribuno pl. dictum est in senatu, urbanan: plebem nimium in rep. posse: exhaustiendam esse, De Lege agr. contra Kul. 2.*

Est, quare.

Ad Heren. *Quid enim est, quare non omnes istam rem fugere, ac vitare debeant.* lib. 4.

Ad Heren. *Quid fuit Iudices, quare in sententijs fermentis dubitaueritis?* Ibid.

15 Cn. Pompeius L. Domitio. *Miror quid caussa fuerit, quare consilium mutaris.* Ad atti. lib. 8. 12.

Cic. *Quid est? quare quisquam se mihi ipsa populari ratione anteponat?* Pro domo sua.

Lucret. *Est etiam quare proprio cum lumine possit Voluier, & varias splendoris reddere formas.* lib. 5.

Est quapropter.

Plau. Bac. *Quid est quapropter nobis vos malum mitit amini.* sc. Quis sonitu.

Ter. Hec. ——— credo ad pol te

25 *Non nihil mirari, Bacchis, quid sit, quapropter te  
huc iussi*

*Foras puerum euocare.* ——— ac 5. 1.

Est, quamobrem.

Cic. *Quid est, quamobrem hac cuiquam vita video-*

tur. Pro P. Silla.

Cic. Quam obrem autem in hoc prouinciali delectu spē  
habeatis, cauſa nulla eſt. lib. 15. 1.

Ter. Hec. — sed demiror

Quid ſit, quam obrem tantopere hunc omnes nos ce- 5  
lare volueris

Partum — — ac. 4. 1.

Plautus. Pſeu. Quid opus me multas agere am lages?  
hoc

Eſt homini, qui imobrem vitā amet. Sc. Quid hoc. 10

Eſt, qua gratia.

Plau. Aulu. Quid eſt, qua prohibeas nunc gratia nos  
coquere hic cœnam? Sc. Redi.

Eſt, quin.

Cic. Quin ad di m decedam nulla cauſa eſt, praesertim,  
ſublato metu Parthico. lib. 2. 17. 4

Cic. Cum in altera re cauſa nihil eſſet, quin ſecus iudi-  
caret ipſe de ſeſe. Pro Quintio.

Ter. Quid cauſa eſt, quin hinc in piftrinum re- 20  
cta profici car via. ac. 3. 4.

Horat. Quid cauſa eſt, merito quin illis Iuppiter  
ambas

Iratus buccas inflet? — Sat. 1.

Plau. Ruden. Quid cauſa eſt, quin virgis te vſq; ad 25  
ſaturitatem ſauciem? Sc. Exi.

Eſt, quo.

Ouidius. Hoc quoque præmoneo, de naue nouissimus  
exi,

Non eſt, quod properes, terra paternatili. 13. He-  
roid.

Eſt,

Est, vt.

**Cic.** Magis est, vt ipse molestie ferat errasse, quam vt  
isti us amicitiae crimen reformidet. Pro Cœlio.

**Cic.** Senatus, nequid esset, vt lugerent boni semper, vi  
tribunitia teneretur. PRO domo sua.

**Horat.** Si recte fueris, non est, vt copia maior  
Ab Ioue donari possit tibi, tolle querelas. lib. I. e-  
pistola. 12.

**Cic.** Etiam si est, vt alius grauitatem sequens, subtili-  
tatem fugiat. de optimo gene. orat.

**Ter.** Hec. Manere affinitatem hanc inter nos volo,  
Si vlo modo est, vt possit, quod spero fore. ac. 4.

**Cic.** Atti. Sed erit curæ, & est, vt regatur. lib. 10.  
8.

**Ter. phor.** Si est patrue, culpam vt Antipho in se ad-  
miseric. ac. 15. Ibidem. ac. 5. 7.

**Ter. Hec.** Si est, vt velit reducere vxorem, licet. ac.

20 3. 5.

**Ouid.** Quid fuit, vt tutas agitaret Dædalus alas,  
Icarus immensas nomine signet aquas? 3. trist. 4.  
Item 13. Heroid.

**Plau. Merca.** — Quod rideas magis est, quam  
vt lamentere. sc. Amicè.

**Ter. Adel.** Si est, vt facturus officium siet suum,  
Faciat. — ac. 3. 6.

**Virg.** En, erit vt liceat totum mihi ferre per orbem.  
eclo. 8.

I. Appen. Magis est, vt: vide magis.

Paulus. Et magis est, vt ager in causam dotis reuertatur. l. Si is 5. 6. ff. eod.

Vlp. De eo quoq; seruo, in quo vsumfructum reus habuit, magis est, vt quaestio haberiposit. l. Si postulauerit 27. ff. ad leg. Iul. de adul. Item l. 12.

De iure dot.

II. Appen. Magis est, ne.

Vlpian. Et magis est, ne puniatur, ob hoc, quod sub eodem tecto fuit, nisi particeps sceleris fuerit. l. 1. ff. 10 de S.C. Silla.

III. Appen. Est, absolute positum.

Cic. Atti. Pontinium cupio valere: & quod scribis in urbem introisse, vereor quid sit. lib. 7. 7.

15

IV. Appen. Sæpe verbo Est adiunctum reperitur nomen Causa, eadem manente confectionis elegantia.

### Causa, cur.

Cic. Mortem mihi cur consicerem, causa nulla visa est. lib. 7. 3.

20

Idem Quid est causa, cur repudietur. lib. 3. de Orat.

Idem. Non erat causa, cur te hoc tempore aliquid contulerem. lib. 13. 7. & 17.

25

Cic. Due causæ sunt, cur tu frequentior in isto officio esse debeas, quam nos. lib. 15. 20.

Cic. Atti. Sed erat causa, cur hoc tempore istic esse nollem. lib. 12. 28.

Liuius. Quid enim aliud esse causæ credamus, cur

*cur, veteranus dux, fortissimus bello, compresis, quod aiunt, manibus, sed eas?* Dec. 1, lib. 7.

Alfenus. Respondit si causa fuisset, cur periculum timeret. I. habitatores, 27. ff. loca conduct.

5 Cic. *Quam attulisti rationem populo Rom. cur eum restitui oporteret.* Philip. 2.

Cic. Atti. *Præmisseram, mea facere, & reip. causa,* cur illum oderim. lib. 16. 14.

Causa, cur non.

10 Cic. *Quid est causa, cur non pertimescat?* pro Flacco.

Vlpian. *Si quis ita stipulatus fuerit, illum sistas? nulla causa est, cur non obligatio constet.* I. stipulatio. 38 §. 17. ff. de verb. oblig.

15 Cic. *Quid est causa, cur mihi non sit in optatis comple-*

*eti hominem.* lib. 2. 13.

Cic. *Sisennam video causam, cur ille vetus institutum non seruaret, ignorare.* lib. 2. de leg.

Appen. Cur non, absolutè positum.

20 Cic. *Dij immortales, cur ego non adsum spectator laudum tuarum?* lib. 2. 7.

Causa, quò.

Plaut. Poenu. *At verò non iusta causa est, quò curratur celeriter.* sc. Ita.

25 Cic. *Quid est causa, quòd.*

Cœlius Cic. *Causa est, quòd eum non mediocriter Cæsar contempfit.* lib. 8. 4.

Lentulus Cic. *Quòd hoc properent in magistratu venire, causam non habent.* lib. 12. 14.

Cic. Atti. *Si ob eam causam, quòd ratio eius non habeatur, exercitum adducat.* lib. 7. 9.

F 5 Cæsar.

Cæsar. *Causa mittendi fuit, quod iter per Alpes patet fieri volebat.* 3. de bel. Gal. princ.

Ter. Adel. — vereor coram in os te laudare amplius,

Ne id assentandi magis, quam quod habeam gratū, 5 facere exigitum est. a. 2. 4.

Plaut. Aulū. *Quod quisquam ignem querat, extingui volo.*

Ne causæ quid sit, quod te quisquam querit. sc.

Nunc.

I. Appen. Temerè est, quod.

Ter. Phor. Non poterem est, quod tu tam times. act. 5. 8.

Plaut. A sin. *Sed quid hoc, quod picus vlmum tundit? non temerarium est.* sc. Herclē.

Plaut. Aulū. *Non temerè est, quod coruos cantat mihi nunc ab lava manu.* sc. Non.

I. Appen. De nihilo est, quod.

Ter. Hec. *No hoc de nihilo est, quod Laches nunc me conuenienter esse cupit.* a. 5. 1.

~~Appen.~~ Temerè est, absolute possum.

Ter. Eu. *Non temerè est, & properans venit.* — a. 2. 2.

Idem. Heau. *Dignam me putas quam inludas, s. non est temerè.* a. 4. 3.

Ter. Hec. *Quod magis, omnes res cautius, ne temerè faciam, accuro.* a. 5. 1.

Causa, quin.

Cic. *Collegium vestrum consuluit, num quid esse causæ riederetur, quin id signum, curiamq; Concordiae dederet. pro domo sua.*

Plaut.

Plaut. Amph. *Nunquid caussam dicis, quin te hoc multum matrimonio? Ic. Satin' parua.*

Idem. Moitell. *Verùm si post hac me pedem latum modò*

5 *Scies imposuisse in vndam, haud caussa' sit illico.  
Quod nunc voluisti, facere, quin facias mihi. sc. Habeo. Item. Pseu. sc. Si de.*

Ter. Phor. *Non caussam dico, quin quod meritus est, ferat. aet. 1. 5* Idem And. aet. 3. 4.

10 Plau. Casi *Nulla caussa est, quin pendentem vxor virgis verberes. sc. Vbi tu. Idem Ruden. sc. vlt.*

Ter. Hec. — *neu caussa vlla restet reliqua,  
Quin tua Philumena ad te redeat. — aet.*

4. 2.

15 Plaut. Aulu. *Nulla mihi controuersia tecum erit: sed nuptias*

*Hodie quin facimus, num qua caussa est? — sc.*

Præfigebat.

Caussa, quamobrem.

20 Ter. And — *dictum, ac factum: inuenerit*

*Aliquam caussam, quamobrem ei ciat oppido. aet.*

2. 3.

Idem. *Vbi ea caussa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent. aet. 5. 1.*

25 Ter. Eu. *Multa sunt causæ, quamobrem cupio abducere. — aet. 1. 2. & aet. 5. 6.*

Ter. Hec. *O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abi erit caussam vides. aet. 3. 3. & 5.*

Ter Hec. — *nam ei caussa alia quæ fuit,  
Quamobrem abs te abiret? aet. 4. 4.*

Gellius

Gellius. *Quenam esse caussa videatur, quamobrem terrae motus fiant.* lib. 2. c. 28.

Caussa, vt.

Ter. Eu. *Vbi veni, caussam, vt ibi manerem, repperit.*  
act. 3. 3.

Caussa, qua.

Plaut. Epi. *Est caussa, qua caussa sin. ul mecum ire veritu<sup>o</sup> est, sc. I.*

Ter. Heau. ————— inuenta est caussa, qua te expellerent. act. 2. 2.

Caussa, quia.

Ter. Hec. ————— sin ea est caussa retinendi apud vos  
*Quia agra est.* ————— act. 2. 2.

Caussa, quare.

Ad Heren. *Caussam ostendemus Vlyssi fuisse, quare interficerit Aiacem.* lib. 2.

Cic. *Neque erit iusta caussa ad portas sedenti imperatori, quare terror em suum falso iactari, opemq<sup>ue</sup> patiatur.* pro Scaio.

Ceslar. *Satis esse caussa arbitrabatur, quare in eum aut ipse animaduerteret, aut ciuitate animaduertere iuberet.* 1. de bel. Gal.

Ouid. *Nec caussas aperi, quare diuertia malis.* 2. Remed. amo.

Vlpian. *Qui iustas caussas habuissent, quare bona ad se pertinere existimassent.* 1. item veniunt, 20. §. 6.  
ff. de hæred. pet.

1. Appen. Ea caussa, vt ne.

Terent. Hec. ————— nempe ea caussa, vt ne id fit palam. act. 1. 2.

II. Appen.

II Appen. Eius rei cauſſa, ne.

Cæſar. Idq; eius rei cauſſa antiquitus iſtitutum vide-  
tur, ne quis ex plebe, contra potentiorem, auxiliū ege-  
ret. 6. de bel. Gal.

5 III. Appen. Eius rei cauſſa, vti ne.

Cato. Hec omnia eius rei cauſſa fūnt, vti ne cupa in la-  
pide conteratur, Da re Ruit. c. 21.

III. Appen. Non cauſſa, sed.

Ter. Eu. ——— vnum hoc ſcito, contumelie

10 Non me feciſſe cauſſa, ſed amoris. — a. c. 5. 2.

V. Appen. Non cauſſa, ſed qui.

Plaut. Epidi. Non oris cauſſa modò homines aequum  
fuit

15 Sibi habere ſpeculum, vbi os contemplarent ſuum:  
Sed qui perſpicere poſſent cor ſapienſia. sc. Non o-  
ris.

V I. Appen. Non cauſſa, ſed vti.

Cæſar. Se, non maleficij cauſſa ex prouincia egressum,  
20 ſed vti ſe à contumelijſ inimicorum defuderet. 1. de  
bello ciuili.

VII. Appen. Non eius rei cauſſa, quo minus.

Gellius. Quæ non eius rei cauſſa in eum diem collate-  
ſint, quo is eo die minus ibi eſſet. lib. 16. c. 4.

25 VII I. Appen. Cauſſa, abſolutē.

Plau. Perſa. Ea cauſſa ad hoc exemplum te exornauit  
ego,

Venibis tu hodiè virgo? ——— sc. Quæres.

Plaut. Sti. Perquirunt, quid ſiet cauſſe illicō,  
Alienum aſ cogat, an pararit prandium. sc. Fa-  
mem.

Et,

Est, qui.

Interdum Est tertię tantum personæ, quamuis personaliter sumi videatur, antecedens tamē suppressit, cuius caussa relatiū à tergo admittit, cum Indicatiuo & Subiunctiuo.

**Cic.** Sunt, qui discessum animi à corpore putant esse mortem. 1. Tusc.

**Cic.** Sunt, qui urbanis rebus bellicas anteponunt. 1. 10  
Offic.

**Cœlius Cicer.** Erit, qui intercedat. lib. 8. 5.

**Cic.** De impudentia singulari, quod adest, quod respon-  
det, sunt qui mirentur. lib. 1. in Verrem princ.

**Varro** Vineam sunt qui putent sumptu fructum deuo- 15  
rare. De rust. lib. 1. 8.

**Hor.** Sunt qui non habeant, est qui non curet habere.  
lib. 2. epist. 2.

**Ouid.** Facta canam, sed erunt, qui me finxisse loquen- 20  
tur. 6. Fast. prin.

**Plaut** Cinte. — mulier mane, sunt,  
Qui volunt te conuentam. — sc. Nisi quid.

Item pœn. sc. A in tu.

**Idem** Trinum. Sunt, quos scio esse amicos : sunt quos  
suspicor. sc. Larem. 25

I.. Append. Antecedens aliquando  
exprimitur.

**Cic.** Sunt homines, quos libidinis, infamiaeq;, negi pu-  
deat, negi tadeat. 2. In Verrem.

**Ter.** Eunu. Est genus hominum, qui esse primos se o-  
mniū rerum volunt. a Et. 2. 2.

Gellius

**Gellius.** Renunciatum est nobis esse homines, qui nouis  
genus discipline instituerunt, ad quos iuuentus in ludiē  
conueniat. lib. 15. c. 11.

**Ouid.** Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retrahet.  
§ 3. trist. 11.

**Sallust.** Fuere tamen ciues, qui seq; remq; publicā ob-  
stinatis animis perditum irent. In Coniurat.

**Plaut.** Capt. Est profectō Deus, qui quae nos gerimus  
auditq; & videt. sc. Iam.

**Idem.** Cistel. ——— est quidam homo, qui illam  
ait se scire vbi sit. sc. Nisi quid.

**Idem.** Trinum. At q; edepol sunt res, quas propter ti-  
bit tamen succensui. sc. Neque.

**Cic.** Est enim quoddam genus eorum, qui se philosophos  
appellari volunt. 2. Thusc.

Est, Vbi.

**Cæsar.** Ut esset, vbi tegumenta perpendere possent. 2.  
de bel. ciuili.

**Cic.** Att. Quid est, vbi acquiescam? lib. 12. & lib.  
12. 27.

**Ter.** Phor. Vel oculum exculpe: est, vbi vos vlciscar  
probè. a Et. 5. 7.

**Plaut.** Pseu. Erit, vbi te vlciscar, si viuo. ——— sc.  
Vox.

**Hor.** Interdum vulgus rectum videt, est vbi peccat. li.  
2. epist. 1.

**Plaut.** Cap. Est etiam, vbi profectō damnum præstet  
facere, quam lucrum. sc. Iam ego.

**Plaut.** Trucul. Si rem seruasse, sicut vbi negotiosus  
esset. sc. Ad fores.

Cato.

Cato. Ut si sit, stipites vbi stent. c. 18.

Est, vnde.

Cic. Att. Velim consideres, ut sit, vnde nobis suppeditetur sumptus necessary. lib. i. 1. 3.

5

Cato. Salix per tempus legatur, ut si sit, vnde corbulæ fiant. c. 31.

Terent. Adel. ——— nam si esset, vnde id fieret,  
Faceremus. ——— ac. 1. 2.

10

Ter. Adel. ——— discidit

Vestem? refarcietur. est, dñs gratia,

Et vnd: hac fiant, & adhuc non molesta sunt. Ibi-  
dem.

Cæsar. Vnde agger omnino compotari posset nihil e-  
rat reliquum, omnibus arboribus, longe, lateque in fi- 15  
nibus Massiliensium excisis. 2. de bello ciuili.

Cic. Simul, dum est vnde ius ciuale discatur, adolescen-  
teis ei in disciplinam tradite. lib. i. in Verrem.

**E**c. qui, id est, Habet, Vnde,  
vide Habeo.

20

Ter. Phor. ——— etiam argentum est vltro ob-  
iectum ei,

Ut sit, qui viuat, dum aliquid aliud flagitiij conficiat.

25

act. 5. 2. ex quo, unde

Cæsar. Vnam fore tabellam, qui liberandos omni peri-  
culo censerent; alteram, qui capitis dannarent; ter-  
tiam, qui pecunia multarent. Postremo omnes aut de  
honoriis suis, aut de præmijs pecunie, aut de perse-  
quendis inimicis agebant. 3. de bello ciuili.

Cato.

Cato. Silicem graciam circum arundinetum serito, v-  
tisiet, qui vineam alliges. c. 6.

Plaut. Mostel. —— nihil est, qui tergum tegam. sc.  
Illi.

Plau. Menæch. —— Non mihi cœsebas esse, qui te vl-  
cicerer. sc. vt hoc.

Plau. Ruden. —— Tibi quidem edepol copia 'st,  
Dum lingua viuet, qui rem soluas omnibus. lc. Qui  
homo.

Varro. Si exigere maiis sint mularum fætura, & nu-  
tricatu numerum octoginta & vnum: est, qui expla-  
cas duplarem istam launam. De re Rustica. lib. 2.  
c. 1.

Est, quò.

Cic Bruto. Ne sit, quò se Latronum duces ex Muti-  
nensi fuga conferant. epistola 9.

Cic. Nihil est præterea, quò confugere possumus. Pro  
Flacco.

Plau. Capt. Ni illum recipit, nihil est. ~~cum~~ me reci-  
piam. lc. 2.

Est, pro Habeo possum, quod.

Cic Nec est, quod ijs præterea magnopere posbit adi-  
mi. lib. 9. 13.

*Appendix.*

Huc pertinet Latina & Ciceroni familiarissima illa  
tabellarij circumlocutio, Est cui des: Habes cui des: Est  
qui perferat pro quibus nos fere dicere solemus, habes  
nuntios.

Est, cui des.

Cic Sed quis vñquam tuorū mihi dixit esse, cui darem  
quin dederim? lib. 12. 30.

**Cic.** Multi erunt, quibus rectè litteras dare possis, quod  
ad me libenter perferant. lib. 16. 1.

**Cic.** Quia nactus eram, cui darem. lib. 16. 7.

**Cic.** Nec sapè est, cui litteras demus, nec rem habemus  
villam, quam scribere velimus. lib. 14. 6.

**Cic.** Att. Crel rò velim ad me scribas, erit autem quo-  
tidiè cui des. lib. 16. 12.

**Cic.** Atti. Nunquam enim à Pompeia nostra certior  
sum factus, esse, cui litteras dare possem. lib. 1. 4.

**Cic.** Atti. Tu quidem scribito, cum erit cui des. lib.  
11. 11. & lib. 12. 15.

**II. Appen.** Habes, cui des, Habes, qui ferat, Habes,  
qui proficiscatur.

**Cic.** Litteras ad te nunquam habui, cui darem, quin  
dederim. lib. 12. 19.

**Cic.** Scribo ad vos cum habeo, qui ferat. lib. 14. 16. 15

**Idem.** Ego si semper haberem, cui darem, vel ternas in  
hora darem. lib. 15. 16.

**Idem.** Cura vt valeas, litteras quod ad me mittas, quo-  
tiescundus habebis cui des. lib. 16. 10.

**Idem.** Cum haberem, cui rectè darem litteras. lib. 20  
16. 20.

**Cic.** Atti. Non habebam idonum, cui darem. lib. 1.  
14.

**Cic.** Atti. Paucis diebus habebam certos homines, qui-  
bus darem litteras. lib. 5. 17.

**Cic.** Att. Nego, mihi accidit, vt haberem, qui in Epi-<sup>2</sup> 5  
rum proficietur. lib. 1. 4.

**Cic.** Atti. Quicquod id veniet tibi in mentem, cum ha-  
bebis, cui des, & dum erit, ad quem des. lib. 11.  
vlt. & 13.

**Cic.**

Cic. Atti. *Quotidie nē, inquis, à te accipiendae litterae sunt? si habebo cui dē, quotidie.* lib. 7. 9. & lib. 12. 41.

## III. Appen. Synonymorum.

<sup>5</sup> Cic. *Ego nūquam quenquam ad te, cūm sciam, sine meis litteris ire patiar.* lib. 15. 17.

Cic. *Epistolas requiris meas, ego autem nunquam, cū mihi denunciatum esset à tuis, ire aliquem, non dedi.* lib. 12. 18.

<sup>10</sup> Cic. *Si quēm cui recte committam, inuenero.* lib. 1. 9.

Cic. Atti. *Si quenquam nactus fueris, qui perferat litteras des antē, quām discedimus.* lib. 10. 13.

Cic. Att. *An his illuc euntibus mandem, vt me excusent.* lib. 11. 22.

<sup>15</sup> Cic. *In Italiam euntibus omnibus ad me litteras dabis, vt ego euntem Patras neminem prætermitto.* lib. 16. 7.

Cic. Atti. *Multò tu facilius reprias qui Romam proficiantur, quām ego, qui Athenas.* lib.

Idem. *Tantū igitur nostrum illū! solemne seruemus,*

<sup>20</sup> *vt ne quem istuc euntem sine litteris dimittamus.* lib. 7. 6.

Cic. Q. Fr. *Ego cum Romam vencro, nullum prætermittam Cæsaris tabellarium, cui litteras ad te non dem.* lib. 2. 13.

<sup>25</sup> Cic. *Cum Theophilus proficeretur, non potui nihil ei litterarum dare.* lib. 4. 10.

Cic. *Caninio ad te eunti, non potui nihil dare.* lib. 9. 3.

## Admonitio.

Etsi, etiam si, quanquam quamuis, licet, tametsi, ut, cum, *synonyma sunt, que in altera orationis parte libenter assumunt* tamens, sed tamen, nihilo minus, certe, tamen certe, &c.

Etsi, tamen.

Cic. Etsi abest maturitas etatis: iam tamen personare aures eius huiusmodi vocibus, non est inutile. lib. 6.

Cæsar. At Cæsar, et si nondum eorum consilia cognouerat: tamen, & ex euentu nauium suarum, & ex eo, quod ob sides dare intermisserant, fore id, quod accidit, suspicatur. 4. de bel. gal.

Cæsar Etsi, aliquo accepto detimento: tamen summa exercitus salua, locum, quem petant capi posse. 1. de bel. ciu.

Plau. Perla. —————— Etsi res sunt fractæ, amici sunt tamen. sc. Satin.

Cic. Antohiū, Etsi eius in me officia omnes desideret; tamen in Senatu grauißimè, ac diligentissimè defendi. lib. 5. 6.

Ter. Hec. Etsi scio Philumena, meum ius esse, ut te cogam

*Quæ ego imperem, facere: ego tamen patrio animo  
victus faciam*

*Vt tibi concedam, neq; tua libidini aduorsabor. ac.*

2. 2.

Virg. Ergo, et si conferre manū pudor, iraq; monstrat,  
Obijcunt

*Obijciunt portas tamen, & praecepta faceſſunt.* 9.  
Aeneid.

Paulus. *Etsi percussor certus ſit, tamen habenda queſtio eſt, ut cædis mandator inueniatur.* 1. 6. ff. de  
S. C. Silla.

Etsi, at.

Varro. *In quibus, etſi non tantum acuminis, at plus litterarum lib. 5. de lin. lat. princ.*

10 Cic. *Etsi idem magiſter eius Isocrates, at non Thucydi-des.* In Oratore.

Cæſar. *Etsi pars aliqua circumuenta ceciderit, at reliquos feruari poſſe confidunt.* lib. 6. de bel. gal.

Etsi, attamen.

15 Ter. Heau. *Nam Clinia hic, etſi is quoq; ſuarum rerū ſatagit, attamen*

*Habet bene, ac pudicè eductam, ignaram artis me-retriciae.* ac. I 2.

20 Etsi, ſed, pro tamem

Cic. *Nam, etſi non facile dijudicatur amor verus, & falsus, &c. ſed ego vno vtoꝝ argumento, quamobrem me ex animo, vereq; arbitrer diligi.* lib. 9. 16.

Idem. *Etsi poſuisti ioco versus Aſtianos: ſed qua eſt inuidia?* Ibidem.

25 Cic. Atti. *Rhodium volo puerorum cauſſa: inde quam-primum Athenas: etſi Eteſia valde reflant: ſed volo bis magistratibus, quorum voluntatem in ſupplicatiōne ſum expertus.* lib. 6. 7.

G 3 Sed

Sed etsi, nihilo minus.

**T**riphoninus. *Sed etsi nō sit fundi domina, nihilo mi-*  
*nus competit dotis actio.* l. cum in fundo. 78. ff.  
*de iure dot.*

Sed etsi, attamen.

5

**V**lpian. *Sed etsi non posſit, attamen ratio haberi debet*  
*eius, quod fecit.* l. Serui. i 7. ff. de furtis.

**T**ryphoninus. *Sed etsi Senatus consultum stricto iu-*  
*re contra omnes tutores nititur, attamen summae af-*  
*fectionis autē intuitu butusmodi nuptiae concedenda*  
*sunt.* l. non solum ff. de ritu nupt.

10

Etsi nequaquam, at tamen.

**C**ic. *Atq; ei, etsi nequaquam parem illius ingenio, at*  
*pro nostro tamen studio, meritam gratiam, debitam-*  
*que referamus.* lib. 3. de Orat. princ.

15

Sed etsi, nihilo minus tamen.

**V**lpian. *Sed etsi optimo consilio vſus sit auxilio preto-*  
*rio iurisdictionis, nihilo minus tamen.* l. Non solū.  
 67. ff. de ritu nupt.

20

**V**lpian. *Sed etsi egit procurator meus ex ea stipulatio-*  
*ne me inuito, nihilo minus tamen mihi ex stipulatu-*  
*actio tribuetur,* l. Si procurator ft. de procu-  
 rat.

25

Etsi, sed tamen.

**C**ic. *Etsi me quidem non offendunt: sed tamen cum à*  
*me discedunt, flagitant litteras.* lib. 15. 17.

**C**ic. Atti. *Etsi impediet Faberius, sed tamen cum lice-*  
*bit.* lib. 13. 2.

**C**ic. Atti. *Hac velim explices, & me iuues consilio, et si*  
*teipsum*

*te ipsum istuc iam calere puto: sed tamen quantum posteris lib. 7. 19.*

**Ci.** *Quod ego his litteris efficere volui: et si id ipsa per se necessitudo questur & effecisse debet: sed tamen nihil infirmius illud, hoc addito.* lib. 13. 10.

**5** *Etsi, Veruntamen,*

**Cic.** *Atti. Suaues tuas litteras, et si acerba pompa: veruntamen scire omnia non acerbum est.* lib. 13. 43.

**10** *Cic. Atti. Etsi Latinitas erat non ferenda: veruntamen.* lib. 14. 12.

**Ter.** *Phor. Etsi facta mihi iniuria est, veruntamen Potius, quam lites secter, aut quam te audiam,*  
*Itidem ut cognata si sit, id quod lex iubet*  
*Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.*

**15** *act. 2.2.*

*Etsi, certè.*

**Ter.** *Heaut. —— id quidem et si tu neges, certè scio*  
*ac. 4.1.*

*Etsi, nihilo minus*

**20** *Paulus. Etsi postumus natus ruperit testamentum, & decesserit: nihilo minus codicilli valent.* l. Si conficiuntur. 8. ff. de iur. cod.

**Vlpian.** *Sed et si negauerint, nihilo minus publicantur.*  
*l. Si postulauerit. 27. ff. ad leg. iul. de adult.*

**25** *Etiam si, nihilo minus.*

**Vlpianus.** *Etiam si alij iussu mariti dos detur, nihilo minus maritus de dote obligatur.* l. etiam si 19. ff. de iu. dot. Item. lib. 62. ff. de condit. & demon.

Etiam si, nihilo minus  
tamen.

African. Etiam si ignorauerit is, qui certum hominem  
enim mandauerit, furem esse: nihilo minus tamen dā-  
num decidere cogetur, l. Si seruus. 16. ff. de fur-  
tis. 5

Etiam si, tamen.

Cic. Etiam si in nos non sis effet, qui est, tamen ornatus  
videretur. lib. 1. 9.

Idem. In quo etiam si multi mecum contendent: tamen,  
cum r. liqui omnibus, tum Crassis suis iudicibus, om-  
nes facile sup. rabo. — lib. 1. 8. 10

Idem. Etiam si inter caussas armorum aliquantum in-  
terfisi, tamen inter victorias non multum interfutu-  
rum. lib. 6. 4. 15

Cic. Atti Nam ista veritas, etiam si iocunda non est,  
mihi tamen grata est. lib. 3. 2. 4.

Appen. Interdum harum particularum sit trans-  
positio.

Cic. Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu  
eam minus securius sis. .n Lælio. 20

Etiam si, certè.

Cic. Etiam si est in genere tolerabili, certè non est in o-  
ptimo. de opumo ge. orat.

Idem. Sperauit etiam si bonos nost: r vobis vilior fuisset, 25  
salutem certè caram futuram. Pro Flacco.

Idem. Quibus etiam si ingenium, vt tu putas, non ma-  
xime defuit, doctrina certè, & otium & hercule et-  
ian studium illud dicendi acerrimum defuit. lib. 1.  
de Oratore.

Etiam si,

Etiam si, tamen certè.

Trebonius Cic. Cum etiam si odio par fuerit in eos  
quos legit: tamen certè non magis dignos habuerit, in  
quos tanta libertate verbōrum incurreret.—lib. 12.16.

Etiam si, æquè.

Vlpian Aequè bonis adnumerabitur, etiam si quid est  
in actionibus, petitionibus, persecutionibus. l. Bonorū  
49. ff De verb. sign.

Etiam si non utique, tamen,

Quintil. Etiam si non utiq[ue] vocis sunt vitia, quia tamen  
propter vocem accidit, potissimum huic loco subiecta-  
tur. lib. 11.3.

1. Appen. Etsi, absolutè positum tam in priori,  
quam posteriori orationis membro

Cic. Atti. Id coram considerabimus quale sit, habet e-  
nim res deliberationem: et si ex parte magna tibi af-  
fentior. lib. 7.3.

Cic. Att. Etsi, qua fuit illa temeritas, lib 9.9.

Ter. Heau. Etsi consilium, quod cepi, recte esse scio.  
act. 2.2. act. 3.1.

Ter. And. Ibo. et si hercle sapè iam me spes hac fru-  
strata est. act 2.2.

Vlpian. Etsi venditio remansisset, nihil hac res em-  
ptori proderat. l. 2 3. ff. de ædil. edict.

II. Appen. Etsi tamen, absolutè positum.

Ter. Heau. Ambo accusandi: et si illud incepsum ta-  
men

Animi est pudentis signum, & non infrenui. sc. 1.

III. Appen. Etiam si, absolutè positum.

Vlpian. Iulianus quidem libro sexto decimo digestorum  
G 5 scribit,

*scribit, etiam si pater promisit, periculum respicere ad  
maritum. I. Si extraneus. 3, ff. de Iur. dot.*

Sed tamen et si, tamen.

Cic. *Sed tamen et si ante à scripsi, quæ existimauit scribi  
oportere, tamen hoc tempore breuiter commonendū  
putavi. lib. 4. 15.*

I. Appen. *Nihilo minus tamen, absolute  
positum.*

Ter. Heau. *iam loquere, nihilo minus ego hoc  
faciam tamen. act. 5. 3.* 10

Nihilo minus tamen, vt, *vide Vt.*

II. Appen. *Sed tamen et si, absolute  
vñsuratum.*

Cic. *Att Sed tamen, et si vñerior liberalitas huius; gra-  
tior esse videbatur eorum, qui occuparant, lib. 4. 15.* 15

III. Appen. Libenter admodum Cicero epistolam  
exordiri solet particula *Esi, testantur epistolarum  
principia, quæ subiiciuntur.*

3	8
4	7
4	9
4	10
4	12
5	16
5	18
6	19
6	14
	22

In

8		7
9		3
9		8
9		14
10		10
10	epistola.	12
11		15
11		18
13		1
13		28

13		43
13		44
13		55
13		75
15	epistola.	12
15		15
16		10
16		24
16		25

10 Ad Atticum. lib. 3. 22. lib. 5. 16. lib. 6. 3. lib. 9. 1. & 2,  
lib. 14. 18.

15 Ad Brutum. lib. 1. 16.

20 Ad Q. Fratrem. lib. 1. 1.

Etsi, tamen, quater, in principio vnius epistolæ  
Ciceronē repetijsse ante me vir clarissimus,  
& de litteris optimè meritus Paullus Manu-  
tius obseruauit, nobisque imitandum non  
esse admonuit. lib. 6. Familiarium, epist. 1. V-  
sus etiam Cic. particulis Etsi, tamen, bis in e-  
pistola licet breuissima. lib. 10. 6.

Extem.

Exemplò, postquam, id est,  
Statim ut.

Plaut. Merca. — exemplò ex ephebis postquam  
excesserit. Prologo.

Exemplò, vbi. 5

Plaut. Bacch. Vendam ego, venalem quem habeo, ex-  
templo vbi oppidum expugnauero. sc. Atridæ.

A. pen. Quàm exemplò, illicò.

Plaut. Mil. Quàm exemplò erit factum, vbi intro hac 10  
abierit, tu iùcò facito venias ornatus huc ornatu nau-  
clerico. sc. Sequimini. Idem Trinum. sc. Mul-  
tas.

Exemplò ut, confessim.

Plaut. Mercat. — exemplò inde ut specta- 15  
uisset peplum,  
Rus rursum confessim exigi solitum à patre. — Pro-  
logo.

Exinde, ex quo significatione  
temporis. 20

Non exinde, ex quo: sed ex quo.

Martianus. Annus exinde computandus est, ex quo ea  
adnotatio innotuit. l. 4. ff. de requirē. vel absen-  
dam.

Vlpian. Dicendum est tempora bonorum possessionis pe- 25  
tendæ cedere municipibus exinde, ex quo decernere de-  
petenda potuerunt. l. 4. ff. de libertis vniuersit.

Vlpian. Credendum est videri legatum habere iuri-  
dictionem, non exinde ex quo mandata est, sed ex quo  
provinciā proconsul ingressus est. l. 4. ff. de off. proc.  
Papi-

Papinianus. *Exinde sui iuris videtur fuisse ex quo pa-*  
*ter hostium potitus est.* l. Quòd si, n. ff. de captiuis  
& postlim & l. Si quis, 21. eod.

5 I. Appen. Ex eo, ex quo.  
Ex eo tempora, quo.

Vlpian. *Petitam autem fisco hæreditatem ex eo tem-*  
*pore existimandum esse, quo primum scierit quisq; e-*  
*am à se peti.* l. item veniunt, 20. ff. de hæred. pet.

Idem. *Ex eo, ex quo dies statutus præteriit.* l. Si se, 4.  
10 ff. de re iudicat.

Exinde, vt, idem quod, Pro vt,  
Pro eo, ac.

Varro. *In quare alijs asellis, alijs vaccis, ac mulis vtun-*  
*tur, exinde vt pabuli facultas est.* lib. 1. 20.

Idem. *Exinde, vt vasæ olearia quot, & quanta habeat.*  
lib. eodem. 24.

Vide infra, Vt, exinde. Plaut.

20 FAXO, VT.

Plau. A sin. ————— sine venias modo domum, faxo  
vt scias,  
*Quid pericli sit dotatae vxori conuicium dicere.* sc.  
penult.

Appen. Faxo, absolute.

Ter. Eu. *Qui mihi vno digitulo fores aperis fortuna-*  
*tus.*

*Nætu istas faxo calcibus sèpè insultabis frustræ.* sc.

2.2.

Plaut. Amphi. ————— nisi actutum hinc abis,  
*Familiaris accipiere faxo haud familiariter.* sc. 1.

Plaut.

Plaut. Amph. Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quam Iouem. sc. Benè vale.

Ter. Heau. —— ademptum tibi iam falso omnem metum. act. 2. 2.

Fit, Vt.

Cic. Sic fit, vt si quid præterea de me audiat, non audiendum putet. lib. 9. 16. §

Cic. Ita fit, vt & superiorum consiliorum conscientia, et præsentis temporis moderatione consoler. lib. 9. 16.

Ter. And. hoc nisi fit, puerum vt tu videas, nil mouentur nuptiae. act. 3. 2. 10

Fit, vti.

Cæsar. Quia ex refieri, vt i earum rerum memoria magnam sibi auctoritatē, magnosq; spiritus in re militari sumerent. 2. De bel. Gal. prin.

Idem. Quod ferè fit, quibus quisq; in locis miles inueterauerit, vt i multum earum regionum consuetudine moueatur. 1. de bel. ciuili. 15

Fit, ne.

Cic. Improbitate eorum, qui epistolas accipiunt, fieri scribis, ne ad nos perferantur. lib. 4. 4. 20

Cæsar. Id, ne fieri posset, obsidione, atq; oppidi circum munitione siebat. 1. De bello ciuili.

Idem. Aegrè retentis Domitianis militibus, est factum, ne prælio contendere tur. 3. De bello ciuili. 25

Fit, vt ne.

Ter. And. Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat,

Quo minus haec fierent nuptiae, volo. —— act.

4. 2.

Fit,

Fit, vtine.

**Ter. Adel.** — fieri potis est, vtine quā exeat,  
act. 4.4.

Fit, vt non.

**Vlpian.** Sic fit, vt non tereatur furti, & agat. I. Itaq;  
12. ff. de furtis.

Fore, vt.

**Cic.** Huius me constantiae puto fore, vt nunquam pœ-  
nitentia lib. 2. 16.

**Cic.** Suspicio fore, vt infringatur hominum improbitas.  
lib. 1. 6. & 5. & 7.

**Varro.** Si omne eximas, fore vt discedant. lib. 3. 15.

**Cic.** Ait fore, vt te Cæsar restituat. lib. 7. 27.

**Cæsar.** Fore videbat, vt si hostes essent pulsi, celeritate  
periculum effugerent. 4. de bello Gal.

Futurum, vt.

**Cic.** Quorum si etas potuisse esse longinquier, futurum  
fuisse, vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina, ho-  
minum vita erudiretur. 3. Tuſc.

**Vlpian.** Item si futurum est, vt nisi pecunia intra diem  
soluatur, pignus distrahabatur. 1. 5. ff. de hæred. pet.

**Africanus.** Futurum, vt summa iniuitate bona fidei  
possessor adjiciatur. 1. & generaliter, ff. de nox. act.

**Cic.** Si esset aliquando futurum, vt aliquis de L. Flacci  
pernicie cogitaret. Pro Flacco.

**Cæsar.** Existimabant pleriq; futurum fuisse, vt amit-  
teretur. 3. de bello ciuili.

Fore vti, Futurum vti.

**Cæsar.** Quod si diutius alatur contiouersia, fore, vti  
pars cum ciuitatis parte configat. 7. De bel. Gal.

Sallust.

Sallust. *Fore, vti solus imperio Numidiæ potiretur.*  
*Iugurt.*

Cic. Att. c. *Scripferas fore, vti secundum comitia ali-*  
*quid de nobis in senatu ageretur.* lib. 3. 13.

Cæsar. *Futurum effe paucis annis, vti omnes è Gallia si* 5  
*nibus pellerentur.* de bel. Gal.

Idem. *Qua ex refiurum, vti potius Gallia animi à se*  
*auerterentur.* 1 de bello Gal.

*Fore, cùm, vide Cum.*

*Fore, vt non.*

10

Cic. Atti. *Puto fore, vt me non sustineat,* lib. 14. 18.

Idem. *Putas ne fore, vt legem non ferat?* lib. 4. 8.

Verbum Habeo, antecedens sæpè supprimit,  
 cuius ratione relatiuum à tergo assumit, & cù 15  
 Subiunctiō modo constructur.

*Habeo, qui.*

Cic. *Non habui, cui potius id negotiū darem.* lib. 5. 20.

Cic. Att. ~~et~~ vero quem fugiam, habeo; quem sequar  
 non habeo. lib. 8. 7.

Ter. Adel. *Nec habeo, quem ad obstetricem mittam,* 20  
*nec qui accersat Aeschinum.* n. a. Et. 3. 1.

Idem. Phor. ————— nisi haberet, cui malediceret.

Prologo.

*Habes, cui des. Habes, qui ferat.*  
*vide Est, qui.*

*Habeo, quid.*

25

Cic. Att. *Nec tamen iam habeo, quid aut mandem ti-*  
*bi, aut narrem.* lib. 5. 6.

Ter. Phor. ————— non multum habet

*Quod*

Quod det fortasse ————— ac. 1.2.

Habeo, quò.

Cic. Habebam, quò configurerem, vbi conquiescerem.  
lib. 4. 6.

5 Cic. Quò me conjectura ducat, habeo. lib. 9. 2.

Plaut. Menæch. Quasi non habeam, quò intromittar. sc. Vt hoc.

Cic. Habeant quò se referant, vnde statim expedita posint argumenta de promovere. lib. 2. de Oratore.

10 Habeo, vbi.

Cœlius Cic. Cum otiosus sum planè, vbi delectem otiolum meum, non habeo. lib. 8. 3

Ci. F. Habes vbi deponenda tibi sunt vrbanitates. lib. 16. 21.

15 Habeo, vnde.

Plaut. Trucu. Nunc puerō vtere, & procura: quia vnde procures habes. sc. Blitea.

Cato. Si non habebis vnde irriges: gerito, inditoq; le-  
niter. c. 151.

20 Plaut. Asū. Habeo vnde istuc tibi, quod poscis, dem.  
sc. Vnumquodque

Ouid, Nec habet, vnde suum paupertas pascat amo-  
rem. Rem. Amo. 2.

Habeo, qui. idem quòd Est, vel Habeo  
vnde, vide Est.

25 Plaut. Trinum. Deūm virtute habemus, & qui nos-  
met vt amur pater,  
Et alijs, qui comitati simus benevolentibus. sc.  
Quo illic.

**Ter. Fu.** ————— nemo posset, sat scio,  
Qui haberet qui pararet alium, hunc perpeti. ac.

3. I.

**Idem. Eu.** Spero me habere, qui hunc meo excruciem  
modo. ac. 5. 3.

**Plaut. Aulu.** Pol si animus est aequus tibi, satis habes,  
qui benè vitam colas. sc. Præfigabat.

**Idem. Ruden.** ————— ademit cistulam ei, quam  
habebat: ubique, habebat.

**Qui** suos parentes noscere posset. ————— sc. 10

**Intelligo**

**Appen.** Habeo, qui, id est, Habeo, quo cum.

**Cato.** Priusque scopulas in dolia facito habeas illi rei,  
qui labra dolorum confrices. c. 26.

**Idem.** Facito scopas virgeas vltimas aridas, in affer-  
culo alligato, eabus latera dolys intrinsecus vsgue, benè  
perfricato, ne fex in lateribus adhærescat. c. 1.52.

**Plaut. Afin.** Etiā opilio, qui pascit mater alienas oveis,  
Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.

sc. Nequ~~us~~ n°.

Frequenter autem veteres, præsertim Co-  
mici, loco ablatiuorū quo, qua, quo, particula  
Qui, vti solent.

**Plaut. Amphi.** ————— pateram, Pterela rex qui po-  
tauit ————— sc. Benè vale.

**Plaut. Bacchi.** ————— Vt si et mulsum, qui triumphent  
milites. sc. Atridæ.

**Plaut. Bacchi.** Ille olim haluit ignem, qui signum da-  
ret. sc. Atridæ.

**Plaut. Bacchi.** ————— qui dedit argentum fœ-  
nori

**Qui**

*Qui amica emta.* — sc. Scelestorum.

**I**dem. Ruden. — ne copia esset eius,

*Qui suos parentes nosceret.* Ic. Intelligo. & sc.

Seriò. & alibi sàpè.

### 5 Habeo, quid, id est, scio quid.

**C**ic. De quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo autem quid tibi assentiar lib. 3. De nat. Deor.

**C**i. Atti. Planè oppressi videmur, nec quid consilij capiā scio; nec me herculè de me laloro, de pueris quid agam non habeo. lib. 7. 18.

**T**er. An. Teneo quid erret, quid ego agam habeo. — ac. 3. 2.

Habeo, eleganter adsumit particulas, quòd, quare, vnde, eiusdem fere significationis, cum  
15 verbo Est impersonali.

### Habeo, quòd.

**C**ic. Neq; tamen adhuc habeo, quòd t. ~~accusem~~. lib. 2. 8.

**C**ic. Atti. Nec me herculè habeo, quòd adhuc quem accusem meorum, lib. 5. 11.

### Habeo, quare.

**A**d Heren. Quare velit in vita manere non habebit,  
lib. 4.

### 25 Habeo, ubi.

**D**. Brutus. Vli consistamus non habemus, præter Sex.  
Pompeium, lib. 1 i. Famil. epist. 1.

I 2 Habeo

Habeo, vnde.

Plaut. Trinum. — Habeo dotem, vnde dem. sc.

Larem.

Plaut. Cistel. — neq<sub>z</sub>, vnde auxilium expetam,  
habeo. sc. Nisi.

Vlpian. Cum habeat vnde satisfaciat. l. Si quis 52.  
ff. de furtis.

Appen. Fit etiam vt antecedens exprimatur.

Cic. Etiam sine meis litteris intelliges te aliquid habere, quod speres. lib. 6.2. 10

Hactenus, ne, id est, usque eò, usq<sub>z</sub> ad  
eum finem. eatenus.

Cic. Atti. O prouincia: etiā ne hic nūhi curandus est?  
curandus aut? hactenus, ne quid ad senatum. lib. 5.4. 15

Hactenus, vt.

Cic. Qui hactenus aliquid legit, vt earum rationem  
rerum explicaret, quæ in mari, cœlōue fierent. lib. 1.

De diuīs. princ.

Idem. Nisi verò hactenus ista formula testimonij, atq<sub>z</sub>  
orationis tuae descripsi, ac distingui potest, vt pro Flacco  
absenti aliquid ciuitates tribuisse dicantur. Pro  
Flacco.

Ouid. Ales Itin: Sappho desertos cantat amores:

Hactenus, vt media cætera nocte silent. Saph.

Africanus. Eaq<sub>z</sub> ratione hactenus is, qui rem defen- 25  
deret, punietur: vt iure suo probare necesse haberet.

l. Si priusquam 15. ff. De ope. no. nunt.

Cic. Praecepta duntaxat hactenus requirunt, vt certis  
dicendi luminibus ornentur, lib. 2. De Oratore.

Ha.

## Haec tenus, quatenus.

Vlpian. Si res minoris valet, quam comparata est, haec tenus locupletior factus videbitur, quatenus res valet. 1. Sed et si. 25. ff. de Hered. petit.

5 Vlpian. Videri dotem ab auro profectam Neratius ait haec tenus, quatenus aurum esset dotatus neptem suam. 1. Profectitia. 5. ff. De iure dot.

Vlpian. Deinde remitteretur prohibitio haec tenus, quatenus prohibendi ius, is, qui nuntiasset non haberet.

10 1. 1. ff de ope. no. nunt.

Vlpian. Si domini debitor sit seruus, & ab alio mutatus ei soluerit: haec tenus non vertit. quatenus domino debet. 1. Si pro patre ff. De in. rem verso.

## Haec tenus, quo ad.

15 Cic. Haec tenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres & de rebus. lib. 4. 3.

I. Appen. Haec tenus, absolutè positum.

Cic. Sed haec haec tenus. lib. 6. 2.

20 Qua transeundi particula sèpissimè usus est Cicero ad Atticum, qua de re infra, In transitionum particulis, dicturi sumus.

Liuus. Haec tenus quiete utrinq; stationes fuere. Dec.

I. Libro 7.

II. Appen. Quatenus absolutè,  
vide Eatenus

Tryphoninus. Quæsum est, quatenus emancipatus honorum possessionem habiturus sit. 1. filium 20. ff. De bono possess. con. tabulas.

H 3

Haud

Haud, nisi.

**Cic.** *Haud possem viuere, nisi in litteris viuerem.* lib.  
9. 26.

### Admonitio.

Pronomen **Hic**, satis notum, usus non item:  
cum eo enim saepissime comparatur **Ille**. cer-  
ta tamen adhibita obseruatione, & elegantia,  
de sententia Grammaticorum. ut nimis  
**Ille**, de eo, quod in praecedenti membro pri-  
mo loco positum erat, dicatur, tanquam de **10**  
remotiori: **Hic** vero de posteriori. In con-  
trarium tamen exempla subiiciemus.

**Hic, ille.**

**Cic.** *Nunquam tanto odio ciuitati Antonius fuit, quan-* **15**  
*to est Lepidus.* ille enim ex turbulentia Repub. hic ex  
pace, & Victoria bellum excitauit. lib. 12. 10.

**Cic.** *Nam quum duo sint genera decertandi, unum per*  
*disceptationem, alterum per vim: quumque illud propri-*  
*um sit hominis, hoc bellum arum: configiendum est ad*  
*posterioris, si vti non licet superiore.* 1. Officio- **20**  
ruin.

**Sallust.** *Imperium bonus & ignarus aequè sibi exop-*  
*tant: sed ille vera via nititur, hic quia bona artes de-*  
*sunt, dolis atque fallacij contendit.* In Coniu-  
rat. **25**

**Festus.** *Exemplum est, quod sequamur, aut vitemus:*  
*exemplar ex quo simile faciamus, illud animo aestima-*  
*tur, & hoc oculis conficitur.*

**Sallust.**

Sallust. Cæsar beneficijs, ac munificentia magnus habebatur, integritate vitæ Cato. ille mansuetudine, & misericordia clarus factus, huic seueritas dignitatem addiderat. In Coniurat.

<sup>5</sup> Paulus. Nec multum refert, inter cacatos, & aenigm quod supra focū pendet, hic aqua ad potādum calefit; in illis pulmentarium coquitur. 1. Cum de lanionis 18. ff. De fun. instruc.

Ouid. Quid fuit, vt tutas agitaret Dedalus alas,  
<sup>10</sup> Icarus immensus nomine signet aquas?  
Nempe quod hic altè, demissus ille volabat. 3.  
trist. 4.

<sup>†</sup> Cic. In Sen: pronio si meis litteris obtemperasse, maximam ab omnibus laudem ad eptus esses. sed illud, & præteriit, & leuius est: hæc magna res est. fac ut provinciam retineas in potestate reip. lib. 12. 22.

<sup>†</sup> Cic. Quibus ille respondit, Lacedæmonios classè illa amissa aliam ærare posse: se fugere sine suo dedecore non posse: atque hæc quidem Lacedæmonij plaga mediocris: illa pestifera, qua, cum Cleomorotus inuidiam timens, temerè cum Epaminonda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt. 1. Offic.

<sup>†</sup> Cic. Vt in superiori exemplo reus ab suo officio ac potestate factum dimouebat: sic in hoc ab eius officio ac potestate, qui accusatur, ipse accusator factum remouendo, hac ipsa ratione confirmat accusationem. lib. 2. De inuentione.

<sup>†</sup> Idem. In superiori genere de tractandis argumentis,  
I 4 in hoc

*in hoc etiam de inueniendis cogitandum est. lib. 2.*  
de Oratore.

Cic. Senex nec quod speret habet. at est eò meliore cōditione quād adolescens, cum id quod sperat ille, hic consecutus est. Ille vult diu viuere, hic diu vixit. In Catone.

Idem Quid est, quod negligenter scribam aduersaria? quid est, quod diligenter conficiamus talulas? quia hæc sunt mestrua, illæ sunt aternæ. hæc delentur statim; illæ seruantur sanctè. Pro Ros. comœdo 10 princ.

Ouid. Quocunq; afficio, nibil est nisi pontus & aér,  
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax, 1. trist.

2. Itidem 1. fasto.

Sallust. Omnibus Romanis, hostitusq; prælio intentis 15  
magna vi utringq;: pro gloria, atq; imperio his; illis  
pro salute certantibus; repente à tergo signa canere.  
Jugurt.

Plaut. Capt. Hic Fauonius serenus est, istuc austus imbricus:

Hic facit tranquillitatem: iste omnes fluctus conci- 20  
et. sc. Diuum.

Hic, qui.

Cic. Cui mehercule hic, cuius in potestate sumus, mul-  
tum tribuit. lib. 6. 5. 25

Hic, qui, id est, talis qui.

Cic. Atti Lætari te nostra moderatione, & continen-  
tia video. tum id magis faceres, si adesses; atque hoc  
foro, quod egri ex idibus Febru, lib. 6. 2.

Hic,

Hic, vt, id est, *Talis, vel tantus.*

5 Cic. Et hic honos veteri amicitia tribuendus est, vt is in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur iniuriam. In Lælio.

Cic. Hanc esse in te sapientiam existimant, vt omnia tua in te posita esse ducas. in Lælio.

Cic. Hanc in opinionem discessi, vt nihili tua salus dubia non esset. lib. 6. 15.

10 Cic. Qui omnes his sumus, vt sine his studijs nullam vitam esse ducamus. lib. 2. de Oratore.

Cæsar. Sese tamen scire, hoc esse in Ciceronem, populū quie R. animo, vt nihil nisi hiberna recusent. 5. de bel. Gal.

15 Cæsar. Hic dies nostris longè grauiſſimus fuit, sed tamen hunc habuit euentum, vt eo die maximus numerus hostium vulneraretur. Ibidem.

I. Appen. Ad hoc exemplum, vt, id est, hoc modo, vt.

20 Plaut. Merca. Amaui herclè equidem eḡam in adolescentia,

Verū ad hoc exemplum nunquam, vt nunc insanio. sc. Miris.

II. Append. Ad hunc modum, quasi, vide Idem.

Huiusmodi, vt.

Cic. Quod erit huiusmodi, vt si à Cæsare, quod speramus, impetraverimus: tuo beneficio nos id consecutos esse iudicemus. lib. 13. 7.

Cic. Atti. Quod confectum esse audieramus, erat huiusmodi

*iusmodi, vt inibi vltra quadringenta millia liceret eſſe.* lib. 3. 4.

*Appen.* Hic, eadem significatione,  
absoluē possum.

**C**ic. Att. Noſter autem ſtatus eſt hic: apud bonos iūdem 5  
ſumus quos reliquisti. lib. 1. 14.

Hoc comparandi ablatiuus, admittit à tergo,  
quò, & quòd.

Hoc, quòd.

**C**ic. Att. tamen hoc audio lubentius quòd ſapius. lib. 13. 10  
36.

**P**lancus Cic. Certe hoc maius habes testimonium a-  
moris mei, quòd maturius tibi, quam ceteris coſilia mea  
volui eſſe nota. lib. 10. 9.

Hoc, quòd.

**C**ælius Cic. Hoc vehementius labore nunc, quòd ſeor-  
ſum à collega puto mihi omnia paranda. lib. 8. 6.

**C**ic. Quod quidem hoc vehementius letor, quòd ex ipſo  
Meſſinio t2 video magnam capturum voluptatem. li.  
13. 2 8. ad 10. 3.

**H**irtius. Ut hoc maiori animo contenderent, quòd o-  
mnium ſalutem ſibi commendatam viderent. De bello  
Alex.

I. *Appen.* Hoc magis, quòd.

**C**ic. Nunc verò hoc magis, quòd illa gens, quid de im- 25  
perio noſtro ſentiret, ostendit armis. pro Flacco.

II. *Append.* Hoc magis, vt.

**C**æſar. Hoc magis properare Varro, vt cum legionibus  
quam primum Gades contuleret. 2. De bello ci-  
vili.

Hoc

Hoc, quia, *id est*, eo, *ob id*,  
quia.

Plaut. Ruden.—*Hoc se se excruciat animi,*

*Quia leno ademit cistulam ei.* —— sc. Intel-

5 ligo.

Cic. *Quod hoc etiam mirabilius videri debet, quia ce-*  
*terarum artium studia ferè reconditis, atq; abditis è*  
*fontibus hauriuntur: dicēdi autem ratiō omnis in me-*  
*dio posita.* lib. i. de Orat. princ.

10 Iam, cùm.

Cæsar. *Iamq; ab eo non longius bidui via aberant, cùm*  
*duas venisse legiones missu Cæsaris cognoscunt.* 6. De  
bello Gal.

Sallust. *Iamq; paullum à fuga aberant, cùm Sylla, &c.*

15 Iugurt.

Virg. *Et iam finis erat, cùm Iuppiter a there summo*  
*Despiciens.* —— 1. æn.

Plaut. Merca. *Iam addicta, atq; abducta erat, cùm ad*  
*portum venio.* sc. sumne.

20 Iam olim, cùm: iam tum.

Virgil. *At iam olim, seras posuit, cùm vinea fron-*  
*deis,*

*Frigidus & syluis Aquilo decus sit honorem;*  
*Iam tum acer curas venientem extendit in an-*

25 *num*

*Ruficus.* —— 2. Georg.

Iam tum, cùm.

Cic. *Eius libertum Apollonium iam tum equidem, cùm*  
*ille viueret, & magni faciebam, & probabam,* lib.  
13. 16.

Cic.

Cic. Iactat ea, quæ iam tum, cùm aderas, offendere eius  
animum intelligebam, lib. i. 9.

Catullus. — namque, tu solebas

Meas esse aliquid putare nugas,

Iam tum, cùm ausus es vnuis Italorum

Omne cuum tribus explicare chartis. 1.

Ter. Eu. Iam tum, cùm primum ius sit me ad se accer-  
sicer. act. 3. 3.

Iam, tunc, cùm.

Paulus. Quod si iam tunc debitor, cùm sub conditione 10  
promitteret, soluendo non fuerit, periculum viri est, l.  
promittendo, 41. ff. de iure dot.

Paulus. Quia damnuri iam tunc acceperit, cùm paries  
vitiosus factus sit. l. 18. ff. De damno infecto.

Iam tunc, ex quo. 15

Papinianus. Iam tunc decessisse intelligitur, ex quo ca-  
ptus est. l. Pater, 10. ff. de capt. & postlim.

Iam, quando, id est, quandoquidē,  
le Nunc, quando.

Plaut. Menech. — taceo iam, quando hic rem 20  
non meminit suam. sc. Vt hoc.

Plau. Persa. — abi iam, quando ita certares est.  
sc. Satin?

Iam, postquam. 25

Plaut. Trucu. — iam abis, postquam aurum ha-  
bes. sc. vlt.

Iam, mox.

Horat. Torquet ab obscenis iam nunc sermonibus au-  
rem.

Mox

*Mox etiam pectus praeceptis format amici.* lib. 2.  
epist. 1.

Ter. Eunu. *Nam aut iam reuertere, aut mox noctute adigent horum insomnia.* act. 2. 1.

5 Iam diu est, quod.

Plaut. Merc. *Syra non redit, quam accersum patrem iam diu est, quod miseram,* sc. Syra.

Quam scenam vel 52. versus continentem, cum  
10 alia proximè præcedēt, cùm vetustiora Plau-  
ti exemplaria agnoscant; à Camerario, Sam-  
buco, & Lambino, absq; vlla omnino men-  
tione præteritā esse, nō semel iam sum admi-  
ratus. Extat enim vtraq; in editionib. Herua-  
gij, anni 68. & Colo. Gym. anni 36. & Lugdu.  
15 Gryphij ann. 54.

Plaut. Amphi. *Agite pugni, iam diu est, quod ventri victum non datis.* sc. Qui me.

Iam diu est factum, cùm.

Plaut. As. *Iam diu est factum, quom discessisti ab he-  
ro.* sc. Herclē.

Iam diu factum est, postquam.

Plaut. Persa. *Iam diu factum est, postquam bibimus,  
nimis diu siccis sumus.* sc. vlt.

Iamdudum factum est, quum.

25 Plaut. As. *Iube dare vinum. iamdudum factum est,  
quum primūm bibi.* sc. penult.

Plaut. Trinum. *Adde gradum, appropera, iamdudū  
factum est, cùm abiisti domo.* sc. Statimē.

Iam pridem est, cùm.

Cicer. Attico. *Iam pridem scito esse, cùm vnum te  
pluris,*

*pluris, quam omnes illos, putem.lib.12.2.*

Iam pridem factum est, quod.

*Plaut. Ampli. Iam pridem videtur factum, heri quod  
homines quatuor*

*In soporem collocaſtis nudos. — sc. Qui me.*

Iam pridem, nunc.

*Cic. Quæ miretur, iam pridem multa habet, nunc etiā,  
qua laudet expectat. Pro M. Marcello.*

Iam pridem, ex quo.

*Virgil. Iam pridem inuisus diuis, & inutilis annos  
Demoror, ex quo me diuum pater, atque hominum  
rex*

*Fulminis afflauit ventis, & contigit igni, 2. æn.*

Ibi, vbi.

*Cic. Tu ibi eris, vbi omnia scire posis. lib. 6. 21. & lib. 13.  
3.6.*

*Varro. Ibi. vbi pascuntur, in eadem regione. lib.  
2.2.*

*Paulus. Ibi dos esse debet, vbi onera matrimonij sunt.  
1. Si is. 56. ff. de Iur. dot.*

*Modestinus. Ibi eum plecti poena debere, vbi facinus  
admissum est. 1.3. ff. de re militari.*

### *Admonitio.*

*Ibi, Hic, particulæ sunt Aduerbiales, quæ in-  
terdum eandem constructionem habent, at- 25  
que Hic, Ille. vt nimirum Ibi, id quod longo  
intervallo præcessit, referat, Hic autē, quod  
proximè antecessit.*

Vlpian.

Vlpian. Erit q̄d hac differentia inter hoc edictum, &  
superius, quod ibi de eo damno prætor loquitur, quod  
dolo malo hominibus coactis datum est: at hic de eo  
damno, quod dolo malo in turba datum est. l.4. §.4.

5 ff. vi bonorum raptorum.

Ibidem, vbi.

Plaut. Bacch. *I*tidem ego meam operam perdidī, vbi  
tutuam. sc. Iam dudum.

Plaut. Bacch. Atque ibidem, vbi runc sunt lecti strati,  
10 potetis citō. sc. Hunc hominem.

Ibi, quō

Varro. Et quō descenderant, ibi processerunt longē.  
lib. 2.1.

### *Admonitio.*

15 Aduerbium Ibi, post appellatiua & propria loci, Relatiui vice fungitur: eadem loquendi elegantia, qua particula Vbi, nominibus loci subiicitur, & Cūm, temporum nomina comittatur, de quibus suo loco exempli posuimus.

20 satis multa.

Cic. *Herculis templum est apud Agrigentinos non longe à foro, sanè sanctum apud illos, & religiosum. Ibi ex ære simulacrum ipsius Herculis.* lib. 4. in Verrem.

25 Varro. *Videre oportet, si est collis, & nisi quid imedit, ibi potissimum ponatur villa.* lib. 1. 13.

Varro. *Qui ager frigidior, & macrior sit, ibi oleam lincianam seri oportere.* De re Rust. lib. 1. 24. & aliibi særissimè.

Cato. *Qui ager frigidior, & macrior erit, ibi oleam*

- oleam licinianam seri oportet. De re Rust. c. 6.
- Cato. Si locus humectus erit, ibi cacumina populorum serito. Ibid. & alibi plus millies.
- Cæsar. Pompeius naues magnas onerarias, quas in portu Brundusino deprehenderat, adornabat: ibi turres 5 cum termis tabulatis erigebat. 1. de bello ciuili.
- Hirtius. Adrumetum accessit, ibi praesidium erat aduersariorum. De bello Africano princ.
- Plaut. Cap. Tandem abij ad prætorem, ibi vix requieui. — Ic. Quid. 10
- Varro. Quærum rerum usus erat simplex, ibi etiam vocabuli declinatus. De lin. lat. lib. 7.

### Iccirco, quòd.

- Cic. Putaret me iccirco discedere, quòd quosdam hominem oculi mei ferre non possent. lib. 9. 2. 15
- Cic. Atti. Iccirco sum tardior, quòd non inuenio fidellem tabellarium. lib. 1. 11. & lib. 6. 1.
- Cic. Q. Frat. Quod quidem mihi iccirco iocundius est, quòd idem faciat Graci. lib. 1. 1.
- Vlpian. Si a venditore fuerit iccirco consecutus, quòd 20 tardius ei hominem restituit. 1. cum autem 23. ff. de ædil. edict. & 1. 7. ff de iniurijs.

### Non iccirco, quòd, sed quòd.

- Cic. Etsi non iccirco eorum usum dimiseram, quòd ijs succenserem: sed quòd eorum me suppudebat. lib. 9. 1. 25
- Brutus Cicero. Neque hac iccirco tibi scribo, quòd te non eadem animaduertere sciam: sed quòd mihi persuasiſſimum est Lepidū rectè facturum nunquam. lib. 11. 9.

Appen

*Appen.* Interdum sit harum particularum  
transpositio.

5 Cn. Magnus Marcellus. Ego quod exigitimabam di-  
spersos nos, neq; reipub. vtiles, neq; nobis prafidio  
esse posse, iccirco ad L. Domitium litteras misi. lib.  
8.12. Ad Atti.

Cic. Sed quod haberet tres ille filios, idcirco se ab his  
nuptijs ablorr. re respondit. Pro Cuentio.  
Iccirco, quo.

10 Cæsar. Legatos ad Cæsarem mittit, se iccirco à suis  
discendere, atq; ad eum venire noluisse, quod facilius  
ciuitatem in officio contineret. s. de bel. gal.  
Iccirco, quia.

15 Cic. Iccirco iudices, quia veram caussam habebam, bre-  
ui perorabam. lib. 1. De Inuent.

Vlpijan. Iccirco hereditati furtum non fieri, quia pos-  
sessionem hereditas non habet. l. 1. § .9 ff. si is qui  
testam. liber.

20 Vlpijan. Iccirco notetur, quia publico iudicio damna-  
ta est. l. Palam ff. de ritu nupt.

Iccirco, quoniam.

Vlpijan. Qui iccirco agnouerat sententiam, quoniam  
gesisse se scit. l. 1. c. ff. de Appel.

25 Iauolenus. Hæc iccirco, quoniam furti eatenus ha' et  
actionem, quatenus eius interest. l. fullo. 90. ff. de  
furtis.

Iccirco, ne.

Cic. Quis iccirco non commemoro, ne, de miserijs me-  
orum nec flriorum conquerens, homines quos nolo,  
videar offendere. lib. 13. 7.

Cic. *Qui iccirco capite, & supercilijs semper est rasis, ne vltum pilum viri boni habere dicatur. Pro Ros. comedo.*

Vlpian. *Interest viri, res non esse estimatas, iccirco; ne periculum rerum ad eum pertineat. I. Plerumque 5 ff. de iure. dot.*

Hirtius. *Hoc eum iccirco existimo fecisse, ne maritima opida post se vacua relinquenter. De bello Africano.*

Iccirco, quî, *id es*, Ideo vt. 10

Plaut. *Pseu. Suspicio est mihi nunc, vos suspiciarier,*

*Me iccirco hæc tanta facinora promittere,  
Qui vos oblectem—sc. Si de.*

Iccirco, vt. 15

Cic. *In quo nihil est præter viam longam, quam iccirco non fugiunt, vt & viuant cum suis, & moriantur domi. lib. 9. 13.*

Cato Cic. *Hac ego iccirco ad te cōtra consuetudinem meā plurimū scripsi, vt quod maximè volo, existimes 20 me laborare, vt tili persuadeam. lib. 15. 5.*

Cic. Atti. *Qui me iccirco putent benè audire velle, vt ille malè audiat. lib. 6. 1. & lib. 16. 2.*

Callistratus. *Etenim idcirco filios filiāsue cōcipimus atq; edimus, vt ex prole eorum, earūmque, diuturnitatē 25 nobis memoriam in æcum relinquamus. I. Liberorum, 220. ff. de verb. fig.*

Idem, ac.

Ter. Heaut. *Nam & vita eadem est, & animus te erga idem, ac fuit. ac. 2. sc. 2.*

Quin-

Quintilianus. In certaminibus sacris non eadem ratiō  
ne concitant animos, ac remittunt. lib. 9. c. 4.

Idem, ac si.

Cic. Idemq; valere debet, ac si pater iudicaret. Pro  
P. Silla.

5 Cæsar. Neg; verò idem perfici longo itineris spatio, cū  
per alios condiciones ferantur, ac si coram de omnibus  
conditionibus disceptetur. 1. De bel. ciuili.

Venuleius. Si seruus sponserit in actione de pecu-  
lio, eadem obseruari debent, ac si liber fuisset. 1. Si ex  
10 duabus 12. ff. de duobus reis const.

Idem, atque.

Cic. Vnum, & idem videtur esse, atq; id quod de me ipso  
so nominatim tulisti. Pro domo sua.

15 Cæsar. Gallorum eadem, atque Belgarum oppugnatio  
est. 2. de bel. gal.

Plaut. Mostel. Eundem animum oportet nunc mihi  
esse gratum ut impetravi

Atq; olim, priusquam id extudi, quom illi subblan-  
20 diebar. sc. tampridem.

Hirtius. Non oportere illum eodem vti vestitu, atq;  
ipse vteretur. 1. de bel. Afri.

Ad Heren. Quoniam in eodem virtutis studio sint,  
atq; ille, qui laudatus fuerit. lib. 2.

25 1. Appen. Eodem modo, atque.

Cato. Densas eodem modo componito, atque spiram.  
c. 82.

*II. Appen.* Ad eundem modum,  
tanquam.

**Cato.** Alligato, integratoq; ad eundem modum, tanquam  
oleas. c. 41.

*III. Appen.* Ad eundem modum, vti. 5

**Cato.** Ad eundem modum facito, vti placentam sine  
melle. c. 78.

**Cato.** Encytum ad eundem modum facito, vti globos  
c. 80.

*IV. Appen.* Ad hunc modum, quasi. 10

**Plaut. Sti.** Vtrum ego perplexim laceffam oratione ad  
hunc modum,

Quasi nunquam quicquam in eas simulem, quasi ni-  
bil inaudiuerim. sc. 2.

*V. Appen.* Eodem pacto, quo. 15

**Plaut. Tri.** Eodem pacto, quo hic accessi, abcessero.  
— sc. Sta.

*VI. Appen.* Illo pacto, vt.

**Plaut. Ru.** Sed cum inde suam quisq; ibant diuorsi  
domum,

Nullus erat illo pacto, vt illi iufferant. sc. Quam<sup>20</sup> mox.

*VII. Appen.* Eiusdem generis, atque.

**Hirtius.** Cum se inferiores eiusdem generis, ac saporis  
aqua dicerent vti, atq; ante consuecent. De bel.  
Alexand. 25

Idem, et.

**Cic.** Vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit  
utilitas vniuerscuiusq;, & vniuersorum. 3. Offici.  
Cic.

Cic. Vide ne non eadem caussa illorum, & Stoicorum  
De fato.

Idem. Non idem iudicum, commissorumq; conspe-  
ctus. Pro M. Cælio.

5 Idem. Sunij erant idem, & Attici. lib. 2. de legibus  
princ.

Cæsar. In eadem caussa fuerunt Vspetes, vt Teuchte-  
ri. 4. de bel. gal.

10 Ouid Vesta eadem est, & terra, subest vigil ignis v-  
trig. 6. fastorum.

Varro. Terra, vt putant, eadem & humus. lib. 4.  
de lin. lat.

Idem. Signa dicuntur eadem, & sidera. lib. 6 de lin.  
lat.

15 Idem, vt.

Plaut. Merca. Non ego idè facio, vt alios in comedys  
Vidi facere amatores. —— Prologo.

Idem, vt si,

20 Cic. Qui alijs nocent, vt in alios liberales sint, in ea-  
dem sunt iniustitia, vt si insuamirem aliena conuer-  
tant. 1. Offi.

Idem, quam si.

Cic. Hic, qui vetat intercedere, potestatem etiam si in-  
tercessum sit, tamen eandem constituit, quam si lat. a  
esse lex. Orat. 2. contra Rullum.

25 Idem, qui.

Cic. Eadem caussa opes meas fregit, que tuam salu-  
tem in discrimen adduxit. lib. 6. 14.

Idem. Non offendes eundem bonorum sensum Lentule,  
quem reliquisti. lib. 1. 9.

**Ci.** At. *Apud bonos ijdē sumus, quos reliquisti.* li. 1. 14.  
**Plaut. Sti.** *Idem animus est in paupertate, qui olim in  
divitījs fuit.* sc. 2.

I. *Appen.* Interdum hæc transpositione  
ordinem mutant.

**Cic.** *Quæ me mouerunt, mouissent eadem te profectō.*  
lib. 1. 9.

**Idem.** *Quibus alij mouentur, ijsdem ego moueor.* lib.  
3. 8.

II. *Appen.* Idem, Idem.

**Quintilianus.** *Nec idem signorum concentus est pro-  
cedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen.*  
lib. 9. c. 4.

III. *Appen.* Idem, absolutè positum.

**Cic.** *Earumq; artium, quæ per se ipsæ eos, qui volunta-  
te eadem sunt etiam familiaritate deuincunt.* lib.  
13. 29.

**Idem.** *Etsi quocunq; in loco quisq; est, idem est ei sen-  
sus, & eadem acerbitas, ex interitu rerum, & publi-  
carum, & suarum.* lib. 6. I.

**Cæsar.** *Cras renuntiauerunt, non eadem esse diligen-  
tia ab decumana porta castra munita.* 3. de bel.  
gal.

**Horat.** *Non semper idem floribus est honos*

*Vernis: neq; vno Luna rubens nitet  
Vultu,* ————— lib. 2. od. 13.

IV. *Appen.* Qui, pro qualis, absolutè positum.  
**Cic.** *Atti. Erimus nos, qui solemus.* lib. 10. 6.

Ideò, ne.

**Vlpian.** *Ne forte eum ideo adroget, ne rationes red-  
dat.* l. nec ei 17. ff. de adopt.

Papinia-

Papinianus. Matrem ideo maximè prætulit, ne filiæ nuptias tutori committeret. l. quanquam 62. ff. de rit. nupt.

Paulus. Si ideo manumisit, ne furti cum eo agi posset.

5 l. Si seruus 42. ff. de furtis.

Cic. An ideo aliquid contra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur. lib. i. In Verrem.

Ideo, quia.

10 Cic. Ideo, quia nihil decet inuita Minerua, ut aiunt, id est aduersante, & repugnante natura. i. Officiorum.

Cic. Att. Erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant: & ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olearunt, videbantur. lib. 2. i.

15 Vlpian. Hoc ideo, quia sustinetur hæreditatis petitonis iudicium. l. 5. ff. de Hæreditat. petit.

l. Appen. Id, quia.

Ter. Andria. Si id succenseat nunc, quia non dat tibi vxorem Chremes. ac. 2. 3.

20 Plaut Sti. An id doles soror, quia illi suum officium non colunt? sc. I.

11. Appen. Non ideo, quia; sed quia.

Vlpian. Competit enim actio, non ideo, quia nunc abest, sed quia non nunquam a fuit. l. 46. ff. de furtis.

25 III. Appen. Non ideo, quod non: sed vt.

Cic. Neq; verò nunc ideo disputabo, quod hunc statum reip. non magnopere defendendum putem: sed vt docam &c. Delege Agra. con. Rul.

IV. Appen Non ideo. quòd, verùm quòd.

Colu. Lanatam quoq; amineam quidam maximè probant, que hoc vocabulum non ideo usurpat, quòd sola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipue canescit la nagine. lib. 3.2. 5

Ideo, quòd.

Varro. Ideo facerent, quòd facilius diminuerent hostes. lib. 4 de lin lat.

Ideo, quandoquidem.

Plaut Mer — vosq; adeo stis boni, quandoquidē 10  
Semper odīstis malos. — prologo.

Ideò, quòd.

Lentulus Cic. Filium tuum videre non potui, ideo,  
quòd iam in hiberna cum equitibus erat præfectus.  
lib. 12.14. 15

Cic. Atti. Ad te id. o ante ararius scripsi, quòd non  
habebam idoneum cui darem, lib. 1.14. & lib. 2. vlt.

Cic. Atti In Epirum, ideò, vt scripsérām non iui, quòd  
subiti mibi vniuersi nuntiū venerant, & littera. lib.  
3.14. 20

Paulus. Non ideo minus eam iniuriarum agere posse,  
quòd & vir suo nomine agat. l. Eum qui 18. ff. de  
iniurijs.

Appen. Quòd, ideò.

Cic. Q. Fra. Quòd multos dies epistolam in manibus  
habui, propter commorationem tabellariorum; ideo  
multa coniecta sunt. lib. 3.1. 25

Ideo, quoniam.

Paulus In disputando adiiciebat, ideo non valere, quo niam nec fundi exheres esse iussus, recte exheredare tur. l. cum quidam 19. ff. de lib. & post.

Vlpian.

Vlpian. Hoc ideò adiectum est, quoniam multa genera  
sunt missionum. l. 2. ff. De his qui notan. infam.

Non quòd, sed quòd.

Varro. Non quòd id, quod significant voces, commoue-  
5 at, sed quòd non nunquam in re dissimilis figuræ, for-  
mas vocum indissimiles ponunt dispariles. De lin. la.  
lib. 8.

Non quin, sed vt.

Liuius. Non quin breuiter reddi responsum potuerit,  
10 non recipi reges, id è potius delictos patrum ad eum  
missos, quam legatis eius Romæ daretur responsum:  
sed vt in perpetuum mentio eius rei finiretur. Dec. I.  
lib. 2,

Non ideò, quòd; sed ideo, quòd.

15 Vlpian Si debitòr hereditarius non ideò nolit soluere,  
quòd se dicat heredem; sed ideo, quòd neget, aut du-  
bitet, an hereditas pertineat ad eum, qui petit. I. Si  
debitor. 42. ff de hered. p. t.

Varro. Neq; ideo, quòd sancta, sed quòd si mysteria  
20 fiunt. De lin. lat. lib. 6.

Ideo, vt.

Cic. Ideo C. Claudius Pulcher retulit, vt C. Verres pos-  
set auserr. lib. 4. in Verrem.

Varro. Ideo videntur medias facere angustissimas, vt  
25 figuram imitentur. lib. 3. 16.

I. Appen. Ideò, vel quòd; vel quòd.

Varro. Ideo videtur à Latinis Iuno Lucina dicta, vel  
quòd est è terra, vt Physici dicunt, & lucet; vel quòd  
ab luce eius, &c. De lingua lat.

II. *Appen.* Vel ideo, quòd: vel ideo, quòd.

**S**cœuola. Quòd si intendat dari sibi oportere: vel ideo dari oportet ipsi, quòd hæres extiterit: vel ideo, quòd proprio nomine illi deberetur. l. Si duo. 93. ff. de foliūt.

III. *Append.* Quamplurima huius particule synony-  
ma apud Romanos scriptores reperire est. quorum aliquam enumerauimus quoq; partem in particula Eò.

**T**er. And. Ea gratia simulanī, vos vt pertentarem. 10  
act. 3. 4. Sallust. Ea gratia, quòd. Iugurt.

**P**laut. Aulu. ————— id ea faciam gratia,

Quòd ille eam facilius ducat. ————— Prologo.

**C**icer. Id caußæ erit, quòd non eius generis meæ litteræ sunt. lib. 1. 7.

**C**ic. Propter hanc caußam, quòd ipsi Leontini publicè non sanè me multum adiuuerunt. In Verrem.

**C**ic. Ob eam caußam, quòd ea societas vniuersa in mea fide est. lib. 13. 65.

**C**ic. Eare ad te statim Aristocritum misi, vt ad me con- 20  
tinuò init. verum posse scribere. lib. 14. 3.

**I**dēm. Eo nomine sum Dyrrachij hoc tempore, vt quam celerrimè quid agatur audiam. lib. 14. 3.

Sallust. Abducit eo consilio, vti. In Coniurat.

**C**ic. Cum hac opinione è Cappadocia discederem, vt. 25  
lib. 15. 2.

**I**dēm. Cumq; eo animo venissem, vt vtriq; prouinciae, si ita tempus ferret, subuenirem. lib. 15. 4.

**I**dēm. Id ea re, quia turpe est, non est faciendum. lib. 3.  
Offic.

**P**lancus Cic. Confedi eo consilio, vt vel celeriter acce-  
dere, vel salutariter recipere me possem. lib. 10. 23.

Vlpian.

Vlpian. Si Seruus exisset de villa ea mente, vt profugeret. l. quid sit. ff. de ædil. edict.

Lentulus Cl. Idq; Dolabellam ea mente comparasse, vt si Syria spes cum frustrata esset, consideret in naues. lib. I 2. I 4.

Cic. Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rē, quid veritus est, ne si semper atomus gravitate ferretur naturali, ac necessaria, nihil liberū nobis esset. De fato.

Cæsar. Ob eam rem se ex ciuitate profugisse, quid solus

neg, iure iurando, neq; obsidib. teneretur. l. de bel. G. Cæsar. Ultra eum castra fecit; eo consilio, vti frumento commeatuq; Cæsare intercluderet. Ibid. itidem I. de bello ciuili.

Idem. Contrahit eo consilio, vt in summam cōtemptio- nem hostibus veniat. s. De bel. Gal.

Vlpian. Idem ait interrogatus Proculus de eo, qui domi latuisset, in hoc scilicet, vt fugæ noctis occasionem, se subtraheret. l. quid sit. I 7. de ædil. edict. Item l. s. ff. de iur. dot.

Plaut. Amph. Et id huc reuorti, vti me turgarem tibi. sc. Durare.

Gellius. Planè stultitia plenum est, eo consilio, atque ea fini facere nolle aliquid, vti nunq; id facias, quod velis. lib. 7. c. 3.

Ille, qui.

Cic. Illo dolore, quo maximè te confici audio, animum tuum libera. lib. 6. I.

Plaut. Tru. Qui inuident, egent: illi; quibus inuidetur, rem habent. sc. Lepidè.

Plaut. Bacch. Nam ego illum perisse duco, cui quidem perit pudor. sc. Nunc experiar,

Ille hic, *vide hic.*

*Appen.* Ille, absolute possum; protalis.

Plau. Trinum. —— quid illum putas  
Natura illa, atque ingenio? iam dudum ebrium est. sc. Ut  
mihi. 5

Illò, vt, *vide Eò.*

Illico, vbi, *significatione temporis.*

Plaut. Pseu. Illico vixit amator, vbi ille Lenoni placet.  
sc. Pseudole.

Idem. Sti. Videlicet fuisse illum nequam adolescentem, 10  
qui illico

Vbi ille poscit, denegauit se dare granum tritici. sc.

Ita me.

Inde, vbi, *temporis significatione.*

Virg. Inde, vbi prima fides pelago, placataque venti 15  
Dant maria. —— 3.æn.

Virg. Inde, vbi venere ad fauces graue orentis Auerni.  
6.æn.

Iam inde, vt.

Virgil. Nauta quos iam inde, vt Stygia profexit ab 20  
vnda. 6.æn.

Inde, vnde. *significatione  
loci.*

Cic. Att. Nec inde venit, vnde mallem. li. 13.39.

Ad Heren. Rem breuiter narrare poterimus, si inde 25  
incipiemus, vnde necesse erit. lib. 1. prin.

Indidem, vnde, id est, ex eodem loco.

Plautus Cistel. Indidem vnde oritur, facito, vt facias  
stultitiam sepelibilem. sc. 1.

Initio,

Initio, deinde, *significatione ordinis.*

Cic. Initio ille orationis suæ vobis maximas, vt debuit,  
deinde etiam mihi gratias egit.lib. 15. 2.

5 Idem. Peto, vt ea, quæ initio ostendisti, deindeq; fecisti,  
etiam ad exitum augeri, & cumulari per te velis.lib.

13.41.

Initiò, post.

Cic. Vt initio mea sponte, post autem in uitatu tuo mis-  
10 terem.lib. 7. 5.

Initio, vt.

Cic. Placet illud meum consilium, quod initio Aristoni  
nostro, vt ad me venit, ostendi.lib. 2. 18.

Interea, quoad.

15 Cæsar. Interea, quoad fides esset data, Cæsarem factu-  
rum, quæ polliceretur, non intermissuros Consules Pō-  
peiumq; delectus. 1. De bello ciuili.

Interea, dum.

20 Cæsar. Interea manerent indutia, dum ab illo rediri  
posset. 3. De bello ciuili.

Cic. Interea, dum tu abes, qui dies ille collegat tui? Phi-  
lippica. 2. fin.

25 Idem. Interea tamen dum hæc, quæ dispersa sunt, cogū-  
tur, vel pañim licet carpentem, & colligentem vndiq;  
repleri ista iuris scientia.lib. 2. de Orat.

Varro. Interea vetus prouerbium, quod est Roma-  
nos sedendo vincere, usurpemus, dum ille eredit.  
De re Rust.lib. 1. 2.

Ter.

Ter. Phor. Interea, dum sedemus illi, interuenit. aEt. 1.2.

Virg. Sed fugit interea fugit irreparabile tempus,  
Singula dum capti circumuenientur amore. 3. Geor.  
Plau. Asl. Atq; interea ut discubamus suadebo, hi dū  
litigant. sc. vlt.

Interim, dum,

Cæsar. Interim, dum de conditionibus inter se agunt,  
paullatim circumuentus interficitur. 5. de bel. Gal.

Hirtius. Pedites interim resistebant, dum equites rur  
suis, cursu renouato, peditibus suis succurrerent. de bel  
lo Africano. 10

Gellius. Interim, inquit, dum ego, atq; hic disputamus,  
hoc tu age. lib. 1.c. vlt.

Ter. Eu. Interim, dum ante ostium sto, notus mihi qui-  
dam obuiam venit. aEt. 5. 2. 15

Plaut. Tru. Ego interim hic rei tritice & præsidebo, iste  
dum sic faciat. sc. Lepide.

Idq; ex lectione Io. Scaligeri, qui tanquam Sol  
in foro Accerario elucens, huic etiam loco lu-  
men attulit. 20

Interim, quandiu.

Marcianus. Item si vnum heredem instituisset, nec  
quicq; legasset: exhereditati nihil interim, quandiu in  
familia res est, petere possunt. l. filius familias. 114. 25  
§. 12 ff. De legat. 1.

Interea dum, interim.

Plau. Tru.— Interea magister dum tu cōmentabere,  
Vult interim illa itidem commentari.—sc. lepide.  
Appen. Dum. abſolutē.

Ter. Adel. Delibera hoc, dū egressior, leno— aEt. 2. 1.  
Ter.

Ter. Adel — *iram hanc in eos euomam omnem, dum  
agritudo haec est recens.* a. c. t. 3. 2.

Interdum, quando.

P laut. Amph — *interdum sio Iuppiter, quando lu-*  
5 *bet.* sc. Ego sum.

Interdum, alias.

Cic. *Geminatio verborum habet interdum vim, leporē*  
alias. lib. 3. de Orat.

I. Appen. Sæpè, interdum.

10 Paul. *Sæpè ita comparatum, ut coniuncta pro disiunctis*  
*accipiantur, & disiuncta pro coniunctis: interdum so-*  
*luta pro separatis.* l. 53. ff. de verb. sign.

II. Appen. Nonnunquam, alias.

15 Cic. *Nec ullum genus est dicendi aut melius, aut fortius,*  
us, quam binis aut ternis ferire verbis, nonnunquam sin-  
gulis, paullò alias pluribus. In Oratore.

III. Appen. Nonnunquam, sæpiissimè.

Cic. *Quæ mihi videtur apud maiores fuisse duplex, ut*  
*ad reip. tempus nonnunquam, ad agerdi consilium sa-*  
20 *pissimè pertineret.* lib. 2. de Legibus.

III. Appen. Plerunque, nonnunquam.

Quintil. *Plerunque ipsa delectatione capiuntur, nonnun-*  
quam admirazione auferuntur. lib. 8. c. 3.

V. Appen. Modò, sæpius.

25 Hoc loquendi genere Cor. Tacitum usum esse  
memini.

VI. Appen. Sæpè, nonnunquam, interdum.

Cic. *Sæpè stomachosum, nonnunquam frigidum, inter-*  
dum facetum. In Bruto.

VII. Appen. Sæpè, plerunque, ferè.

Cic. *Sæpe enim singulis utendum est, plerunque binis*  
(c)

(& vtrisq; addi pedis pars potest) non ferè ternis annis plus. In oratore.

## VIII. Appen. modò, interdum.

**Sallust.** Modò per socios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis à plebe dimouerat, Gracchorum actionibus obuiam ierat. Iugurt.

**Idem.** Modò se Metello, interdum Mario ostendere.

Ibidem.

**Cornel.** Ne Modò aliquam questionem poeticam ei proponeret: interdum iocans eius verbosiores epistles eliceret. In vita Attici.

In tantum, quantum. In tantum,  
vt, vide Tantum.

Is, qui

15

**Ci.** Existimabam id, quod erat, omnes me, & industriae meæ fructus, & fortuna perdidisse. lib. 4. 6.

**Idem.** Itaq; orbus ijs rebus omnibus, quibus & natura me, & voluntas, & consuetudo assuefecerat. li. 4. 13.

**Lentulus Cic.** Atq; hac omnia is feci, qui & sodalis, et familiarissimus Dolabella eram. lib. 12. 14.

Is qui, non is, qui.

**Iauolenus.** Interesse autem eius videtur, qui damnum passarus est, non eius qui lucrum facturus esset. 1. Si is cui. 71. ff. de Furtis.

1. Appen. Qui & sàpè, & eleganter præmittitur.

**Ci.** Quia iniuria nemo vñq; in aliquo magistratu improbisimus ciuis affectus est, ea me Cōsulem affecit. li. 3. 2.  
Cic.

Cic. Facillimè vinces, si hoc statu ris, quarum laudum gloriam adamari, quibus artibus & laudes comparentur, in ijs esse elaborandum. lib. 2. 4.

Idem. Quæ primum nauigandi nobis facultas data erit, ea vtemur. lib. 3. 3.

Sallust. Quem quisq; pugnando viuus locum cuperat, eum amissa anima tegebat. In Coniurat.

Cato. Quam earum in his locis optimam dicent esse, eam maxime serito. c. 6.

10 Ter. Adel. Verum enim uero id demum iuuat, si quem aquum est benefacere, is facit. ac. 2. 3.

Ter. Phor. Lex est, ut orbae, qui sunt genere proximi iis nubant: & illos ducere eadem haec lex iubet. ac. 1. 2.

15 Coelius Cic. Simul atq; erunt captæ; qui alant eas, & deportent, habes eos, quos ad Sitianam syngrapham misi. lib. 8. 6.

Plaut. As. Illos qui dant, derides eos: qui deludunt, deperis. sc. Nequeon'.

20 11. Appen. Nonnunquam Qui, in catione absolute possum, ornatum addit.

Cic. Atti. Et me hercule est, quem facile diligas. lib. 7. 2.

25 Cic. Negat ius esse, qui miles non sit, cum hoste pugnare. 1. Offic.

Idem. Utinam Respub. staret, quo cœperat statu. In Offic.

Idem. Meus animus erat in te, liberosq; tuos, quem tu esse vis, & qui debet. lib. 5. 18.

Cic. *Quibus me voluisti gratias agere, egi.* lib. 14. 1.  
Horat. *Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus & mens.* In Arte.

Ouid. *Quid faceret? color oris erat, qui frondibus olim Esse solet seris, quas noua lafit hyems.* 6. Fasto. 5

Ouid. *Prisca dea est, alitur q̄ cibis, quibus antē solebat.* 6. Fast.

Plaut. Curcu. *Cupio dare mercedem, qui illunc, ubi sit commonstret mihi.* sc. Qui homini.

Cic. *Equidem qui nunc primum hoc venerim, satiari non queo.* lib. 2. De legibus princ. Item: Atti. lib. 15. 4.

Idem. *Nisi haberes, qui illis & quē, ac tu ipse, gauderet.*  
In Lælio.

Plaut. Pœnu. *Mentire, nam ad te venit, aiurumque attulit.* 15

*Id mihi renuntiatum est, quibus credo satis.* sc. Suf-  
pendant.

Idem Ru. *Quid dare velis, qui istac tibi inuestiget,*  
*indicit q̄.* sc. Nunquam. 20

Idem. Ali. *Dum reperiam qui querit argentum in fœnus.* — sc. Quid hoc.

III. Appen. Interdum Is, significat, quod Idem,  
eadem consecutionis ratione seruata.

Cic. *Stultum est eum tenere cum periculo cursum, quē ceperis.* lib. 1. 9. & lib. 2. 4. 25

Do tabella Cic. *Erit tua quoḡ fidei, & humanitatis, curare ut istabellarinus, quem ad te misi, recuperi possit ad me.* lib. 9. 9.

Cic. Atti. *Eam voluntatem eius, quā fuerat ergate,*  
*recuperare non potui.* lib. 1. 9.

IV. Appen.

IV. Appen. Ut Qui; ita etiam ab eo com.  
posita absolute ponuntur.

Cic. Atti Otalus in ea causa fuit, cuiusmodi solet, nos  
verbum nullum. lib. 4. 15.

5 Plaut. Trinum. Pro di immortales conditionem  
quiusmodi? sc. Minus.

Ter. Adel. Næ illiusmodi iam magna nobis ciuium  
Penuria est. ————— ac. 3. 4.

Ad Heren. Si interierit, cuiusmodi mors eius fuerit,

10 cuiusmodi res mortem eius sit consecuta. lib. 3.

Ad Heren. Aut si quam huiusmodi permutationem  
ordinis faciamus. lib. 3.

V. Appen. Particula Is, & eius relativum non vul-  
gare in orationi venustatem addunt, ubi pro Talis,  
15 qualis, Tantus, quantus, posita sit.

Is, qui. pro talis, qualis.

Cic. Si nos iij sumus qui esse debemus, id est studio dignis  
& litteris nostris. lib. 5. 19.

Idem. Me quidem etiam illa res consolatur, quod ego  
20 is sum, cui vel maximè concedant omn. lib. 1. 8. &  
6. & lib. 1 c. 8.

Idem. Iis enim ventis istinc navigatur, qui si essent, nos  
Corcyrae non federemus. lib. 16. 2.

Columel. Rem rusticam sordidum opus, & id esse ne-  
25 gotium, quod nullius egeat magisterio præceptoris:  
Præfati.

Ter. Hec iam etate easum, ut non siet peccato mihi  
ignosci equum. ac. 5. 1.

Vlpian. Ponamus esse eum patrem, cui iure, meritoq;  
curator à prætore constitueretur. l. 17. ff. de in-  
iurijs.

Cic. Cumq; esset ea memoria, quam ante dixi. 4. Academ. princ.

Is, qui, protantus, quantus.

Cic. Ea perturbatio est omnium rerum, vt sua queng; fortunae maximè peniteat. lib. 6. 1.

Cic. Quod si essem ea perfidia, qua sunt ij, qui in nos hac conferunt. lib. 3. 1 c.

Cic. Is ambitus extare videtur, vt ego omnia pertimescam. lib. 11. 17.

I. Appen. Is absolutè positum, pro talis,  
vel tantus,

Plau. Trinum. Illurica facies videtur hominis,  
eo ornatu aduenit. sc. Huic.

Idem. Trucu. —— mala fœmina es, A S. solens sum,  
ea est disciplina. sc. Ad fores.

Ter. Phor. —— eia, sudabis satis  
Si cum illo incepas homine, ea eloquentia est. ac.

4. 3.  
Plaut. Bacchi. Sicut eum, si conuenit, scio fecisse, eo  
est ingenio natus. sc. Quam magis.

II. Appen. Observatione dignum putauit huiusc  
ceterodi loquendi genus.

Plaut. Merca. Promittebas te os sublinere meo patri,  
egomet credidi

Homini docto rē mandare, is lapidi mando maximo,  
sc. sumne.

Idem Poenu. —— in re diuina dudum dicebant  
mihi

Malum damnumq; maximum portendier,

Is explicaui meam rē post illa lucro. sc. suspendāt.

Idem Ruden. Iste celestus liber est, ego qui in mari  
prehendi

Rete

Rete, atq; excepti vidulum, dare ei negatis quicquam  
sc. Iterum.

Is, pro talis, aut tantus, quod.

5 Cic. L. Messinius ea mecum necessitudine coiunctus est,  
quod mihi questor fuit. lib. 13. 26.

Is, ac si,

Vlpian. In ea causa est, ac si lege, que de sicarijs lata  
est, facinoris noxijs fuerit. l. 3. §. 6. ff. de S. G.  
Silla.

10 Is, quasi.

Cic. Att.. Proinde eo animo te velim esse, quasi mei negotij causa in ista loca missus essem. lib. 1. 8.

Cic. Atti. Me autem eum, & offendes ergo te, & audiens, quasi mihi, si qua parta erunt, non modò te praesente, sed per te parta sint. Ibidem.

15 Is, vt, id est, Talis ut.

Cic. Homines nos esse, vt miminerimus, ea lege natos,  
vt omnibus fortuna telis proposita sit vita nostra, lib.  
5. 16.

20 Idem, Id etatis iam sumus, vt omnia, quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. lib. 6.  
21. & 1.

Idem. Bellorum ciuilium ijs semper exitus sunt, vt non ea solum fiant, que velit victor; sed etiam vt ijs mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit victoria.  
lib. 12. 18.

Paulus. Si etas tua eas sit, vt ignosci tibi debeat. l. E lecto 26. ff. de noxal. act.

Cic. Bruto. Nec tamen is sum, vt mea me maximè delectent. epistola. 19.

Vlpian. In ea causa est, vt fur manifestus sit. I. Slue  
5. ff. de furtis. & l. 17. bis ff. ibid. & alibi sepe  
Iureconsulti. l. quotiens ff. de noxal. ac.

Vlpian. In ea conditione est, vt magis fur sit, quam hoc  
edicto teneatur. l. 3. ff. de incendio ruina nau- 5  
fragio, &c.

Scæuola. Cum in eo esset pupillus, vt ab hereditate  
patris abstineretur. l. Cum in eo 44. ff. De pactis.  
Itidem l. 7. ff. de lib. cau. Item l. 24. ff. Quæ in  
frou. creditorum.

Vlpian. Si quis hominem liberum cæciderit, dum putat  
seruum suum, in ea causa est, ne iniuriarum teneatur.

l. Illud 3. ff. de iniurijs.

Arrius Menand. Qui præpositum suum non prote-  
xit cum posset, in pari causa factori habendus est. l. 15  
Omne. ff. De re militari.

Eadem manet sequelæ, seu consecutionis ele-  
gantia in compositis ab Is.

I. Appen. Eiusmodi, qui.

Cic. Sed eiusmodi pax, in qua si adesses, multa te non 20  
delectarent lib. 12. 13.

Cic. Sin autem ille conditionibus suis stare voluerit, bellū  
paratum est, eiusmodi tamen, quod ille sustinere non  
possit. lib. 16. 11. Item ad Atti. lib. 2. 20. & 21.

Cic. Quod est difficile eiusmodi bello, cuius exitus ex al- 25  
tera parte cædem ostentat, ex altera seruitutem. lib.

4. 14. & 11.

II. Appen. Eiusmodi, qualis.

Cic. Atti. Narrauit, nec secum dormire illam voluisse,  
& cum discessura esset, fuisse eiusmodi, qualem ego  
vidisse. lib. 5. 1.

Cic.

**Cic.** *An hoc eiusdem modi est, quale Pherecideum illud,  
quod est à te dictum?* lib. 2. de diuinat.

*III. Appen.* Eiusmodi, quasi.

**Cic.** *Nam illud genus tertium deductionis erat eiusmo-  
di, quasi non modo liceret, sed etiam oporteret.* lib. 3.  
In Verrem.

*IV. Appen* Eiusmodi, vt.

**Cic.** *Eiusmodi nostra tempora sunt, vt nihil habeam,  
quod aut à te litterarū expectem, aut ipse ad te scri-  
bam.* lib. 14. 16.

**Idem.** *Verentes ne quid accideret eiusmodi, vt ne tu  
quidem mederi posses.* lib. 13. 19.

**Cic.** *Atti.* *Genus autem mearum ad te litterarum e-  
iusmodi fere est, vt non libeat cuiquam dare, nisi de  
quo exploratum sit, tibi eum redditurum.* lib. 4. 15.  
& lib. 11. 21.

**Cic.** *Non eius generis meae litterae sunt, vt eas audeam  
temerè committere.* lib. 1. 7.

**Cæsar.** *Sua esse eiusmodi imperia, vt non minus habe-  
ret in se iuris multitudo, quam ipse in multitudinem.  
1. de bel. gal.*

**Cic Q. Fra.** *Via iuris eiusmodi est quibusdam in rebus,  
vt nihil sit locigratia.* lib. 1. 2.

*V. Appen.* Huiusmodi, vt.

**25 Cic.** *Atti.* *Omnino res huiusmodi videtur esse, vt sine  
cuiusquam gratia.* lib. 16. 15.

*VI. Appen.* Eiusmodi, vti.

**Cic. Att.** *Eiusmodi sunt ij versas, vti in tēpus ab inimi-  
co Pompei scripti esse videantur.* lib. 2. 19.

**Cæsar.** *Eiusmodi tempestates sunt consecutæ, vti opus  
necessario intermitteretur.* 3. de bel. gal.

Iste, qui.

**Cic.** Si ista quæ alios loqui dicis, ipse sentis: tua summa culpa est. lib. 3. 8.

Ita, vt, similitudinis significacione.

**Cic.** Mihi exploratum est ita esse, vt tu scribis. lib. 2. 16.

**Idem.** Ita faciam, vt te velle intellezero, lib. 6. 23.

**Cic. Atti.** Ita sunt res nostra, vt in secundis fluxæ, in aduersis bona. lib. 4. 1.

**Sallust.** Si regum, atq[ue] imperatorum animi virtus in pace ita, vt in bello valeret. In coniurat.

**Ter. Heaut.** Non licet hominem esse sapientia vt volt, sires non sint, ac. 4. 1. & 2.

**Cic. Q. Fra.** In iudicijs, ij sumus, qui sumus; domus celebratur, ita, vt cum maxime. lib. 2. 5. 15

**Appen.** Non ita, vt: sed eodem pacto, vt.

**Plaut. Mer.** Quam ego postquam aspexi, non ita amo, vt sani solent

Homines, sed eodem pacto, vt insanii solent. sc. 20  
Miris.

**Appen.** Interdum dictæ particulae transponuntur.

**Cic.** Quin vt scripsisti ad collegæ, ita se res habet: omni cura liberati sumus. lib. 10. 20. & 26. & lib. 15. 25  
13.

**Cic. Atti.** Quare vt homini curioso, ita perscrive ad me. lib. 4. 11.

**Cic. Atti.** Vt scribis, ita est. lib. 3. 20.

**Plaut. Trinum.** Nimo satius est vt opus te ita esse, quam vt animo lubet. sc. Quod illic.

Ita

Ita, vt, *significatione caussali.*

**Cic.** *Neg<sub>3</sub> ita feci, vt te ad meum arbitrium adducere.*  
lib. 5. 20.

**Idem.** *Hoc à te ita contendeo, vt in eo fortunas meas posseas putem.* lib. 15. 14.

**5 Hor.** *Si veteres ita miratur laudatq<sub>3</sub> poetas,*  
*Vt nihil anterferat, nihil illis comparet, errat.* lib. 2.  
epist. 1.

**Ouid.** *Nil ita celabas, vt non ego conscius essem.* lib. 3.  
trist. 6.

**10 Ita, vti, eadem significatione.**

**Cic.** *Neg<sub>3</sub> vult ita sapiens inter stultos videri, vti quia  
audiant, aut illum ineptum, aut Graculum putent.* lib.  
1. de Orato.

**Varro.** *Sed ita, vti eas coangustent.* lib. 3. 16.

**15 Cesar.** *Ita Heluetios à maioribus suis institutos esse, vti  
obsides accipere non dare consuerint.* 1. De bello  
Gal.

**Cæsar.** *Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, vti  
inter noxiissimum agmen, & nostrum, non amplius qui-*

**20 nis, aut senis millibus passuum interesset.** 1. de bello Gal.

**Idem.** *At q<sub>3</sub> ita montibus angustis mare continebatur, vti ex locis superioribus in litus telum adigi posset.* 4. de  
bello Gal.

Ita, pro adeo, vt.

**25 Cic.** *Cum Pompeius ita contendisset, vt nihil unquam  
magis.* lib. 1. 9. & lib. 10. 20.

**Cic.** *Atti. Aberam ab eo ita longè, vt nihil possem.* lib.  
6. 3.

**Cic.** *Atti. Inclusum in curia senatum habuerunt Sal-*

*minium ita multos dies, vt interierint nonnulli fame.*

lib. 6. 2.

**Cicer.** Attic. *Ita sum afflictus, vt nemo vnguam.* lib. 3. 12.

**Ter.** Phor. *Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.* act. 1. 5.

**Vlpian.** *Si ita fatuum vendiderit, vt in eo ysus nullus sit, vitium videri.* l. 4. ff. de ædil. edict.

**Ouid.** *Ecquis ita est audax, vt limine cogat abire.* 1. de Ponto. 1.

10

Ita, vt nihil possit suprà.

**Cic.** Att. *Libros confeci, & absolui, nescio quam bene, sed ita accuratè, vt nihil possit supra.* lib. 13. 19.

1. Appen. *Fit non ineleganter, vt particula Ita ponatur sine sequela.*

15

**Cic.** *Quare velim ita statutum habeas, me tui memoriam summa cum benevolentia tenere.* lib. 6. 2.

**Cic.** *Quod certè non ita est.* lib. 3. 8.

**Cic.** *Te ita velle, certò scio.* lib. 4. 14.

**Idem.** *Quod se propius vultis accedere, video ita esse faciendam.* lib. 14. 19.

**Cic.** Atti. *Ita tempus ferebat.* lib. 8. 9.

**Cic.** *Non posse ea, quæ inter se discrepant, ijsdein præceptis, atq; vna institutione formari. Quod non est ita.* lib. 3. de Oratore.

25

**Ter.** Adelph. *— sed ostendere,*

*Me egrè pati, illi nolui: nam ita homo est.* act. 2. 1.

II. Appen. *Huc pertinet frequens ille institutionis modus Ciceroni familiaris.*

**Quare ita velum statuas.** Cic. *Quæ cum ita sint.* lib. 13. 50. & alibi.

Ita

Ita existimes velim. Cicer. Hac cum ita sint. lib.

13.52.

Ita, ac. id est, Perinde, Aequè,  
Tam.

5 Varro. Quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad  
cibum, ita bubus, ac suibus; ut fiant pingues. De re  
Rust. lib. 1. 38.

Ita, quam.

Propert. Non ita Carpathia variant Aquilonib. vnde,  
10 Quam facile irati verbo mutantur amantes. li. 2. 5.

Ita, Atque.

Vlpian. Sed quia commixta familia est, & una domus  
est: ita vindicandum, atq; in proprijs seruis senatus  
censuit. l. 1. ff. de Senatuscon. Sillan.

15 Ita, atque si.

Paulus. Predo si dolo desierit possidere, ita condemna-  
tur, atq; si possideret. l. Si à domino. 36. §. 3. ff. de  
hæred. pet.

Ita, quasi.

20 Cic. Multa q; ita dicunt, quasi non gaudеant id bellum  
incidisse. lib. 6. 13 & 1.

Cic. Cuia sermone ita tum cupidè fruebar, quasi iam di-  
uinarem, id quod euenit, illo extincto, vnde discerem  
fore neminem. In Catone.

25 Cic. Att. Ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum  
haberemus. lib. 7. 4. & lib. 14. 14.

Plaut. Amph. Sed ita assimilauit se, quasi Amphi-  
truo sit. Prologo.

Triphon. Humanitatis rationi congruum, eos codicil-  
los ita suū effectū habere, quasi in medio nulla captiu-  
tas in-

*tas intercessisset. l. in. bello. ff. de capti. & postli.*  
**Ter. Adel.** *Ita vita est hominum, quasi, cum ludas tef-*  
*seris. a. 4. 7.*

**Sallust.** *Ita etatem agunt, quasi vestros honores con-*  
*temnant: ita hos petunt, quasi honeste vixerint. Iu-*  
*gurt.* 5

**Plaut. Aulu.** *Ita is pellucet, quasi laterna Punica. sc.*  
*Nimirum. Item Poenu. sc. Iam tenes.*

**Appen.** Interdum harum particularum  
 fit transpositio.

**Cic. Atti.** *Quasi coram adsis, ita cerno συμπαθειαν*  
*amoris tui. lib. 5. 18 id est, parem affectionem.* 10

**Ideam.** *Qui quasi suares aut honos agatur, ita diligenter Sex.* Neuī studio, & cupiditati morem gerunt.  
 Pro Quinto.

**Idem.** *Quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulisse daturam.* Ibidem. 15

*Append. Interdum altera omittitur.*

**Cic.** *Quod, quasi auem albam videtur bene sentientem*  
*ciuem videret. lib. 7. 8.* 20

Ita, quemadmodum.

**Brutus Cic.** *Crede mihi, nisi ista omnia ita fuissent, quen-*  
*ad nodum scribo, magnum nos omnes adituros peri-*  
*culum. lib. II. 26. & 12.*

**Ci.** Ita certe eueniat, quemadmodum sit futurū. de fato.

**Cic. Att.** *Quare facies ut ita sit in lib. quemadmodum* 25  
*fuit. lib. 13. 21.*

**Cic.** *Qui questuram ita gesisset, quemadmodum co-*  
*gnouistis. lib. I. in Verrem.*

Ita, quomodo.

**Ad Heren.** *Cum ita obiurgamus eos, qui audiunt, quo-*  
*modo*

*modo ipse cupiunt abiurgari.lib.4.*

Cic. *Neque me tantum modo consulem, quod est ipsum per se amplissimum: sed ita fecisti, quo modo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, nouis autem*

**5** *nemo. Delege Agra.con.Rul.ad populum.*

Idem. *Præsertim cum mihi deliberatum, & constitutum sit, ita gerere consulatum, quo uno modo geri grauerter, & liberè potest. Delege Agra.con.Rullum, in Senatu.*

**10** Ita, tanquam.

Afinius Pollio Cic. *Ita porrò festinauit ut ergo configere, tanquam nihil peius timerent, quam ne sine maximo Reip. detimento bellum componeretur. lib.*

10.33.

**15** Quintil. *Falluntur, qui ita dicunt, tanquam inter duas leges queratur. lib. 7.c.4.*

Appen. *Non ita, tanquam: sed ita, quasi.*

Cic. *Neq; enim ita se gesit in his rebus, tanquam rationem aliquando esset redditurus: sed prorsus ita, quasi*

**20** *aut reus nunquam esset futurus: aut, quod plura abstulisset, eo minore periculo in iudicium esset venturus. lib. 4.in Verrem.*

Ita, vti.

Terent. Heau. *Videre verum, atq; ita vti res est dicere.a&t.3.i.*

**25** Plaut. Bacch. *Homini amico, qui est amicus, ita vti nomen possidet.sc. Multimodis.*

Cæsar. *Cum esset Cæsar in citeriori Gallia in Hispanis, ita vti supra demonstrauimus. 2. de bello Gal. princ.*

Cato.

Cato. Ita vti placenta fit, eadem omnia facito. c. 77:  
& c. 134.

Ita vti, ita.

Cato. Scalæ ita vti datæ erunt, ita redditio. c. 144:

Ita, si.

§

Cic. Quo tolerabilius feramus igniculum desiderij tui,  
crebris nos litteris appellato, atq[ue] ita, si idem fiet à no-  
bis. lib. 15.2 o. & 4.

Idem. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si  
ius suum retinet. In Catone.

10

Idem. Nam hoc ipsum ita iustum est, quod recte fit, si  
est voluntarium. I. Offic.

Brutus Cic. Tume amabis, ita, si hoc idem, me in te  
facere senseris. lib. 11.10.

Liuius. De frumentis vtrisq[ue], responsum; ita populum 15  
Rom. vñrum, si pretium acciperent. dec. 4. lib. 6.

Varro. Fossa ita idonea, si omnem aquam, qua è cœlo  
venit, recipere potest. De re Rust. lib. 1. 14.

Labeo. Conductor centum nummos petebat, ita ei de-  
beri dico, si in earum rerum refectionem eam pecuni-  
am impendi satisdaret. I. Insulam 58.ff. loc. cond.

20

Ita demum, si.

Vlpian. Ita demum autem sustinentur liberalia iudi-  
cia, si l. 7. ff. de hæreditat. petit. Item l. 3. ff. de  
furtis.

25

Paul. Reo latitante post litem contestatam, ita demum  
fideiffores eum defendere videbuntur, si vel unus ex  
his ei in pro solidō defendat, vel omnes. I. licet 42.  
ff. de procurat.

Ita,

Ita, vt si.

Cic. Mibi quod molestissimis temporibus ita fideliter, bene-  
uo legit quod presto fuit, vt si esset a me manumissus. li. 13. 21

Vlp. Nisi forte quis proponat, ita dotē patrē pro eman-  
cipata filia dedisse, vt si nuptijs non consentiret. l. In  
potestate 10. ff. de sponsalibus.

Appen. Eodem modō, vt si.

Cic. Si eodem modo putant exercitu in foro, & omni-  
nibus templis, quae circum forum sunt, collocato, dici  
pro Milone decuisse, vt si de re priuata ad vnu iudicē  
diceremus, vim eloquētie sua facultate, non rei natura  
metiuntur. De optimo ge. orat.

Ita, vti si.

Ter. Eu. Mater vbi accepit, caput studiosè omnia  
Docere, educere, ita, vti si esset filia. ac. 1. 2.

Ita, ne.

Ter. Heau. Ita tu iste tua misceto, ne me admisceas.  
ac. 4. 5.

Plaut. Curcu. ————— permittimus,

Dum quidem hercle ita iudices, ne quisquam a me  
argentum auferat. sc. vlt.

Suet. Solitus etiam in gestatione ludere, ita effedo, al-  
ueoque, adaptatis, ne lusus confunderetur. Clau. c. 33.

Tryphoninus. Ita venierat, ne manumitteretur. l.

In bello 12. ff. de captiuis & postli.

Ter. Phor. Ita fugias, ne prater casam, inquiunt. —  
ac. 5. 2.

Ita, vt ne.

Cic. Cupio iam vigiliam meam, Brute tibi tradere, sed  
ita,

**i**ta, vt ne desim constantiae meae. lib. II. 24. & lib. 5.  
vlt. fin.

**C**ic. Sed tamen ita velim, vt ne quid properes. li. 16. 9.

**C**ic. Atti. Rogo vt explores, ad quam diem hic ita pos-  
sim esse, vt ne opprimar. lib. 12. 31.

**T**er. Phor. Hisce ego illam dictis ita incensam dabo,  
Vt ne restinguas, lacrumis si extillaueris. a. 5. 7.

**V**arro. Ita tamen oportet etate praestare, vt ne propter  
senectutem minus sustinere possit labores. lib. 2. 10.

**I**dem. Aluos ita collocant in mutulis parietis, vt ne a-  
gitentur, ne ue inter se contingant. lib. 3. 16.

**I**dem. Influat ita, vt ne altitudine ascendat duo, aut  
tres digitos. c. eodem.

Ita, vt ne quidem,

**C**ic. Cum quidem biduum ita ieunus fuisset, vt ne a-  
quam quidem gustarem. lib. 7. 26.

**I**dem. Grecos verò ita non ames, vt ne ad villam qui-  
dem tuam via Græca ire soleas. lib. 7. 1. & 28.

**C**ic. Q. Fra. Tertius annus ita debet esse emendatus, vt  
ne minimū in quidem rem quisquam possit villam re-  
prehendere. lib. I. 1.

Ita, vt non.

**C**ic. Nec ita claudenda est res familiaris, vt eam beni-  
gnitas aperire non possit, nec ita referanda, vt pateat  
omnibus. lib. 2. Offic.

Item, atque. similitudinem  
significat.

**V**arro. Non item sunt spectandi, atque habendi. De re  
Rust. lib. 2. 7.

Varro.

**Varro.** In dissimili usus similia vocabula querunt, & item ea, quae metinuntur, atque ea quae numeramus, dicimus putant oportere. de lin. lat. lib. 8.

Item, quam.

5 **Cic.** Atti. Id erat quondam quasi necesse; nunc quoquo modo se res habet, non est item, quam dudum. lib.

14. 12.

Item, quemadmodum.

**Cic.** Causa componitur, ut item palaestrae Bidenses

10 peterent ab Epicrate hereditatem: quemadmodum palaestrae Syracusani ab Heraclio petissent. lib. 2.

In Verrem.

Item, quasi.

15 **Plaut.** Poenit. Soror, cogita, amalo, item nos perhiberi,

Quasi salsa muriatica esse autumantur,

Sine omni lepore, & sine suavitate,

Nisi multa aqua, usq[ue] & diu macerantur. sc. Negoti.

20 Item, vt.

**Varro.** Preda dicta item vi prædes, à præstando. De lingua latina.

**Cic.** Ita sit, ut non item in oratione. ut in versu numerus extet. In Oratore.

25 Ad Heren Exempla quoniam testimoniorum similia sunt, item conuenit, ut testimonia, ab hominibus probatis simi. lib. 4. princ.

**Plaut.** Poenit. ————— sine te verberem,

Item vt tu mihi fecisti ob nullam noxiā. sc. 1. Item Merc. sc. Diuum.

Plaut. Trucu. Item, vt de frumento anseres, clamore  
absterret, abigit. sc. Ha ha.

P laut. Pseu. Ne malus item erga me sit, vt erga illum  
fuit. sc. Peiorem.

Plaut. Capt. ————— item: asperæ  
Sunt, yt tuum victum autem abas esse. ————— sc. 5

, Quanto. Ibidem, Prologo.

Varro Quos emimus item, vt equos. lib. 2. 8. & lib.  
1. 31.

Cæsar. Tigna itē vt primō tecta. 2. De bello ciuili. 10

Ter. Heaut. ————— si ex capite sis meo  
Natus, item vt aiunt Mineruā esse ex Ioue. ac. 5. 4.

Item vt, item.

Plaut. Pseu. Item vt Medea Pelia concoxit senem, &c.  
Item te ego faciam. ————— sc. Forum. 15

Item, vti.

Cic. Fecisti item, vti prædones solent, qui cùm hostes  
cōmunes sint omnium, tamē aliquos sili instituunt a-  
amicos, quibus non modò parcant, verū etiam præda  
quos augēnt. lib. 4. In Verrem. Itidem lib. 2. 20  
De inuentione. fin.

Varro Veteres poëtae nonnunquam milites appellant  
latrones. quod item, vti milites, cum ferro: aut quod  
latent ad insidias faciendas. De lingua latina.

Cato. Maclatoq; item, vti prius feceras. c. 134. 25

Sallust. Quos item consul, vti priores illectos ad pro-  
ditionem, domum dimittebat. Iugurt.

Plaut. Curcu. Item genus est lenonum inter homines,  
meo quidem animo,

Vti muscæq;, culicesq;, pedesq;, pulicesq;. sc.  
Itu præ.

Item

Item, absolute posatum.

Ci. Litterae isti mittuntur à patre vehemētes, ab amicis  
item. lib. 3. In Verrem.

Cic. Corporum offendit sine culpa accidere possunt,  
5 animorum non item. Tuscula.

Plaut. Curcu. Quod tibi est, item sibi esse, magnam  
argenti inopiam. sc. Date.

Ter. And. — Item alio die querebam. — sc. i.

Iterum, & tertio.

10 Plinius. Iterum, & tertio consul, multa domi militiae  
quæ gesit. De viris illustr.

Varro. In sariendo iterum & tertio. De re Rust.  
lib. I. 18.

Iterum, ac tertio.

15 Cic. Iterum, ac tertio nominavi. Pro Sex. Ros. A-  
merin.

Valer. Maximus. Infusum namq; pater & eius vinum,  
in sanguinem nec semel, sed iterum, & tertio conuer-  
sum est. lib. I. c. 6.

20 Varro. Vineas veteres iterum occare, nouellas etiam  
tertio. lib. I. c. 32.

Iterum, ac tertium.

Cic. Nemo est, quin saepe iactans, venereum aliquan-  
do iaciat, nonnunquam etiam iterum, ac tertium. lib.  
2. De diuinat.

Primum, iterum, tertium.

Cic. Primum quidem decipi incommodum est, iterum  
stultum, terium turpe. lib. I. De Inuentione.

L 2 Iterum

Iterum, tertio.

**Cic.** Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit, qua ad bellum vtereris. Pro Deiotaro.

I. Appen Semel, iterum.

**Cic.** Duo' us pretijs vnum & idem frumentum vendi- 5  
disti, semel ciuitatibus, iterum populo Rom. lib. 3.

In Verrem.

**Cæsar.** Bis in potestatem peruenisse Cæsar is, atq; ab eo esse dimissum, semel ad Corsinium, iterum in Hispania. lib. 1. de bel. civili princ. 10

**Liuus.** Semel T. Manilio Consul<sup>z</sup>, post Punicum pri-  
mum perfectum bellum, iterum, quod nostræ etati dij  
dederunt, vt viderentur. Dec. 1. lib. 1.

**Cic.** Audierat ex illo, se à me lis salutem accepisse, se-  
mel separatim, iterum cum vniuersis. pro domo 15  
sua, fin.

II Appen. Semel, atque iterum.

**Cic.** Cognoscite nunc illum itareum esse citatum, vt re-  
semel atq; iterum prædicata, condemnatus in iudici-  
um venerabilis Cluentio

**Cæsar.** Cum his AEduos, eorumq; clientes, semel, atq;  
iterum armis contendisse. 1. de bello gallico. 20

III Appen semel, aut iterum.

**Cic.** Antistius, Piso, sap? dicebant, minus sèpe Pompori-  
us, raro Caro, semel aut iterum Philippus. In Bruto. 25  
iterum, & sèpius.

**Cic.** Id vt re experiatur, iterum & sèpius tergo. lib.

**Idem.** Testis est Hispania, quæ sapissime plurimos ho-  
bros a. Nec juperato, prostratosq; confexit. testis est  
iterum & s. plus Italia. Pro lege Manilia.

Iterum

Iterum, ac s<sup>e</sup>pius.

Quintilianus. Cogendus eadem iterum, ac s<sup>e</sup>pius di-  
cere litigator lib. 2. c. 8.

Iterum, iterumq<sup>ue</sup>.

5 Martialis. Nam thermis iterum cunctis, iterumq<sup>ue</sup> la-  
uatur. lib. 2. 14.

Iterumq<sup>ue</sup>, iterumq<sup>ue</sup>.

Virg. ————— mœstusq<sup>ue</sup> Creusam

10 Nequicquam ingeminans iterumq<sup>ue</sup>, iterumq<sup>ue</sup> vo-  
caui. 2. æn.

Idem. Prædicam & repetens iterumq<sup>ue</sup>, iterumq<sup>ue</sup> mo-  
nebo. 3. æn.

Itidem, vt.

Ter. Hec, Itidem mulieres sunt fermè, vt puerilei  
15 sententia. ac. 3. 1.

Plaut. Pseu. Non itidem cœnam condio, vt alij coqui.

sc. forum Plaut. Aulu. ME. etatem meam scis?

EV. scio esse grandem, itidem vt pecuniam. L. Præ-  
fagibat.

20 Idem Amphi. sc. Satin. Idem M. rc. sc. Iam L-  
dem Capti. Prologo. Idem Mostel. sc. Illi  
Bucædæ.

Plaut Ruden ————— affigam ad te rram te itidem, vt  
piscem soleo polypum. sc. Heus. & sc. Pro

25 Ter. Hu. Aut hoc tili dolorer itidem, vt mihi dolet.  
ac. . . . & ac. 2. 3.

Ter. H. aut. celabitur itidem, vt adhuc est. ac. 4. 2.

Ter. Phor. i. um Phor. uio itidem in hac re, vt in alijs,  
strenuum hominem præbuit. ac. 3. 1.

Plau. Tru. Si volebas participare, auferres dimidium  
domum.

Nam itidē, vt Acherūti hic ratio accepti scribitur.  
Intro accipimus; quando acceptum est, non potest  
ferri foras. sc. Lepidē.

Ter. Hec. —— integrā itidem reddam, vt acce-  
pi à suis. ac. 1. sc. 2. Ibidem. sc. vlt.

Itidem, vt sī.

Ter. Phor. Potius quām lites secter, aut quām te au-  
diam;

Itidem, vt cognata si sit, id quod lex iubet

Dotem dare, abduce hanc, minas quinq<sub>z</sub> accipe. ac.  
2. sc. 2.

Itidem, quasi.

Plaut. Ruden. Proripite hominem pedilus hoc itidē,  
quasi occisam suem sc. Prō.

Plaut. Mostel. Vbi sese sudor cum vnguentis consoci-  
auit, ilico

Itidem olenit, quasi quum vna multa iura confun-  
dit coqos. sc. Iampridem.

Plaut. Sti. Quid? illas itidem esse censes, quasi te, cum  
veste vnic<sup>c</sup>? sc. Quis nam.

Plaut. Ruden. Ego iam hic te itidem quasi penicillus  
no uos exugeri solet,

Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi ? St.  
sc. Heus mane.

Itidem, vti.

Plaut. Curcu. —— in caue& si forent

Conclusi, itidem vti pulli gallinacei. sc. Beatus.

Plaut. Curcu. —— te neruo torquebo, itidem vti ca-  
tapulta solent. sc. vlt.

Appen. Itidem, absolute posatum.

Cic. Nunc itidem ab eodem, & ceteris dīs immortali-  
bus sunt

*bus sunt nobis agendi capienda primordia. li. 2 de leg.*

**Ter. Phor.** — *ego tum si aduenisem, qui mihi gliter, modo.*

*Cognata ea esset, dicerem: itidem tu face. ac. 2. 3.*

**Varro.** *Incipientes quartum agere annum, itidem eiciunt. lib. 2. 7.*

**Plaut. Bacchi.** — *Feci ego istac itidem in adolescentia. sc. Nunc experiar. Item Capt. sc. Quò.*

**Gellius.** *Proximum locum clientes habere, qui se itidem infidem, patrociniumq; nostrum dederunt. lib.*

**I o** 5. c. 13.

**Ter. And.** *Ibo ad eum, at q; eadem hac quæ tibi dixi, dicam itidem illi. ac. 3. 4.*

**Idem Eu.** *Hominem haud impurum, itidem patria qui alligurrierat bona. ac. 2. 2.*

**I 5** *Iuxta. ac. idem quod Aequè, Perinde.*

**Sallust.** *Alios omnes malum publicum alebat, quo minus mirandum est, homines egentes, malis moribus, maxima spe, Reip. iuxta, ac sibi consuluisse. In Coniurat.*

**2 0** *Varro.* *Fæminas iuxta, ac mares haberet solebat. De re rust. lib. 2. 7.*

**Luius.** *Humanum genus vestrum nomen, imperiumq; iuxta, ac Deos immortales iam pridem intuetur. De bel. Maced.*

**2 5** *Sallust.* *De M. Lilio Druso iuxta, ac de se, existimarent. In fragmen. histo.*

*Iuxta, ac si.*

**Cic.** *Qui me reliquis officijs iuxta, ac si meus frater esset, sustentauit. Post redditum in Senatu.*

**Sallust.** *Transuersis itineribus quotidie castra mouere, iuxta ac si hostes adessent. Iugurt.*

Liuīus. Nauales socij iuxta effūsi, ac si insulas pradarentur. de bel Punico.

Iuxta, atque.

Liuīus. Absentium bona iuxta, atq; interemptorum diuisa fuerunt. lib. 2. ab V. be.

Idem. Trucidant inermes iuxta atq; armatos. Ibid.

Idem. Contendebant q; & animis, & corpori us suis virilem patientiam inesse, & se iuxta bieme, atque aestate bella gerere posse. lib. 1. ab Vrbe.

Iuxta, cum.

Plaut. Trinum. —— nunc virgo ner-pe apud te est. CA. ita est.

Iuxta q; eam curo cum mea —— sc. Larum.

Sallust. Quo in loco res nostra sint, iuxta mecum omnes intelligitis. In Conjurat.

Plaut. Aulu. —— iuxta rem mecum tenes. sc. Dixi.

Plaut. Mili. Dum in regionem astutiarum mearum te induco, vt scias

Iuxta mecum mea consilia. —— sc. Nisi 20 herclè.

Plaut. Pfeu. —— an nescis quæ sit hæc res? SI. iuxta cum ignarij suis. sc. Malus.

Idem F erla. —— iuxta tecum, si tu nescis, nescio. sc. Satin?

Plaut. Persa Hæcine illa ? Et furtiva virgo? TO. iuxta tecum aq; scio. sc Cui homini.

Iuxta, absoluē positum.

Sallust. Iuxta boni mali q; strenui, & imbecilles multi obtruncati. lugurt.

Sallust. Quibus profecto corpus voluptati, anima oneri

*perierunt, eorum ego vitam, mortemq; iuxta astimo,  
in Coniurat.*

Plinius. *A sennis iuxta, virisq; gestarentur. lib. 9. c.  
35. & 41.*

5 Sallust. *Hiemem, & etatem iuxta pati. Iugurt.  
Idem. Iuxta bonos, & malos interficere. in Coniur.  
Idem. *Ciues, hostesq; iuxta metuere. Iugurt.**

Licet, tamen.

10 Cic. Att. *Licet tibi, ut scribis, significarem, vt ad me ve  
nires Sidona: tamen intelligo te istuc prodeesse, hic ne  
verbo quidem leuare me posse. lib. 3. 12. itē de A-  
rufpic, resp.*

15 Cic. *Veritas, licet in causis nullum patronum, aut de-  
fensore obtineat, tamen per se ipsa defenditur. in Va-  
tinium.*

Brutus Attic. *Licet patrem appelle Octavius Cicero  
nem, referat omnia, laudet, gratias agat: tamen illud  
apparebit, verba rebus esse contraria. Ad Brut. e-  
pist. 21.*

20 Ouid. *Qui licet eloquio fidum quoq; Nestora vircat,  
Haud tamen efficiet, desertum ut Nestora crimen  
Esse rear nullum. —— 13. Metamorph.*

Proper. *Ille licet ferro cautus se condat, & ære,  
Morstame inclusum protrahit inde caput. lib. 3. 16.*

25 Martialis. *Intres ampla licet torui lepus ora leonis,  
Esse tamen vacuo se leo dente putat. lib. 1. 6.*

Arrius Menander. *Sed hoc licet liquido constare non  
possit, argumentis tamen cognoscendum est. l. 5. ff. de  
re milit. & l. 14 ff. de vulga. & pu.*

L 5 Licet,

Licet, attamen.

**I**ulianus. Et ideo licet directæ libertates deficiunt, attamen ad fideicommissarias eundum est. l. Si ei, 2. ff. de iure codi.

**P**aul. In actionibus, quæ ex contractu proficiscuntur, licet famosæ sint, & damnati notatur, attamen pactus non notatur. l. 7. ff. de his, qui not. infam. & l. 17. ff. de hered. pet. & l. Liberti. ff. de officio adfesso.

Licet, sed tamen

**C**ic. Licet eodem exemplo sèpius tibi huius generis literas mittam, &c. sed tamen non parcam opera. lib. 13. initio epistolæ 27.

**V**lpian. Licet enim ipso iure priore debito liberatus non sit, sed tamen exceptionem habere potest. l. Si res. 12. 15 ff. de iure dot.

Licet, absolutè positum.

**C**ic. Att. Vereor Gallica bella, ipse Sextus quod euadat; sed omnia licet concurrant, Idus Martiae consolantur. lib. 14. 4

**C**ic. Licet ex his elegant, quæ notatione, & laude digna sint, omnes oratorie virtutes in eis reperientur. In Bruto.

**V**lpian. Fructus habitationis præstatur, licet ruina, vel incendio subiecta transactio est. l. cum hi. 8. ff. de 25 transact.

**M**odest. Licet non sicut condemnatio secuta. l. 2 c. ff. de Accusat.

Longè à

**C**ic. Non longe à TAURO, apud oppidum Cybistra, castra feci. lib. 15. 4.

Ad

Ad Heren. Eam vitasvis vituperationem, que longè  
à vobis erat absfutura. lib. 4.

Ter. Eu. Rus Sunij ecquod habeam, & quām longe à  
mari. act. 3.3.

5 Cæsar. Qui non longe à Tolosatum finibus absunt. 1.  
Debel. Gal.

### Longè ab.

Cæsar. Docet copias Treuirorum, tria millia passuum  
longe ab suis castris consedisse. 5. de bel. Gal.

10 Varro. Non longe ab TAURO. De re Rust. lib. 1.2.

Plaut. Bacch. Næ tibi hercùs haud longe est os ab in-  
fornio. sc. Quid istuc?

Plaut. Mostel. — ita faciam patrem tuum  
Non modo ne introeat, verum etiam ut fugiat longe

15 ab ædibus. sc. Iuppiter.

### Longe ex.

Cæsar. Ab his cognoscit, non longe ex loco opidū Caf-  
siuelauni abesse. 5. de bel. Gal.

### Malo, quām.

20 Cic. Nihil in refamiliari mea est, quod ego meum ma-  
lim esse, quām tuum. lib. 4. 13.

Cic. Quod certè ita fieret, si tu maluisses benevolentia,  
quām litium iura perdiscevere. lib. 7. 1 4.

Cicer. Sed quæ faciam, fecerimque pro te, ex illo-  
rum te litteris, quām ex meis malo cognoscere. libr.

25 6.15.

Sallust. Optimus quisq; facere, quām dicere: sua ab a-  
lijs benè facta laudari, quām ipse aliorum narrare  
malebat. In Coniurat.

P laut.

Plaut. Mercat. —— *igitur hoccine est  
Amare? arare maelim, quām sic amare.* sc. Ho-  
mo.

Hor Prætulerim scriptor delirus, inersq; videri,  
*Quām sapere, & ringi.* —— lib. 2. epist. 2. 5  
Malo, quām non.

Plaut. A sin —— *moriri sese misérè mauulet  
Quām non perfectum reddat, quod promiserit* sc. t.

Idem. Aulu. Emortuum ego me maelim lato malo,  
*Quām non ego illi dēm hodie infidias seni.* sc. E- 10  
mortuum,

Appen. Potius malo, quām.

Plaut. Sti. *Si manere hic sese malint potius, quām aliò  
nubere.* tc. 2.

Malo, absolutè positum. 15

Cic Erat id mihi multo breuius, multoq; commodius,  
cum præsertim te ita malle arbitrarer. lib. 3.5

Cic. Ego tamen ad scripsisse mallem, quando id te video  
desiderare. lib. 5.20.

Ouid. Remq; mei iuris malim tenuisse precando. 6. 20  
Fasto.

*Append Magis volo, id est, Malo.*

Quo de Cicero in Oratore. Libenter etiam, in-  
quit, copulando verba iungebant, ut fides,  
pro. si audes. malle. pro, magis velle. nolle, 25  
pro, non velle.

Ter. Eu Nunquam adepol quicquam iamdiu, quod  
magis velle euenire,

*Mi euenit, quām quod modò senex intro ad nos ve-  
nit errans.* a. c. t. 5.

Magis

Magis, atque.

Ter. And. Non Apollinis magi verū, atque hoc respōsum  
est. act. 4. 2.

Magis, quām.

5 Cic Experiendo tamen magis, quam discendo cognoui.  
lib. 1. 7.

Idem. Nihil magis, quām perfidiam timemus. lib. 1. 5.

Idem. Magis aduersos rerum exitus metuens, quām  
ſperans ſecundos. lib. 6. : 5.

10 Plaut Pleu. Magis erit ſolutum, quām ſi ipſi dederis.  
sc. Hi loci.

Ter. Adel. ————— Di me pater

Omnes oderint, ni magiste, quam oculos nunc amo  
meos. act. 4. 5.

15 Planc. Cic Credulitas error eſt magis, quam culpa.  
lib. 6. 13.

Liuſus. Decernente ferociſimo quoque nō ſententijſ magis,  
quam clamore. Dec. 1. lib. 2.

20 Vlpijan. Fallax eſt magis, quam furtum. scit. magis  
decipit, quam furtum fecit. l. falſus creditor. 43.  
ff de furtis.

Magis, abſolutē poſitum.

Ter. Eu. Nego, quenquam hominem eſſe ego arbitror,  
cui magis bona

25 Felicitates omnes aduersaeſent. act. 2. 3.

Plaut Ru. ————— quanto magis extergeor utilum, atque te-  
nuiſ fit. sc. Nunquam.

Plaut. Per Quod ego non magis ſomniabam, nego, opi-  
nabar. ————— ic. Loui. Lambino ēmeritus videtur.

Magis

Magis pro, quām pro.

**Cæsar.** *Quibus rebus consecutis, Cæsar magis eos pro nomine & vetustate, quām pro meritis in se ciuitatis conservat.* 2. De bello ciuili.

Magis par est, quām.

**Plaut. Sti.** *Et magis par fuerat, me dare vobis canam aduenientibus,*

*Quām me ad illum promittere.* — sc. ita me.

**Magis est, vt.** Magis est, ne. Magis est. loquendi genera, priscis Iureconsultis de iure respondentibus, seu differentibus vīstatissima, & peculiaria fuisse, alibi ostendemus.

Magis est, vt.

**Vlpian.** *Et magis est, vt de impubere nec quæstio habetur.* l. i. ff de S. C. Silla.

**Idem.** *Et magis est, vt ille hoc præmio dignus sit, qui vltro ad accusationem profilit.* l. 3. ff. eodem.

Magis est, ne.

**Vlpian.** *Si quis adficiūm vetus fulciat, an opus nouum nuntiare ei possumus videamus.* & magis est, ne possimus. l. i. ff. De operis, no. nunt. Itidem l. i. ff. De S. C. Silla.

Magis est, absolutè positum.

**Vlpian.** *Stirpes oleæ arbores esse, magis est.* l. 3. ff. arborum furtim cæsarum.

*Appen.* Quām, absolutè etiam positum reperitur.

**Plaut. Ruden.** *Quid? istæ mutæ sunt, quæ pro se fabulari non queant?*

TR.

TR. eò tacent, quia tacita bona est mulier semper,  
quam loquens. sc. Seriò.

Hac de re vide plura in particula Tam.

Omnia magis, quam. vide Nihil.

5 Tam magis, quam magis vide Tam  
Quam magis, tam magis. ibidem.

Minus, quam.

Cic. Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus. lib. 15. 10.

10 Cic. Neg, mehercule minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri. libr. 7.5.

Planc. Cic. Non minus enim à te probari, quam diligenter volui. lib. 10. 7.

15 Plaut Sti. Vno Gelasimo minus est, quam dudum fuit.  
sc. Libros.

Nihil minus, quam, vide Nihil.

Nihilo minus, vt. pro quamvis, vide Vt.

I. Append. Nihilo magis, quam.

20 Cic. Commune est, quod nihilo magis ab aduersarijs,  
quam à nobis facit. lib. 1. de Inuent.

II. Append. Nihilo magis, absolute collocatum.

Plau. A si. —— quid? eius atrienfis?

LI. Nihilo magis domi est —— sc. Ut demonstratæ.

25 III. Append. Non magis, quam si.

Virgil. Nec magis incepto voltum sermone mouetur,

Quam si durasilex, aut stet Marpesia cautes. 6.

Aen.

IV. Append.

1111. Appen { Nihilō minus, quām &, quām si.  
Nihilō plus, quām &, quām si.

**V**arro. Nihilō minus esse villā eā, quā esset simplex ru-  
stica, quām ea, in qua esset vtrung. lib. 3.2.

**L**iuīus. Deditio est facta, ceterū nihilō minus fœdē de- 5  
dita vrlē, quām si capta foret. Dec. 1. lib. 2.

**L**iuīus. Exprobrantibus consulibus, nihilō plus sanitatis  
in curia, quām in foro esse. Dec. 1. lib. 2.

**T**er. Phor. ————— Phædriæ se ostenderet nihilō  
minus

10

Amicum esse, quām Antiphoni. ————— sc. 4.2.

**P**laut. Baçchi. Tum, cùm mea illud nihilō pluris re-  
feret,

Quām si ad sepulchrum mortuo dicat iocum. sc. im-  
mitiorem.

15

V. Append. { Minus, quām si.  
Non minus, quām si.

**C**ato. Minus, quām si picare velis, tēp̄at, satis est. c. 69

**V**lpian. Dicendum est extingui actionem, non minus  
quām sit impore abolita fuerit iniuria. l. Sed si ff. de  
iniurijs.

**P**laut. Rud. ————— libera ego

Prognata fui maximē. ne quicquam fui,

Nunc qui minus seruio, quām si forem serua nata. sc.

Nimio.

20

VI. Appen Nimio minus, quām.

**P**laut. Tru. Cum q̄ eam rem in corde agito, nimio mi-  
nus p̄ rhibemur

M. ale, quām sumus ingenio. ————— sc. Puero.  
& sc. Mirum.

Minus

## Minus, ac.

Virg. *Haud minus, ac iussi faciunt.* — 3. an.

## Minus, atque.

Horat. *Qui peccas minus, atq; ego.* — lib. 2.

5 fat. 7.

Catullus. *Ille non minus, atq; tu*

*Pectore vritur intimo*

*Flama, sed penita magis.* In nup. Iul. & Man.

## Minus, absolutè positum.

10 Ter. Eu. — *num formidolosus olsecro es, mi homo?*

CH. *apagefis*

*Ego formidolosus? nemo est hominum, qui viuat, mi-*  
nus. ac. 4. 6.

Cic. *Vt nihil minus curandum putem.* 2. Tusc.

15 Mirum, nisi. Mira

sunt, nisi.

Plaut. Amphi. *Mirum nisi hic me quasi muranam*  
*exossare cogitat.* sc. I.

20 Plaut. Amphi. *Mira sunt, nisi latuit intus illic in illac*  
*hirnea.* Ibid.

## Mirum, si.

Ter. Hec. *Non mirum fecit vxor, si hoc agrè tulit.*

ac. 4. 4.

Mirum, ni. Mira sunt, ni.

25 Cic. *Quid ploras pater? mirum ni cantem.* lib. 2 de  
Orat.

Ter. Eu. *Mirum ni tu credas quid iste dicat.* ac. 4. 4.  
& ac. 2. 1. & ac. 2. 3.

Ter. Hec. *Et ni id fecisset, magis mirū foret.* ac. 2. 1.  
M Quid.

Ouid. Ille quidem mirum, ni de regione propinqua,  
Non nisi vicinas tutus araret aquas. 3. trist.

12.

Plaut. Pseu. —— mira sunt, ni Pseudolus est. sc.  
Malus.

5

Ter. An. —— mirum ni domi est. act. 3. 4.

Plaut. Cas. —— mirum, ni subolet iam hoc huic vi-  
cina mea. sc. Vt.

Ter. Eu. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus  
est. sc. vlt.

10

Plau. Capt. Mira edepol sunt, ni hic in ventrem sum sit  
confidentiam. sc. Quanto.

Idem. Poenu. —— mira sunt, nisi. ——  
sc. Satis.

Mirum, quin. id es, mirum quod  
non, vel, quare non.

15

Plaut. Persa. Mirum, quin tibi ego crederem. ——  
sc. Curate. bis. & sc. Quæ res.

Plaut. Mostel. —— mirum, quin vigilanti di-  
ceret. sc. Habeo.

20

Plaut. Amphi. Mirum quin te aduersus dicat ——  
sc. Satin? Idem Aulu. sc. Nunc.

Plaus Cistel. Mirum quin rex venalium in Cistella  
infuerit vnà. sc. Nisi, item Ru. sc. Vlt.

Mirum, quod

25

Varro Neg, mirum, quod sunt regiones inter circu-  
lum septentrionalem, & inter cardinem cœli. De  
re Rust. lib. 1. c. 2.

Mirum, quam.

Cic. Atti. Mirum, quam inimicus ibat, vt ego obiur-  
garem. lib. 13. 29.

Modò,

Cic. Modò, vt tibi constiterit fructus otij tui. lib. 7. 1.  
 Idem. Videtur, si infaniet, posse opprimi, modò vt vrbe salua. lib. 16. 11.

3 Idem. Modò, vt hac nolis loca tenere liceat. lib. 14.

<sup>I 4:</sup>

Ter. Phor. —— scies,

Modò vt tacere possis. —— act. 1. 2.

10 Idem. Adel. Modò facito, vt illam serues. ——  
 ac. 5. 3.

Idem. Phor. Modò vt hoc consilio possiet discedi, vt istam ducat. act. 5. 2.

Plaut. Persa. —— i sane, hanc eme atq; ausculta mihi.

15 DO: modò vt sciām, quanti indicet. —— sc:  
 Satin?

I. Appen. Vt modò.

Ter. Heaut. —— at, vt satis contemplata modò sis  
 mea nutritrix. act. 4. 4.

20 Ter. Phor. Hæc fient. AN. vt modò fiant. GE. fient;  
 me vide. act. 4. 4.

II. Appen. Tantummodò, vt.

Cic. Tantummodo, vt eum intercludamus, ne ad yrbe  
 posset accedere. lib. 16. 11.

25 Modò, absolutè. idem quod  
 Dummodò. Si modò.

Ouid. Penelopen ipsam, perstes modò, tempore vinci-  
 ces. Arte. 1.

Modò, non.

Ter. Phor. —— is senem per epistolam

M 2      Pellexit.

Pellexit. modò non nronteis auri pollicens. ac. 1. 2.

Modò ne.

Cic. Atti. Quæ de Sycinio audisti, ea mibi probantur; modò ne illa exceptio in aliquem incurrat, bene de nobis meritum. lib. 4. 5

Cic. Atti. Quod aliū ad ver mittit, non lato, nobis modò temporis ne quid prorogetur. lib. 5. 18.

Cic. Quæ placet Peripateticis, & rectè placet, modò ne laudarent iracundiam. lib. 1. Offic.

Idem. Si quis est paullò ad voluptatem propensior, modò ne sit ex pecudum genere. Ibidem. 10

Ouid. ————— nego enim benefacta malignè Detrectare meum est, modò ne communia solus Occupet, atq; aliquem nobis quoq; reddat honore.

13. Meta.

Modò si. Si modò

Ter. Adel. Age iam cupio, modò si argentum reddat  
— ac. 2. 1.

Idem. Adel. Id quoq; possum ferre, si modò reddat. — Ibidem. 20

Sallust. Vobis, si modò viri esse vultis, rationem ostendam, qua tanta mala ista effugiatis. In Coniurat.

Plancus Cic. Omnia ei obsequia polliceor, si modò rempub. respicere volet. lib. 10. 11.

Appen. Si modò, ne.

Plaut. Ruden. — si modò id liceat, vis ne opprimat.  
sc. Nunc id.

Modò, nunc. temporis  
significatione.

Cic. In qua yrbe modò gratia, auctoritate & gloria  
flor uitius

*floruit, in ea nunc ipsis quidem omnibus caremus.*  
lib. 4. 13.

## Modò, cùm.

Plaut. As. *Modò, quom dicta in me ingerebas, odium,*  
5 *non vxor eram.* sc. Penult.

Idein. Menæch. *Non ego te modò hic ante adeis cum*  
*corona florea*

*Vidi astare, cùm negabas mihi esse sanum sirciput.*  
sc. Vthoc.

## 10 Modò, vbi.

Ter. And. *Ita Dauum modò timere sensi, vbi nuptias*  
*futuras esse audiuit.* sc. i.

## Mox, cùm.

Plaut. Poenu. *Mox dabo, cùm ab re diuina rediero.*  
15 ——— sc. 2. & sc. Quid est.

Plaut. As. *Mox, cùm Sauream imitabor, cauento ne*  
*succenseas.* sc. Vbi.

Plaut. Casi. ——— *mox magis, cùm otium mihi & tibi*  
*erit,*

20 *Igitur tecum loquar.* ——— sc. S. quimini.

Virg. *Tu facito mox, cùm matura adoleuerit atas,*  
*Sis memor.* ——— 12. Aen.

## Mox, quando,

Plaut. Menæch. *Ergo mox auferto tecum, quando*  
25 *abibis.* ——— sc. Sine fores.

## Mox, vbi.

Horat. ——— *mox, vbi publicas*

*Res ordinaris, grande munus*

*Cecropio repetes cothurno.* lib. 2. od. 1.

Mox, vt.

Ter. Adel. Demeaiurgare, & grauiter ferre: *mox tamen,*

*Vt veritas patefacta est, dicit Aeschinus*

*Vitiata, potitur Ctesiphon eitharistriam. Periocha.* 5

Nendum, sed etiam. *vide, Non modò.*

**Ne,** an.

**Ne,** dubitandi, & interrogandi particula, iure  
quasi suo poscit à tergo An, nun quam, Vel.

Cic. Vnum illud ne scio, gratulerne tibi, an timeam; 10  
quod mirabilis est exspectatio reditus tui. lib. 2. 5.

Idem. A me consilium petis, quid sim tibi auctor, in  
Sicilia ne subsidias, an ad reliquias Asiaticæ negotiati-  
onis proficisci. lib. 6. 8.

Cæsar. Qui perturbabantur, vt, copias ne aduersus ho- 15  
stem educere, an castra defendere, an fuga salutem  
petere, nescirent, quid præstaret. 4. de bel. gal.

Ter. And. Nec quid agam certum est, Pamphilumne  
adiutem, an auscultem seni. act. 1. 3.

Cic. Atti. Dulito Romæ ne sis, an iam profectus. lib. 20  
5. 6.

Horat. ————— distat, sumasne pudenter,  
An rapias ————— lib. 1. epist. 17.

Ter. Haut. Huncine erat equum ex illius more, an il-  
lum ex huius viuere? act. 1. 2.

Ter. Phor. Vise redierit ne iam, an nondum, domum  
act. 2. 3.

**Ne**

Ne nec, ne.

Cic. Atti. *Sitne autem excitata, nec ne, tecum cognoscam.* lib. 15. 20.

Plaut. Capt. *Emitteréſne, nec ne, eum feruum manu?*

5 sc. Inijcite.

Ne, an ne.

Plaut. Ruden. *Quomodo habeas, illud refert, iurene, an ne iniuria.* sc. Serio.

Ter. Hec. *Pudorin' an ne amori obsequeretur manus.* act. 1. 2.

10 Ne, an, an.

Cic. Atti. *Romam ne venio, an hic maneo, an Arpium?* lib. 16. 7.

Idem Atti. *Tria sunt autem, maneam ne Arpini, an propius accedam, an veniam Romam.* lib. 16. 9.

15 Ne, an non.

Plaut. Capt. *Eſtne inuocatum, an non eſt?* —————  
sc. 1.

Ter. Phor. *Sed iſne eſt quem quero, an non?* —————

20 act. 5. 6. Item Heaut. act. 2. 3. Item Hecy.  
act. 3. 5.

Appen. Ne, absolutè positum, elegantiam habet  
certè non vulgarem.

Cic. *Sed hac ipsa nescio, recte ne sint litteris commissa.*

25 lib. 2. 5.

Cœlius. Cic. *Tuī consilij eſt, si tempus, si Senatus coget, si honestè à nobis recusari non poterit, veliſne perseverare?* lib. 8. 8.

M 4

Cæsar.

**Cæsar.** *Ipsorum esse consilium, velintne prius, quām finitimi sentiant, eductos ex hibernis milites, aut ad Ciceronem, aut ad Labienum, deducere.* 5. de bel. gal.

**Cic. Atti.** *Velim des operam, vt inuestiges ex conspon- forum tabulis, sitnꝫ ita.* lib. 12. 17. 5

**Cato.** *Videto quām minimi instrumenti, sumptuosus qꝫ ager nefiet.* De re rust. cap. 1.

I. Appen. An non, absolutè positum.

**Ter. Eu.** ————— quisnam hinc à Thaide exit? 10  
Is est, an non est? ipſus est. ————— ac. 3. 4.

**Idem Eu.** Dic am huic, an non? dic am hercle. ————— a&c. 5. sc. 5.

II. Appen. Anne, absolutè positum.

**Ter. Eu.** ————— vbi siem 15  
Vestitum hunc nactus, quid mihi queram, sanus sim,  
anne insaniam? ac. 3. 5.

Ne, nisi.

Ne, dubitandi & prohibendi significatione,  
adsumit vili.

**Cic. Atti.** *Ac, si per populum, poteritne, nisi de omnium tribunorum, pl. sententia?* lib. 3. 15.

**Cic.** *Iustitia primum munus est, vt ne cui quis noceat,* nisi lacesitus iniuria. 1. Offic.

**Cato.** *Rem diuinam, nisi compitalibus, in compito ,aut 25 in foco, ne faciat.* lib. 1. 5.

**Idem.** *Vento austro caueto, ne quam materiem, ne uine vinum tractes, nisi necessariò.* lib. 1. 31.

Ne

Ne quidem, nisi.

Cic. Itaq; eos ne ad Remp. quidem accessuros putat,  
nisi coactos i. Offic.

5 Cic. Itaq; dicebat Carneades; ne Apollinem quidem  
futura posse dicere, nisi ea, quorum causas natura ita  
contineret, ut ea fieri necesse esset. De fato.

Cic. Atti. Ne deceperissem quidem è conspectu tuo, nisi  
me planè nihil vila res adiuuaret. lib. 12. 16.

Ne quidem, ne quidem.

10 Cic. Idem gloria iacturam ne minimam quidem face-  
re vellent, ne Repub. quidem postulante. i. Offic.

Huius particulæ plura suppeditabimus exempla alibi in Particulis Geminatis, & Iteratis.

15 Ne quidem, etiam. *ideſſe*. Non  
modò, sed.

Cic. Ergo illi ne cauſa quidem itineris, etiā cauſa ma-  
nendi. Pro Milone.

Ne quidem, quo minus extenu-  
andi significationem habet.

20 Cic. Ne præterita quidem ea, quorum nulla signa, tan-  
quam vestigia, extarent, Apollini nota esse censebat:  
quo minus futura. De fato.

Ne quidem, ne dum.

25 Suetonius. Grammatica olim Romæ, sive in usu quidē,  
ne dum in honore vlo erat. De illust. Gram. prin.  
Idem. Atq; etiam sub patre principe, ne odio quidem,  
ne dum vituperatione publica caruit. Tit. o. princ.

Cic. *Me verò nihil istorum ne iuuenem quidem mouit  
vnquam, ne dum senem.* lib. 9.26.

Sed in posteriori exemplo Lambini editionem  
secuti sumus, quem tamen lectionis à se mu-  
tata, ne mentionem quidem facere, ne dum §  
rationem reddere, Scholia, seu Emendationes  
eius testantur: cùm Manutius antea legerit,  
*ne nunc senem. pro. ne dum senem.* Quæ lectio  
si conseruetur, ne interpretabor *ne quidem.*  
Sic Cic. Att. *Ne noti sunt. Ne paullum otij.* De quo 10  
alibi erit dicendi locus. Porrò pro Manutio  
etiam stat codex meus manuscriptus, quo me  
donauit Geldriæ nobilissimus, modestissi-  
musq; adolescens, V Valrauius ab Haeften,  
Dominus in Haeften, Hervvynen, &c. nu-  
per mihi discipulus factus, & mecum Colo-  
niam Vbiorum, tanquam ad mercatum lite-  
rarum, amandatus.

Ne quidem, non modò non.

Cic. Atti. *Cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne 20  
licere quid.* *Cn, non modò non liberè.* lib. 14.19.

Ne, néue.

Cic. *Efficias, ne quid mihi fiat iniuria, néue quid tem-  
poris ad meum annum munus accedat.* lib. 15.12.

Cato. *Ita edifices, ne villa fundum querat, néue fun-  
dus villam.* c. 3. 25

Ter Adel. — *dictum inter nos hoc fuit.*

*Ex te adeò est ortum, ne tu curares meum,*

*Néue ego tuum.* — *a&t. 5. 3.*

Cæsar. *Ne quid eis noceatur, néue quis inuitus sacra-  
mento cogatur, à Cæsare cauetur.* 1. De bel. ciuili.

P laut.

Plaut.Capt.*Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant;*  
*Né ue permanet palam hæc nostra fallacia.* sc. Si dī.

## Ne, neu.

Cæsar. *Ne labori suo, neu periculo parceret.* i. de bel.  
 5 ciuili. & 2.

Ter. Phor.—*quod vtinam ne Phormioni id suadere*  
*in mentem incidisset:*

*Neu me cupidum eo impulisset, quod mihi principiū.*  
*est mali.* act. i. 3.

10 Cato. *Ne quid emissè velit insciente domino, neu quid*  
*dominum celauisse velit.* De re Rust. c. 1.

Cæsar. *Ne quod in se scelus concepisse, neu suos prodi-*  
*disse videantur.* i. de bello. ciuili.

15 Ter. And. *Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu de-*  
*seras.* act. i. 5.

Plaut. Bacchi. *Imò tibi ne noceat, neu quid ob eam rē*  
*succenseat.* sc. hunc hominem.

Cato. *Frumento ne curculio noceat, neu mures tangāt,*  
*lutum de amurca facito.* c. 92.

## 20 Nec, neque.

Plaut. Pseu. *Cui nec paratus nummus argentis siet,*  
*Neq; cui libellæ spes fit vsquam gentium.* sc. i.

Martialis. *Sed dum te nimium Fabulla laudas,*  
*Nec diues, neq; bella, nec puella es.* lib. i. 65.

25 Ter. Adel. *Nec nihil, neq; omnia, hæc sunt, quæ dicit.*  
*act. i. 2. & act. 3. 5.*

Idem. Hec.—*nec gnatus, neq; hic mihi quicquam*  
*obtemperant.* act. 3. 5.

Cæsar. *Nec militibus quidem, vt defessis: neq; equitib.*  
*vt pau-*

*ut paucis, & labore confectis, studium ad pugnandum,  
virtusq; deerat.* 2. De bello ciuili.

Nec, neu.

**Hor.** Nec quodcunque volet, poscat sibi fabula credi,  
*Neu prans & Lamia viuum puerum extrahat alio.* 5  
In Arte.

Nec, sed.

**Cic.** Nec id ad voluptatem refer, sed ad communitatē  
vitæ, atq; victus. lib. 9. 24.

**Cic.** Nec ea vulgaris, sed cum aliquo insigni indicio meæ erga te benevolentia. lib. 7. 6.

Nec, et.

**Cic.** Furnium nostrum tanti à te fieri, quantum ipsius  
humanitas, & dignitas postulat, nec miror, & gau-  
deo. li. 10. 1.

**Idem.** Nec à me alieni, & tibi amicissimi. lib. 4. 6.

Et, nec.

**Varro.** Partes & quidem necessariae, nec paruae. De  
re Rust. lib. 2. 1.

Nec, aut. *vide Neque, aut.*

**Virg.** — nec ego hanc abscondere furtō  
Speravi (ne finge fugam) nec coniugis vñquam  
Pratendit adas, aut hæc in fædera veni. 4. 21.

Nec, nisi.

**Cic.** Nec parasitorum in comedijis assentatio nobis facta  
videretur, nisi essent milites glorijs. In Lælio.

**Plau.** Amp. Venimus, nec te, nisi nūc vidi postea.—sc.  
Di vostram fidem.

Hir-

Hirtius. *Neg, imperata vñquam, nisi exercitu coacta faciebat.* 8. de bel. Gal.

Horat. *Nec Deus interficit, nisi dignus vindice nodus Inciderit.* ————— in Arte.

§ Neque, nisi.

Plaut.. Amph. *Neg, ego hac nocte longiorem me vi- disse censeo,*

*Nisi item vnam, verberatus quam pependi perpetē.*  
sc. i.

10 Nec, quin.

Cic. *Benè meritos quin colas, nec exorari fas est, neq, id Reipub. repetere necesse est.* Post redditum ad Quirites.

Virg. *Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,*

15 *Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi.* 2.  
Geor. fi.

Ne, quin.

Ter. Adel. *Cave nunc iam oculos à meis oculis quoquā dimoueas tuos,*

20 *Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus in mala ha- reat.* aEt. 2. 1.

Appen. *Nec, adsumit, Ne quidem, vt vche- mentius neget.*

Cic. Atti. *Nec interim potest quicquam statui, ne co-*

25 *gitari quidem.* lib. 9. 11.

Neque, nec.

Cic Reliqui reges, tyranniq, neq, opibus satis firmi, nec voluntate sunt. lib. 15. 1.

Idem. *Neque enim obscuris personis, nec paruis in caussis res agetur.* lib. 3. 5. & 10.

Cic.

Cic. Atti. Rogatio Sexti, neq; dignitatis satis habet,  
nec cautionis.lib.2.20.

Ter. Phor.—ego in eum incidi infelix locum,

Vt neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi co-  
pia.a&t. i.3.

§ Virg. Sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem.  
lib.i 2.&en.

Vlpian. Quia neque matrimonium qualemcumque, ner-  
spem matrimoni violare permittitur.l.Si vxor. 13.  
ff.ad legem Iul.de adul.

10 Virgil.—nulla neq; annem  
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.  
eclo. 5.

Plaut.Bachi. Imo neque habebis,nec sinam.—sc.  
Iamdudum.

15 Vlpian. Si forte neq; pater præsens fit, nec patris pro-  
curator velit experiri. l.filiusfamil. 8. ff. de pro-  
curat.

Neque, et.

20 Cic.Hom. neq; meo iudicio stultus, & suo valde sapi-  
ens.lib.1.de Orat.

Sulp.Cic.Neq; tibi defuisse, coramq; meum dolore  
tibi declarassem.lib.4.5.

Varro.Vespa,qua& similitudinem habet apis, neq; socia  
est operis,& nocere solet mortali.lib.3.c.16.

25 Cæsar.Neq; tempus animaduersionis illud esse existi-  
mans,& multa virtuti eorum concedens.3.de bello  
ciuili:

Cato.Si hac sic feceris,neq; scabri fient, & lana pliss;  
& meliorem habebunt.c.96.& c.129.

Ter. Eti.—video Parmeno:

Quid

*Quid agas, ne, neq; illi profis, & tu pereas.—act. 5.*  
5. Ibidem act. I. I.

*Sallust. Quoniam neq; ingentem multitudinem haberet; & spes opes q; eius omnes ex patre suo penderent.*

5 *Iugurt.*

Nec, aut.

Neque, aut.

*Virg. ——— nec tantos mente furores*

*Concipit, aut gratiora timet, quam morte Sichæ.*

10 *4.æn.*

*Ter. Eun. Neg; scio quid dicam, aut quid conjectem;*  
act. 3.4.

*Colu. Neg; depresso hieme pruinis torpet ager, aut  
torret aestate vaporibus. lib. I. 4.*

15 *Varro. Nec tamen ibi se vidisse tabulam pictam, neq;  
signum abeneum, aut marmoreum ullum. lib. 3.2.*

*Appen. Aut, neque.*

*Varro Nulla harum assidet in loco inquinato, aut eo,  
qui male oleat, neq; etiam in eo, qui bona olet ynguentia.*  
ta. lib. 3.16.

20 Neque, sed.

*Cic. Neg; Resp. Consules haberet, sed mercatores pro-  
vinciarum. lib. I. 9.*

Neue, neu.

25 *Hor. Neue minor, neu sit quinto productior actu  
Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi. In at-  
te.*

Neu, et.

*Cæsar. Vniuersi cohortantur, magno sit animo, neu dñ  
bitet prælium committere, & suam fidem, virtutemq;  
experiri. 2. De bello ciuili.*

Neu.

Neu, néue.

Sallust. Neu quis de his postea ad senatum referat,  
néue cum populo agat. In Coniurat.

Nemo, qui.

Cic. Nemo est tam inimicus ei caussæ, qui nos malos ci- 5  
ues dicere, aut homines improbos audeat. lib. 6.6.

Idem. Nemo, qui fortitudinis gloriæ consecutus est,  
infidis, & malitia laudem est adeptus. lib. 1. Offic.

Nemo, quin.

Cic. Nemo est, quin cogitet, quām sit metuendus ira- 10  
tus vīctor armatus. lib. 6.4. & 1.

Idem. Dignitatis autem tua nemo est, quin existimet  
habitam esse rationem ab senatu. lib. 1. 4.

Cæcina Cic. Nemo nostrum est, quin vota vītoriæ  
suæ fecerit. lib. 6.7.

Cæsar. Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris,  
qui statim castris exeundum putaret. 1. De bello ci- 15  
uili.

Plaut. Sti. —— curiosus nemo est, quin sit maleuo-  
lus. sc. Famem.

20

I. Appen. Nemo quisquam, quin.

Terent. Hec. —— nemo illorum quisquam, scite,  
ad te venit,

*Quin ita paret se, abs te ut blanditijs suis*

*Quan. minimo pretio suam voluptatem expleat.* 25  
sc. i.

I I. Appen. Nemo omnium, quin.

Cæsar. In castello nemo fuit omnium militum, quin vul-  
neraretur. 3. de bello ciuili.

I I I. Appen.

III. Appen. Nemo, quin omnes.

Cic. Neminem conueni &c. quin omnes cùm te summis laudibus ad cælum extulerunt, mihi continuò maximas gratias agant. lib. 9. 14.

5 V. Appen. Nemo, quin idem.

Cic. Sic habeto mi Tiro, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet. lib. 16. 6.

V. Appen. Nemo, quin is.

Sallust. Nouus nemo tam clarus, neq; tam egregius factio erat, quin is indignus illo honore, & quasi pollutus haberetur. lugurt.

Nemo, qui non.

Cic. Nemo est tam afflictus, qui, si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, nō posset nauare aliquid, & efficere.

15 lib. 6. 1.

Cic. Atti. Ad urbem ita veni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatorum notus fuerit, qui mihi obuiam nō venerit. lib. 4. 1.

20 Cæsar. Nemo est tam fortis, qui non rei quietate perturbetur. 6 De bel. gal.

Cic. Adhuc neminem noui poëtani, qui sibi non optimus videretur. 5. Tuscu.

I. Appen. Nec quisquam, quin.

25 Cic. Bruto. Nec quisquam est, quin ita existimet. e. pistola. 12.

Plaut. As. Nec quisquam est tam ingenio duro, nec tam firme pectore,

Quin, ubi quicquam occasionis sit, sibi faceat bene. sc. vlt.

*II. Appen.* Nec quisquam, qui non.

**Cor.** Nepos. *Vt ne pedisse quis quidem quisquam es-  
set, qui non vtrumq; horum pulchrè facere posset. In  
vita Attici.*

*III. Appen.* Nec quisquam, quin omnes.

**Plaut.** Amphi. *Nec quisquam sit, quin me omnes es-  
se dignum deputent. sc. Qui me.*

Nemo { nisi.  
nisi qui.  
nisi is qui.

**Cic.** *Complures in perturbatione reipublica consules  
dicti, quorum nemo consularis habitus, nisi qui ani-  
mo extitit in rem p. consulari.* lib. 10. 6.

**Idem.** *Quamquam ista assentatio quamvis pernicio-  
sa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam re-  
cipit, at q; ea delectatur.* In Lælio.

**Idem.** *Si familiam tuam dimisisses, quod ad neminem,  
nisi ad ipsum te pertineret, amici te tui constringendū  
putarent.* In Pitonem.

**Plaut.** R. & len. —— dominus huic nemo, ne  
frustrasies,

Nisi ego, nemo natus 'st —— sc. Heus  
mane.

**Ter.** An. —— banc, nisi mors, mi adimet nemo.  
act. 4. 1.

**Plaut.** Pseu. *Ego, nisi ipsi Ballioni, nummum credam* <sup>2</sup> 5  
*nemini.* sc. Hiloci.

Nemo, præter.

**Cic.** *Amicum ex consularibus neminem tibi esse video,  
præter Hortensium.* lib. I. 5.

**Cic.** Atti.

Cic. Atti. *Sed hoc, præter me, nèmini videtur.* lib.

I. 1.

Idem. Atti. *Sed habet sui similem in magistratibus,*  
*præter Fufium, neminem.* lib. I. 12.

Ad Heren. *Res ista bono nèmini, præter eum fuit.*  
 lib. 4.

Cic. Att. *Si petet Fadius, ei volo reddi, præter Fadium*  
*nemini.* lib. 15. I 5.

Plaut. Sti. *Præter nos, iam dabitur nemini.* sc. A-  
 gite.

*Appen.* Nec quisquam præter, nisi.

Cic. Atti. *Nec, præter me, quisquam Italia cessit, nisi*  
*qui hunc inimicum sibi putaret.* lib. 9. 18.

Nemo, extrà.

Plaut. Amphi. — extra vnum te mortalis nemo  
 corpus corpore Contigit. — sc Satin?

*Appen.* Nec quisquam, extra.

Ter. Phor. *Neque notus, neque cognatus, extra v-*  
*nam aniculam*

Quisquam aderat, qui adiutaret funus. —  
 act. I. 2.

Varro. *Pecus ouillum, quod rectè sarum est, extra*  
*luscum, surdam.* De re Rust. lib. 2. 2.

Cæsar. *Extra quotidianam consuetudinem, longius à*  
*vallo esse aciem Pompeij progressam.* 3. De bello ci-  
 uili.

Nemo, præterquam.

Cicero. Atti. *Affirmatque in sermonem, se post idus*  
*Mart. præterquam Lepidi, venisse nemini.* lib.  
 14. I.

Nemo, præterquam si.

Vlpian. Alteri stipulari nemo potest, præterquam si seruus domino, filius patri stipuletur. 1. Stipulatio.  
48. ff. de verb. ob.

Nil,  
Nihil, } nisi.

5

Cic. Nihil video, quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta. lib. 9. 15.

Cic. Nihil laboro, nisi ut saluus sis. lib. 16. 6.

Cic. Atti. Nihil habeo ad te scribere, nisi summum odium omnium hominum in eos, qui tenent omnia. lib. 2. 22.

Ter. Adel. homine imperito nunquam quicquam in-  
iustius,

*Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.* ac. 15

Ter. H. aut. Melius, peius, profit, obfit, nil vident, nisi quod lubet. ac. 4. 1.

Nihil, nisi si.

Corne Nepos. In quo nihil commutauit, nisi si quid vetustate coactus est. In vita Attici. 20

Nihil aliud, nisi.

Cic. Q. Fra. Nihil dicam aliud, nisi verebor, ne quando ego tibi, cum sum vna, molestus sim. lib. 2. 9.

Ter. Phor. Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere. 25  
ac. 1. 2.

I. Appen.

I. Appen. { Nihil aliud, nisi quod.  
Nihil aliud, nisi quod.

Cic. *Quod si in his scribēdis nihil aliud, nisi quod necesse fuit, de vno me tam diu cogitasse.* lib. 15. vlt.

5 Cic. Att. *Nihil me aliud consolatur, nisi quod illum &c. non arbitror fore tam amentem.* lib.

Plaut. Trinum. ————— qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,

Consulit. ————— sc. Non optuma.

II. Appen. Nihil, nisi vt.

10 Cic. Atti. *Nihil esse iam reliqui quod ageremus, nisi vt.* lib. 15. II.

Ci. Q. Fr. *Nihil agā, nisi vt audiā doctorem tuū.* li. 13. III. Appen. Nihil aliud, nisi vt.

15 Cic. *Obsecrat nihil aliud, nisi vt vestrā naturā, bonitatiq; obsequamini.* Pro Quintio IV. Appen. Nihil aliud, quam vt.

Ci. *Agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, quam vt nullum sit posthac in rep. publicum conilium.* Pro Rabirio princ.

20 V. Appen. Non amplius, nisi.

Hirtius. *Circumspicere enim Cæsarem, neq; amplius facere, nisi hostium iacula vitare.* De bello Africano.

Nihil, quam.

25 Sueto. *Nihil tota via, quam esset ne sibi saluum imperium, requirens.* Clau. 36.

Nihil minus, quam.

Cic. *Nihil minus fero, quam seueritatem otiosorum.* lib. 9. 5.

N 3 Cic. Atti

Cic Atti. *Nil minus velim, quām Pomponiam, & puerum versari in timore ruīnæ.* lib. 2. 4.

Hirtius. *Nihil enim minus volebat, quām sub discessu suo necessitatē sibi aliquam imponi belli gerendi.*  
8. Debel. gal.

Sallust. *Nihil minus, quām vim, aut bellum exspectantem.* Iugurt.<sup>5</sup>

*Nihil amplius, quām. id est*  
*Tantum.*

Suetonius. *Nihil amplius, quām vt desisterent, mo- 10  
nuit.* Tit. 9.

Idem. *Adulterijs famosum, nihil amplius, quām mo-  
nuit, vt.* Clau. 16. Item Galb. 19.

*Appen.* *Omnia magis, quām.*

Sallust. *Et omnia magis, quām prælium exspectanti- 15  
bus, portan̄ irrumpit.* Iugurt.

*Appen.* *Nihilo magis. Nihilo minus. Nihilo  
plus.* *vide Magis.*

*Nihil aliud, quām. idem  
quod Tantum.*

Suetonius. *Nihil aliud, quām vectabatur, & deam- 20  
bulabat.* Octau. 83.

Ouid. *At pia nil aliud, quām me dolet exule coniux.* 1.  
trist. 2.

Gaius. *Nihil est aliud hereditas, quām successio in  
vniuersum ius, quod defunctus habuit.* l. 24.ff. de r- 25  
verb. sig.

Sueto. *Inernem se in conspectum exercituum prodi-  
rum, nec quicquam aliud, quām fleturum.* Nero. 41.

Idem. *Domo abditus, nihil aliud, quām per edicta  
obnuntiaret.* Iul. 20.

Idem.

Idem. Nec illā quicquam aliud, quām cachinnasse.

Vespas. 5.

Nihil, præter.

Cic. Ita velim tibi persuadeas, te in hac caussa nihil habere, quod timendum sit, præter communem casum ciuitatis. lib. 6. 21.

Cic. Res sunt eiusmodi, ut si Romæ sis, nihil te, præter tuos, delectare possit. lib. 4. 4. & 7.

Sallust. Postremo captus amore Aurelia Orestilla, cuius præter formam nihil unquam bonus laudavit. In Coniurat.

Cæsar. Demonstrant sibi præter agri solum, nihil esse reliqui. 1. de bel. gal.

Ter. Eu. Nil præter promissum est. — sc. vlt. 15 extrema.

Nihil, præterquam.

Liuius. Illa quidem nocte nihil, præterquam vigilatum est in vrbe. dec. 1. lib. 3.

Hirtius. Nihil præterquam de vita cogitare. De bel. 20 Alexand.

Liuius. Is cum Volero nihil, præterquam de lege loqueretur. dec. 1. lib. 2.

Admonitio.

Nihil, in consecutione quandoque habet particulâ Nisi, loco Sed. quod olim animaduer-  
tit, & me monuit Paullus Manutius, suis in epi-  
stolas Ciceronis, quas familiares hodie voca-  
mus, annotationibus. cuius sententiam plu-  
ribus cum Ciceronis, tum aliorum exemplis  
confirmabimus.

Cic. De re nihil possum iudicare, nisi illud mihi certè persuadeo, te talem virum nihil temerè fecisse. lib. 13. 73.

Idem. Nec cur ille tantopere contendat video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quam illi, laborare sine causa. lib. 13. 1.

Cic. Atti. Omnino hæc eodem modo ex hac parte fuit, nisi illud erat infinitum. lib. 11. 6.

Cic. Atti. Tuas litteras expectabam: nisi illud quidem mutari, si aliter est, ut oportet, non video posse. lib. 11. 23.

Cic. Atti. Nihil mihi gratius facere potes, nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mandaui, conferris. lib. 5. 14.

Gellius. Est deridicula vanitatis: nisi in circa planè posui, quod oportuit nos dicere, quid de istiusmodi admirationum fallaci illecebra sentiremus. lib. 10. cap. 12.

Cato. Eod[em] modo anserem alito, nisi prius dato libere. cap. 89.

Sallust. Quod, quæ cæteri miserias vocant, voluptati habuisset. nisi tamen respub. pariter, ac saeuissimo imperio, bene, atque decorè gesta. lugurt.

Cic. Q. Fra. Probè premitur, nisi noster Pompeius, dijs, hominibusq[ue] inuitis, negotium inuertit. lib. 3. 2.

Ter. Phor. Quo pacto, aut vnde hæc hic rescivit? D. nefcio,

Nisi,

*Nisi, me dixisse nemini, id certò scio.* act. 5.7.

5 **Plaut. Aulu.** *Nunc seruum esse vbi dicam meum Strobilum, non reperio.*

*Nisi etiam hic operiar tamen paullisper.* — sc. per nult. itidem Ruden. sc. Exi.

**Ter. Phorm.** — *ecquid spei porrò est,* G. ne scio. A. ab.

G. *Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti.* — act. 3.1.

10 **Idem. Adel.** *Imò hercù exforque, nisi ita factum est Demea.* act. 3.5.

**Idem. And.** *Quamobrem? P. nescio, nisi mihi deos sat*

*Scio fuisse iratos, qui auctor auerim.* act. 4.1.

15 **Ter. Eu.** *Nisi quicquid est, procul hinc libet prius quid sit sciscitari.* act. 3.4.

**Ter. Heau.** *Nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.* act. 3.2.

**Ter. Hec.** *Nisi sanè cura est, quorsum euenturum hoc siet.* act. 1.2.

**Idem Hec.** act. 2.3. **Adel.** act. 1, 2. & act. 4.1. **Eu nu.** act. 5.1.

**Plau. Capt.** *Hegio hoc te monitum, nisi forte ipse non vis, volueram.*

25 **HE.** *Loquere audacter.* — sc. Iam.

**Plaut. Catil.** *Profectò hercù non fuit quicquam olerum,*

*Nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam.* sc. Neque.

**Idem Stl.** *Nisi, vt periculum fiat, visam quid velit.* sc. Famem. & Trinum. sc. Multas.

Nihil, ne quidem.

**Cic.** *Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso oportunius accidere vidi.* lib. 1 c. 16.

**Cic.** *Atti.* *Mirabar quod nihil allatum esse, ne rumoris quidem.* lib. 9. 1.

**Cic.** *Q. Fra.* *Ad eas ego litteras nihil scripsi, ne gratuitandi quidem causa.* lib. 3. 1.

**Cic.** *eidem.* *Nihil ex ipsis locis non modo literarum, sed ne rumoris quidem affluxit.* lib. 3. 3.

**Cæsar.** *Quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem.* 1. de bello ciuili.

**Hirtius.** *Præter ipsam Africam terram, nihil, ne tectum quidem, quod se reciperen, ab illorum scelere, insidijsque reliquum futurum.* De bello Africano.

Nihil, non modò multum.

**Cic.** *Quæ res cum sapientissime, moderatissimeque constituta esset à maioribus nostris, nihil habui sane, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus,* lib. 3. de legibus.

Nihil, quin.

**Cic.** *Q. Fra.* *Nihil pretermisi quadam epistola, quin enucleatè ad te perscriberem.* lib. 3. 3.

**Plaut.** *Bacchi.* *Nihil est illorum, quin ego illi dixerim.* sc. Atridae.

**Plaut.** *Persa.* *Nihil mihi tam parui est, quin id me pingeat perdere.* sc. Probat.

**Ter.** *Heau.* *Nil tam difficile est, quin querendo inuestigari possiet.* a Et. 4. 1.

**Idem.** *Heau.* *Nulla est tā facilis res, quin difficilis sit,* Quam

Quam iniuitus facias. — aet. 4.5. & aet. 5.3.

*Appen.* Obseruandum duxi hoc genus  
loquendi.

5 Cic. Quo in bello nihil aduersi accidit, non prædicente  
me. lib. 6.6.

Nihil abfuit, quin. *vide* Parum.

Nihil, quod.

Cœlius Ci. Quod melius caderet, nihil videt. lib. 8.13.

Nihil, quod non.

10 Cic. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat  
probabile. Paradox. præfat.

Cic. Att. Nihil est, quod non timendum sit. lib. 2.17.

Cic. Nihil existimat esse tam difficile, quod non pro te  
mibi suscepimus, iocundum sit futurum. lib. 6.10. &

15 15. Itidem lib. 12.8. & 23.

Cic. Sed nescio quo modo nihil tam absurdè dici potest,  
quod non dicatur ab aliquo philosophorum. lib. 2. de  
Diuinat.

Cæsar. Nihil adeò arduum sibi existimabant, quod nō  
virtute consequi possent. 7. De bel. Gal<sup>1</sup>

Hirtius. Constat enim inter omnes, nihil tam operosè  
ab alijs esse perfectum, quod non horum elegantia Cō-  
mentariorum supereretur. 8. de bel. Gal. princ.

*Appen.* Nihil, quod non idem.

25 Cic. Nihil liberale, quod non sit idem iustum, 1. Offi  
Nihil, cur.

Cic. Quod ego cur nolim, nihil video. lib. 9.6.

Scœuola. Respondit nihil proponi, cur obstante. 1. fidei  
commissum. 26 ff. de S. C. Silla.

Paul. Respondebit nihil proponi, cur hi de quibus queritur,  
infamium

*infamium loco haberi debeant.* l. Lucius, 21. ff. de his, qui not. infa.

Nihil, cur non.

Scœuola. *Respondit nihil proponi, cur non is, qui soluifset id, quod ita mutuum acceperat, liberatus esset.* l. filius. 90. ff. de solut.

Nihil, quare.

Cic. Att. *Nihil enim dignum faciebat, quare eius fugæ comitem me adiungerem.* lib. 9. 9.

Idem Att. *Mihi quidem nihil in mentē venit, quare id putem fieri posse.* lib. 15. 24.

Idem Att. *Dixit etiā alia quædā de seruulis suis, quare nobiscum esse non posset.* lib. 8. 10.

Cic. Q. Fra. *Quanquam multa fecit quare, si fas esset, iure ei succensere possimus.* lib. 2. 2.

Hirtius. *Eos nihil meruisse, quare tali pœna afficerentur.* De bel. Hisp.

Ad Heren. *Nihil superesset, quare possint in amicitia retineri.* lib. 4.

Nihil, propter quod.

Modestinus. *Respondit nihil apertè proponi, propter quod aduersus sententia auctoritatem de falso agens audienda sit.* l. cum Titia. 18. ff. de accusat.

Nihil, quamobrem.

Cic. *Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damna- ri necesse fit?* Pro. Iuentio.

Ter. Adel. *Ego in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere Hegio.* act. 4. 3.

Plaut. Sti. ——— *cum nihil quamobrem faciam, meruisse arbitrer.* sc. 2.

Cic. Nec

Cic. Nec in ipsa atomo mutationis aliquid factum est,  
quamobrem naturalem sui ponderis motum non tene-  
ret.lib. De Fato,extremo.

Ter. Heau. Nihil satis firmi video, quamobrē accipe-  
re hunc mihi expedit metum.act. 2.2.

Nihil, quò minus.

Cic. Bruto. Nihil afferatur, quò minus summa suppli-  
cia subeunda nobis sint.epist.16.

Paulus. Quoniam nihil eius culpa, neq; dolo contigisset,  
quò minus hominem traderet.l.A quo 58.ff.de rei  
vindic.

Cœlius Cic. Tanquam nihil denegatum sit ei, quò mi-  
nus quamparatissimus esset. lib.8.5.

Varro. Nihil enim video, quò minus ratio perceperet  
poterat hoc crimen. De lin.lat.lib.8.

Nihil, quamobrem non.

Cic. Considerare debes,nihil tibi esse committendum,  
quamobrem eorum,quos laudas,non te similem pra-  
beas.lib.6. 13.

Nihil, quòd.

Ter. Pho. At qui nil fecit patrue,quòd succenseas. act.  
1.5.

Nihil est, quòd.

Cic. De familia liberata,nihil est, quòd te moueat.lib.

25 14.4.

Cic. Atti. Si nondum profect& sunt, nihil est, quòd se  
moueant.lib.7.16.

Cic. Quòd socium tibi eum velles adiungere,nihil erat.  
Pro Quintio.

Ter.

**T**er. Heau. *Nam quòd sperem de argento, aut posse postulem me fallere,*

*Nihil est.* — act. 4. 1.

**P**laut. Amph. *Nihil est, quòd timeas.* — sc. penul.

**C**ic. Q. Fra. *Cognoui ex tuis literis, nihil esse, nec quòd metuamus, nec quòd gaudemus.* lib. 3. 1.

**T**er. Heau. *Nihil adhuc est, quòd vereare Clinia.* — act. 1. 2. & act. 4. 6.

**T**er. Phor. — adolescenti nihil est, quòd succenseam. act. 2. 2. & act. 5. 1.

**V**irgil. — *Nihil est, quòd pocula laudes.* eclo. 3. 16

*Nihil est, quamobrem.*

**C**ic. *Nihil erit, quamobrem ille nescio quis sapiens homo, ac multarum rerum peritus, ad res iudicandas requiratur.* Pro Fonteio. 17

*Nihil est, quòd locum significat.*

**C**ic. *Nihil esse, vnde proficiuntur, nihil quòd reuertantur.* Pro Flacco.

**H**irtius. *Nihil, ne teclum quidem, quòd se reciperent, reliquum futurum.* de bel. Africano. 28

*Nihil est, quà.*

**P**laut. Mili. *Nam nihil est, quà hinc hoc transire ea possit, nisi recto ostio.* sc. Nisi quidem.

*Nihil est, qui id est, qua re, vnde.* 25  
*vide Est, qui.*

**P**laut. Trinum. *Occlisti linguam, nihil est, qui respondeam.* sc. Larem.

**I**dem. Trinum. *Is est immunis, cui nihil est, qui minus fungatur suum.* sc. Quò illuc.

*Idem.*

**I**dēm Trinum. *Lepidè hercè de agro ego hunc sēnem deterrui.*

*Nam qui viuamus nihil est, si illum amiserit. sc. Minus.*

**S** Idēm Trinum. —— *nec quicquam hīc tibi sit, qui vitam colas. sc. Sta.*

**N**ihilominus, vt. *vide Vt.*

**N**ihilo minus, etsi.

**C**ic. *Quare meo quidem animo, nihil minus eloquenter studendum est, et si ea quidam, & priuatim, & publicè peruersè abutuntur. lib. i de inuent. princ.*

**N**isi quòd.

**C**ic. *Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt, nisi quòd in philosophia vehementer ab eo dissentio. lib. i 3. i.*

**I**tem Atti. lib. 9 vlt.

**P**laut. *Perſa. Ego tantudem ſcio, quantum tu, niſi quòd pellegi prior. sc. Cui homini.*

**T**er. *Heau. Nec rationem capio, niſi quòd tibi benè ex animo volo. a. 5. 2.*

**V**arro. *Quod far ferro cæſa, farrago diſſi, aut niſi quòd primum in farracia ſegete ſeri cœptum. De re Rust. lib. i. 31.*

**P**laut. *Capt. —— neq; mihi eſſe morbum, niſi quòd ſeruio. sc. Quòd.*

**N**isi quia.

**T**er. *Eu. — at nesciebam id dicere illam, niſi quia Correxit miles, quòd intellexi minus: nam me extritus fit foras. a. 4. 5. & a. 5. 6.*

**P**lut. *Ru. Nescio, neque ego iſtas veſtras leges vrbanas ſcio,*

**Niſi**

*Nisi quia hunc meum esse dico.* sc. Heus ma-  
ne. Item Pseu. sc. Si.

Plaut. Trinum. *Nisi quia lubet experiri, quò euas-  
ru'st.* sc. huic ego.

Nisi vt.

5

Cic. *Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, sem-  
per lupas ducere, tum neminem, nisi vt virum à viro  
lectum esse dices.* Pro Milone.

Terent. Phor. ————— *quid vis? nisi vt maneat.*  
act. 2.1.

10

Ter. Hec. *Quid restat, nisi porrò vt miser fiam?* act.  
3.1.

Nisi ne, id est, nisi non.

Plaut. Mostel. *Nunc hinc exemplum capere vult, nisi  
túne vis.* sc. Melius.

15

Quanquam híc Neuis coniunctim legi potest.  
vide apud Non. Marcellum Neuult.

Plaut. Trinum. *Benè volo ego illi facere, si tu non ne-  
uis.* sc. Quò illic.

Nisi, vt ne.

20

Nisi, vt ne quidem.

Liuius. *Quid sequitur, nisi vt ne beneficiū quidem de-  
beat populo, si cum duobus patritys vnuis petierit ple-  
beius.* Dec. 1. lib. 6.

Cic. Atti. *Quicquam ne me putas curare in toto, nisi,  
vt ei ne desim?* lib. 1 3. 20.

Plautus Cistell. ————— *ego neque hanc superbiae  
caussa*

*Repuli ad meretricium quæstum, nisi, vt ne ego esu-  
rirem.* sc. 1.

Nisi

Nisi, ne quidem.

Cic. *Vbi te visurus sim, nisi ad me scriperis, ne suspicari quidem possum.* lib. 3. 6. Item 5. De Finibus fin.

5 Ni, niue.

Plaut. Ruden. *Ni dolo malo instipulatus sis, niue et iam dum siem*

*Quinque & viginti natus annos.* — Sc. Se-  
quere.

10 Nisi si. et, Nisi si non.

Plaut. Menæc. — *quin nos hinc domum Redimus, nisi si historiam scripturi sumus.* sc. Nul-  
la.

15 Varro. *Neq; analogia, neq; anomalia est repudianda, nisi si non est homo ex anima, quod est homo ex corpo-  
re & anima.* De lin. lat. lib. 8. princ.

Ter. Adel. — *quod peccatum à nobis ortum  
est, corrigo:*

20 *Nisi si me in illo credidisti esse horum numer-  
ro &c. act. 4. 3.*

Varro. *De forma videndum, ut sint firmae, magnae, cor-  
pus lene ut habeant, crebro pilo, nisi si glabrae sunt.* De re Rust. lib. 2. 3.

25 Quintil. *In laudationibus (nisi si funebres erunt) gra-  
tiarum actione, exhortatione &c. magna, & sub-  
limis est actio.* lib. II. 3.

Non, nisi.

Plaut. Amphi. *Non loquar, nisi pace facta.* —  
sc. i.

O Cæsar.

**Cæsar.** *Iurauit, se, nisi victorem in castra non reuersum.* 3. de bello ciuili.

**Hirtius.** *Frumentosē in Africa, nisi importato, vii non posse.* De bel. Afric.

**Vlpian.** *Obsides testari non possunt, nisi eis permittatur.* 5  
tur. l. II. ff. qui testa. fa. pos.

I. Appen. Hæ particulæ etiam transponuatur.

**Cic.** *Quod tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te omnibusq; meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo.* lib. II. vlt. 10

**Idem.** *Primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.* In Lælio.

**Idem.** *Quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquisti.* epist. I.

**Cæsar.** *De rep. nisi per concilium, loqui non conceditur.* 15  
6. De bel. gal. & lib. I.

**Varro.** *Terram boues proscindere, nisi magnis viribus, non possunt.* lib. 2. c. 19.

II. Appen. Nisi, tum.

**Plaut. Rudens.** *Ni offerumentas habebis plureis intergo tuo,* 20

*Quām villa nauis longa clausos, tūm ego ero mendacissimus.* sc. Exi.

III. Appen Nisi, absolutè positum.

**Cato.** *Cum ignem subdideris, si qua flamma exibit, nisi per orbem summum, luto oblinito.* c. 38. 25

IV. Appen. Fit, vt pro particula Non, alia vox negatiua substituatur, eaque vel expressa, vel cum nomine, aut verbo composita, eadem seruata consecutio- nis ratione.

**Cic.** *Vt prorsus nisi confirmato corpore, nolles nauigare.*

gare. lib. 16. 3.

**I**dem. Negant enim quemquam virum bonum esse, nisi sapientem. In Lælio.

**C**ic. Tu ne nunc quidem es ciuis, nisi forte idem hostis,  
5 & ciuis esse potes. Paradox.

**I**dem. Negabunt, id nisi sapienti posse concedi. In  
Lælio.

**O**uid. Fine carent lacrymae, nisi cum stupor obstitit il-  
lis. 1. Ponto 2.

10 **V. Appen.** Interdum in locum particulæ, Nisi,  
substituere solemus si, non.

**T**er. Phor. ————— Non sat tuū officium te fecisse,  
si non id fama approbat? aEt. 5. 4.

15 **P**laut. Mostel. ————— quomodo pultare potui, si  
non tangerem. sc. Habeo.

**O**uid. Non foret Eumenides orbus, si filius eius  
Stultus Achilleos non adamasset equos. 3. trist. 4.

**C**æsar. exercitum dimittat: si non faciat, eum aduer-  
sus rem facturum videri. 1. De bello ciuili.

20 **C**ic. Si mihi tecum non & multæ, & iusta causæ amici-  
tiæ priuatim essent. lib. 6. 17.

**C**ato. Si non antè ea exportaueris, dominus vino, quid  
volet faciet. c. 147. & 148. saepius.

Nisi, pro Sed. vide Nihil.

25 Non, præterquam.

**V**arro. Non producunt ex haris matrem, præterquam  
potum. lib. 2. 4.

**I**dem. *Intelligi negant posse, præterquam cùm dentes  
sint facti brocchi.* libro eodem. c. 7.

**H**irtius. *Hoc acciderat, quòd aqua, præterquam in i-  
pso opido non erat.* De bel. Hispan.

Non, at.

5

**C**ic. *Non valuit rebus ijsdem quibus fortè nonnulli: at  
valuit aſſiduitate, at valuit ſeruandis amicis, valuit  
liberalitate.* Pro Cn. Plan.

Non, fed.

**C**ic. *Tantum dicam breui, non mihi exercitum, sed du- 10  
ces defuisse.* lib. 1. 9.

**C**ic. *Non ego cauſam noſtram, ſed conſilium improba-  
bam.* lib. 6. 1. & 4.

Non, fed certè.

**C**ic. Atti. *Tum poterimus deliberare, non ſcilicet in- 15  
tegra re, ſed certè minus intracta, quam ſi vna proie-  
ceris te.* lib. 9. 9.

Non dico, fed.

**Q**uod ſeruit { amplificationi, ſeu intensi-  
oni,  
extenuatiōi, ſeu remiſſioni  
correctioni. 20

**C**ic. *Magna eius in me non dico officia, ſed merita.* lib.

11. 17.

**C**ic. Atti. *Coniectis ignibus magna querela, & gemitu,* 25  
*non dicam bonorum, qui neſcio an vlli ſint, ſed plane  
hominum omnium.* lib. 4. 3. & lib. 12. 40.

**C**ic. *Quod tam diuinum, atque incredibile genus  
orationis? quo quisquam poſſit veftra in nos vniuersa  
promerita,*

*promerita, non dicam complecti orando, sed percen-*  
*sere numerando.* Post redditum in Sena. princ.

Cic. *Nemini exploratum potest esse, quo modo sese ha-*  
*biturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vespe-*  
*rum.* 2. de fin.

5 Cic. Atti. *Vt ea, non dicam comprobēs, sed studiose, li-*  
*benterq; comprobēs.* lib. 16. vlt.

Non dico, sed certè.

10 Cic. *Depugnarem potius cum summo non dicam exitio,*  
*sed periculo certè vestro, liberorumq; vestrorum,*  
*quam non id, quod omnibus impendebat, vnus pro om-*  
*nibus suscipere, ac subirem.* Pro P. Sexio.

Non, ceterū.

15 Sallust. *Non temerè omnibus locis pugnandi copiam*  
*facit: ceterū haud procul ab Cirtha castris munitis,*  
*reges operitur.* Iugurt.

Non, verū.

Cic. *Erant & nea præterea duo signa n. maxima, ve-*  
*rūm eximia venustate.* In Verrem.

20 Ter. Heaut. *Non ego perpetuò dicebam illam illi vt*  
*dares,*

*Verūm vt simulares.* ————— act. 4. 4.

Plaut. Bacchi. *Atque hic equus non in arcem, verūm*  
*in arcam faciet impetum.* sc. Atridæ.

25 Idem. Persa. ————— *non emisti hanc, verūm fecisti lu-*  
*cri.* sc. Postquam.

Idem. Trinum. *Non etate, verūm ingenio adipisci-*  
*tur sapientia.* sc. Quò illic.

Ouid. Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est. 13. Meta.

Non, tamen.

Cic. Atti. Munitur quadam nobis ad retinendas opes nostras tuta, ut spero, via; quam tibi litteris satis explicare non possum, significatione parua ostendam tamen. lib. 1. 15. 5

Non, sed tamen.

Cic. Admodum autem tenenda sunt sua cuiq, non vitiosa, sed tamen propria, quod facilius decorū illud, quod 10 querimus, retineatur. 1. Offic.

Non, ne dum,

Cic. In scelere religio non valeret, ne dum valeat id, quod imperitus adolescens, nouus sacerdos &c. mente, ac lingua titubante fecisse dicatur. Pro domo 15 sua. fin.

Non, ne quidem.

Cic. Quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas litteras tantopere fuderit: et si idem magister eius Isocrates, at non Thucydides, ne ille quidem haud 20 paullo maior scriptor Plato. In Oratore.

Idem. Non enim prætereundem est ne illud quidem. lib. 1. In Verrem. fin.

Non, quin.

Planc. Cic. Facere non possum, quin in singulas res, me- 25 ritag, tua tibi gratias agam. lib. 10. 24.

Non

Non, quin etiam.

Cic. Horum ego sermone non mouebar, quin etiam leuari me putabam molestia. lib. 3. 6.

Non quin, sed. *id est* non,  
quod non, sed.

Cic. *Etsi noui nihil erat, ijsdem de rebus volui ad te sapius scribere: non quin considerem diligentia tua: sed rei me magnitudo mouebat.* lib. 16. 24. Item. lib. 13. 16.

10 Cic. Atti. Primum enim pre me tuli, me nihil malle, quam pacem: non quin eadem timerem, que illi: sed ea bello ciuili leviora ducebam. lib. 8. 11.

Cælius Cic. Hunc laborem alteri delegavi, non quin mihi suauissimum sit, tuæ memoriae dare operam: sed ipsum volumen quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat. lib. 8. 1.

Ci. Atti. Non quin in rep. rectū idem sit vtrig. nostrū: sed ea non agitur: regnandi contentio est. lib. 10. 6.

15 Cic. Q. Fra. Non quin possint multi esse prouinciales viri boni: sed hoc sperare licet, iudicare pericolosum est. lib. 1. 1.

Cicero. Non quin ijdem sint numeri: sed. In Ora-  
tore.

Non quin, sed quia.

20 Cic. Atti. Ego me ducem in ciuili bello, quo ad de pace ageretur, negavi esse: non quin rectum esset: sed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. lib. 7. vlt.

Quintilianus. Non quin frequenter sit hoc melius, sed quia interdum plus valent ante gesta. lib. 9. 4.

Non quin, sed quòd.

Cic. Eo te adhuc consilio rsum intelligo, vt id reprehendere non audeam; non quin ab eo ipse dissentiam; sed quòd ea te sapientia esse iudicem, vt meum consilium non anteponam tuo. lib. 4. 7. 5

Sallust. Publicam misericordiam caussam pro mea consuetudine suscepit: non quin & alienum meis nominibus ex possessionibus soluere possem &c. sed quòd, non dignos homines honore honestatos videbam. In Conjurat. 10

Non quòd, sed quia.

Non quòd, sed.

Non quòd non, sed.

Non quòd, sed quia,

Non quòd non, sed quia.

Nō quòd nō, sed quòd.

} vide Quo.

15

No&ldum, cùm. vide Cùm.

20

Cic. Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare, cum Sex. Villium Milonis familiarem, cum his ad te litteris misi. lib. 2. 6.

### Admonitio.

Non modò, Non solùm, Non tantùm, Nec 25 modò, Neq; modò, Nec solùm, Neq; solùm, particulę sunt per appositę, ad diuersa orationis cōmata inter se constringenda: assumūtq; à tergo,

à tergo, Sed, Sed etiam, Sed quoque, Verum-  
etiam, Verùm et, Verùm quoque, &c. quo lo-  
quendi genere Ciceronem video vsum, vel  
duodecies in vna epistola.lib. I. 9.

5

*Non modò,* { *sed.*  
                   { *sed etiam.*  
                   { *sed quoque.*  
                   { *verùm etiam.*

Cic. Præsertim cum id impendeat, in quo non modò  
10 dolor nullus, verùm finis etiam doloris futurus sit. lib.

6.4.

Plancus Cic. Mortuo non modò honorem, sed miseri-  
cordiam quoq; defuturam.lib. I O. 2 I.

Cic. Itaq; mihi venire in mentem nihil potest, non mo-  
15 dò quod sperem, sed vix iam quod audeam optare.lib.

4.I.

Idem. Tenebat non modò auctoritatem, sed etiam im-  
perium in suos. In Catone.

Sallust. Muniti aduersum hostes non mænibus modò, et  
20 armis, atq; viris: verùm etiam multo magis locorum  
asperitate. Iugurt.

Cic. Magna me afficeris non modò latitia, sed etiam  
quodam modo gloria.lib. I 3. 8.

Idem. Sed est vnum perfugium doctrina, ac litteræ,  
25 quibus semper vbi sumus, quæ secundis rebus delecta-  
tionem modò habere videbantur, nunc verò etiam sa-  
lutem.lib. 6. 12.

Cæsar. Non modò de regno, sed etiam de ea, quam ha-  
beat, gratia desperare. I. de bel. Gal.

Ter. Adel. Istuc est sapere, non quod ante pedes modò  
est

*Videre, sed etiam illa, quae futura sunt  
Prospicere: ————— act. 3. 4.*

Non tantummodo, sed etiam.

**Cic.** *Qui me non accipere tantummodo à maioribus voluerunt, sed etiam posteris tradere.* In Cato. 5

Neque modo, verum etiam.

**Cic.** *Neg, auxilium modò defensioni mea, verum etiā silentium pollicentur.* Pro Milone, princ.

Non modo, non.

**Varro.** *Sub diu furem modò non metuunt, aduersus tēpestatq; m nocentem non ressunt.* De re Rust. lib. 10

I.C. 13.

Non modo, sed etiam, denique.

**Cic.** *Id facies, si omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate, & potestate tua profici poterit, non modo re, sed etiam verbis, vulnu deniq; expresseris.* lib. 15  
13.6.

I. Appen. Tantummodo, neque.

**Sallust.** *A Etas tantummodo quæstui, neg, luxuria & modum fecerat.* In Coniurat. 20

II. Appen. Tantum, non etiam.

**Quintil.** *Fulmina ipsa non tam nos confunderent, si vis eorum tantum, non etiam fulgor timeretur.* lib. 8.c.3

III. Appen. Tantummodo, & non.

**Sallust.** *Quasi verò mali, atq; scelesti tantummodo in vrbe, & non per totam Italiam sint.* In Coniurat. 25

IV. Appen. Non, tantummodo.

**Sallust.** *Non iam mortem, neq; ærumnas; tantummodo inimici imperium, & cruciatus corporis deprecor.*  
Iugurt.

Idem.

**I**dem. *Neg<sub>3</sub> prælium facere, neg<sub>3</sub> otium pati; tantummodo hostem ab incepto restringere.* Ibidem.

V. Appen. Modò, cætera.

**S**Plaut. *Afin. Modò tecum vna argentum afferto, facile patiar cætera sc. Vnumquodque.*

Non modò, sed quòd maius est.

**Q**uintil. *Periculosisimum dabit præceptum, non orationi modò, sed (quod maius est) vitæ.* lib. I. c. 6.

Non modò, sed vel magis.

**I**dem. *Non modò quæ diserta, sed vel magis, quæ honesta sunt, discant.* lib. I. c. 8.

Non modò, sed, etiam.

**C**ic. *Non modò vt tu sentias, sed vt omnes gentes, etiam vt posteritas omnis intelligat.* lib. I. 9.

**I** Non solum, sed etiam, atq; adeò.

**A**d Heren. *Non mihi soli, sed etiam, atq; adeò multo potius natus sum patriæ.* lib. 4.

Non modò, sed multo magis

**C**ic. *Fortes non modò fortuna adiuuat, vt est in vetere*

**2** proverbio, *sed multo magis ratio.* 2. Tūcul. princ.

Non, etiam. *vide Ne quidem etiam.*

**C**ic. *Sed eiusmodi tamen infantia, vt ea qui vtantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerung<sub>3</sub> prudentes.* In Oratore, fin.

**2** Non modò ne quidem, sed ne quidem.

**C**ic. *Decemviri vestra vecigalia, nō modò ne vobis quidem arbitris, sed ne præcone quidem publico teste vident?* Orat. 2. cont. Rullum.

Non

*Non solum,* { 5

sed.		}	sed et.
sed etiam.			sed quoque.
verum etiam.			verum et.
verum quoque.			

Cic. Non solum fortuna ipsa cœca est, sed eos etiam plurimi efficit cœcos, quos complexa est. In Lælio.

Idem. Hominem non solum sapientem, verum etiam, 10  
ut nunc loquimur, yurbanum. lib. 2. 8.

Cæsar. Cum leges, duos ex una familia, viuo utroque, non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent. 7. de bel. Gal.

Vlpian. Non solum autem quod ei debetur, qui conuenit, deducendum est; verum etiam si quid socio eius debetur. I. Si noxali. 11. ff. de pecul. 15

Gellius. Cœnarum tenuitas non domestica solum obseruatione, sed publica quoque animaduersione, legumque complurium sanctionibus custodita est. lib. 2. c. 24. 20

Proper. Non solum taurus ferit vincis cornibus hostem, Verum etiam instanti læsa repugnat ouis. lib. 2. 5..

Cic. Dixi non solum re & sententia, sed verbis quoque hoc interdictum ita esse compositum. Pro Cecinna.

Vlpian. Non solum aduersus extraneum dabimus, verum & contra ipsum quoque dominum furti actionem. 25  
I. Itaq; 12. ff. de furt.

Idem. Senatus consultum Sillanianum non solum ad patres familias, verum ad liberos quoque pertinet. I. i. ff. ad S. C. Sylla.

Noa

Non solum, sed.

Cic. *Qui omnibus negotijs non interfuit solum, sed prae-*  
*fuit.* lib. i. 6.

Idem. *Tu non solum temporibus ijs, qua per te sum a-*  
 5 *deptus, sed iam olim, nasceti propè nostræ laudi, digni-*  
*tati, virtutiq; praefuisti.* lib. i. 7.

Non solum, &c.

Cic. *Quanquam hæc quidem res, non solum ex dome-*  
*stica est ratione, attingit & bellicam, quoniam vi, ma-*  
 10 *nusq; confecta est.* lib. i. Offic.

Non solum, sed &c.

Tryphon. *Non solum viuo tutore, sed & post mor-*  
*tem eius, filius tutoris ducere vxorem prohibetur eam,*  
*cuius tutelæ rationi obstrictus pater fuit.* l. Non solū  
 15 ff. de ritu nupt.

Vlpian. *Dari autem non id solum accipiemus, quod nu-*  
*meratur venditori, ut puta pretium, & vsuras eius:*  
*sed & si quid emptionis caussa erogatum est.* l. debet.  
 27. ff. de ædil. edicto.

20 *Append.* Non solum ob eam caussam, quod;  
 sed etiam quod.

Cic. *Itaq; mihi semper Peripateticorum, Academiæq;*  
*consuetudo, de omnibus rebus in contrarias partes dis-*  
 25 *serendi, non ob eam caussam solum placuit, quod ali-*  
*ter non posset, quid in unaquaq; re verisimile esset, in-*  
*ueniri; sed etiam quod esset ea maxima dicendi exer-*  
*citatio.* 2. Thuscul. princ.

*Appen.* Non modò quia, verùm etiam quia.

Cic. *Non modò quia necesse est mori, verùm etiā quia*  
*nihil*

*nihil habet mors, quod sit horrēdum.* 2. Tusc. prin.  
Non solum, verum etiam  
ceteroquin.

Cic. *Non poëta solum suavis, verum etiam ceteroquin*  
*doctus.* lib. . . de natura Deorum. §

I Appen. Non solus, qui, sed & is, qui.

Vlpian. *Hoc autem edictō tenetur non solum, qui dam-*  
*nūm in turba dedit; sed & is, qui dolo malo fecerit, vt*  
*in turba damni quid daretur.* l. 4. ff. vi bonorum  
raptorum. 10

I I. Appen. Non solus is, qui: sed & qui.

Paulus. *Transfuga non is solus accipiendus est, qui aut*  
*ad hostes, aut in bello transfugit: sed & qui per indu-*  
*tiarum tempus, aut ad eos, cum quibus nulla amicitia*  
*est, fide suscepta transfugit.* l. postlimin. ff. de capt. 15  
& postlim.

I II. Appen. Solus, non etiam.

Vlpian. *Ideo soli bona fidei possessori, non etiam mala*  
*fidei, furti actio datur.* l. Itaq; 12. ff. de furtis.

I V. Appen. Non solum qui, sed & qui.

Vlpian. ~~N~~ solum autem qui rapuit: sed & qui abstu-  
lit, vel amouit, vel damnum dedit, vel recepit, hac a-  
ctione tenetur. l. 3. ff. de incend. ruin. naufra.

V. Appen. Non solum is, qui: verum ille  
quoque, qui.

Vlpian. *Non solum is iniuriarum tenetur, qui fecit in-*  
*uriā, hoc est, qui percussit: verum ille quoq; conti-*  
*netur, qui dolo fecit, vel qui curauit, vt cui mala pu-*  
*gno percuteretur.* l. Non solum. 11. ff. de iniurijs.

V I. Appen. Neq; ei soli, qui: sed etiam ei, qui.

Cic. *Sacrilegio pœna est, neq; ei soli, qui sacrum abstu-*  
*lerit: sed etiam ei, qui sacro cōmendatū.* lib 2. de leg.

VII. Appen.

VII. Appen. Non tantum qui: verum is quoq; qui.

Vlpian. Non tantum autem, qui rapuit, verum is quoque, qui recepit, ex causis suprascriptis tenetur. 1.3, ff. de incend. ruin. naufra.

5 VIII. Appen. Non tantum is, qui: verum  
is quoque, qui.

Idem. Fecisse conuicium non tantum is videtur, qui vociferatus est: verum is quoq; qui concitauit ad vociferationem alios. l. Item. 15, ff. de Injurijs.

10 Idem. Abduxisse autem non tantum is videtur, qui per vim abduxit: verum is quoq; qui persuasit comiti, ut eam desereret. l. eadem.

IX. Appen. Interdum in priori membro sup-  
primitur partic. Tantum, Modo, Solùm.

15 Cic. Verebar, ne mulierum formosarum gratia, &c. virorumq;, quibuscum illae nuptæ erant, nimia in istum non lenitudo, sed etiam liberalitate oppugnarer. lib. 4. In Verrem.

Vbi vir doctissimus putauit melius legi posse

20 Non modò lenitudo, sed melior prior lectio.

Paulus. Non enim solutio est hereditatis r̄titutio, sed & successio. l. Non enim. Ad S. C. Trebel.

Plura vide apud Anton. Augustinum. lib. 2. Emendationum, c. 1. fin.

52 Cic. Cum senatus duces nullos, ac pro ducib; proditores, aut potius apertos hostes habere, equester ordo reus à consulibus citaretur, &c. eaq; non silentio consulum disimularentur; sed & voce & sententia comprobarentur. Pro P. Sextio.

Cic. Mibi autem non est in hac re solum molestum contra illum dicere, sed multo id magis, quod in ea causa contradicendum est, in qua quedam. Pro Cn. Planc prir. Sed

Sed locus iste à D. Lambino hunc in modū re-  
stitutus *Mibi autem non id est in hac re molestissi-  
mum contra illum dicere: sed multo illud magis, quod  
in ea causa contrā dicendum est, in qua quædam ho-  
minum ipsorum videtur facienda esse contentio.* In 5  
priori lectione ex *molestissimum, solum molestum*  
à sciole quodam factum fuisse, omnino vero  
similem conieeturam habere mihi videtur.  
Quintil. Cum Ciceroni dormitare interim Demosthe-  
nis oratio, verum etiam Homerus ipse videatur. 10  
Vide Linacrum de Aduerbiōrum eclipsi.

*Appen.* Neque solum, Sed etiam. Sed &.

**Cic.** Neg<sub>3</sub> id solum mea sponte, sed multo etiam magis  
monente, & denunciante te. lib. 4. 3.

**Cæsar.** Neg<sub>3</sub> solum domi, sed etiam apud finitimas ci- 15  
uitates largiter posse. 1. de bel. Gal.

**Cic.** Neg<sub>3</sub> solum officio, sed & delectatione. In Ca-  
tone.

*Appen.* Neque solum, sed præterea.

**Cic.** Q. Fra. Neg<sub>3</sub> solum illud extorsi oppidulum, &c. 20  
sed præterea togam eius sum cauillatus. lib. 2. 10.

*Appen.* Nec solum, sed etiam.

**Cic.** Att. Tuas igitur expecto, nec actorum solum, sed  
etiam futurorum. li. 15. 4.

25  
sed &.

sed quoque.

Non tantum, sed etiam.

verum etiam.

verum quoque.

**Sueton.** Recitantes & benigne, & patienter audiuit;  
nec

*nec tantum carmina, & historias, sed & orationes, & dialogos. Octa.*

Modestinus. Non tantum dotis nomine maritus, in quantum facere posset, condemnatur: sed ex alijs quoque contractibus. 1. Non tantum 2c. ff. de re iudi.

Vlpian. Sed si exaudissent, & opem non tulissent, plentendi erunt, non tantum si proprij essent mulieris, sed etiam si mariti. 1. si quis. 3. ff. de S. C. Silla.

10 Vlpia. Pomponius recte ait, non tantum ad perpetuos mortbos; verum ad temporarios quoque hoc edictum pertinere. 1. 6. ff. de ædil. edicto. & 1. sciendum 63. eodem.

Iustinus. Epaminondas dum non ducis tantum, verum etiam fortissimi militis officio fungitur, grauiter vulneratur. lib. 6.

Vlpian. Furem esse non tantum eum qui extraneo, sed & qui domino suo res subtraxit, intelligendum est. 1. quod si. 13. ff. de ædil. edicto.

20 Ouid. Perq; feros enses, non tantum mœnia Troie, Verum etiam summas arces intrare ————— 13. Meta.

Nec tantum, sed et.

Colu. Nec tantum operis agrestis sit artifex: sed & animi, quantum seruile ingenium patitur. lib. 1. c. 8.

Neque tantum, sed.

Quintil Neg; enim acutè tantum ac venustè, sed stule, i acunde, timide dicta, aut facta ridentur. lib. 6. 5.

P Non

Non duntaxat *{* sed etiam.  
*{* sed quoque.

**P**aulus. Cum tutor non relus duntaxat, sed etiam moribus pupilli præponatur: imprimis mercedes præceptoribus, non quas minimas poterit, sed profacultate <sup>5</sup> patrimonij, pro dignitate natalium constituet l. cum plures ff. de admi. & peri. tut.

**P**apinianus. Fraudis interpretatio semper in iure ciuili, non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur. l. fraudis. 79. ff. de diuer. reg. iu. <sup>10</sup>

**I. Appen.** Interdum prædictæ loquendi formæ vno verbo contentæ sunt.

**C**ic. Non iucunda solum, sed etiam admirabilis visa est. lib. 1. 7. <sup>15</sup>

**II. Appen.** Interdum duobus verbis connexa sunt.

**C**ic. Non modò virum bonum me existimabis, verùm etiam te à me amari plurimum iudicalis. lib. 15. <sup>20</sup> vlt.

**I**dem. Non modò vt tu sentias, sed vt omnes gentes, etiam vt posteritas omnis intelligat. lib. 1. 9.

**III. Appen.** In affirmatione, id quod minus est, præmittendum hinc esse, Grammatici ad. monent. <sup>25</sup>

**C**ic. A me inita ratio est, quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant. lib. 5. 10.

**C**ic. Quorum quidem animum tu non perspexisti, cùm de me

*de me ageres; sed etiam confirmasti, atque tenuisti.*  
lib. 1. 9

**I**dem. *Nec enim tu mihi gratiam modò habuisti, ve-  
rum etiam cumulatissimè retulisti.* lib. 5. 11.

**5** **I**dem. *Cum id non modò negligentis, sed etiam ingrati-  
animi crimen futurum sit.* lib. 3. 9.

**I**dem. *Me tibi non amicum modò, verùm etiam ami-  
cissimum existimes velim.* lib. 3. 7.

**10** **C**ic. Atti. *Melioris mediis fidius ciuis, & viri puta-  
bam, quoouis suppicio affici, quām illi crudelitati  
non solum præesse, verum etiam interesse:* lib. 9. 6.

**IV. Appen.** *Fit item, vt, minore præ-  
misso, neget oratio.*

**15** **C**ic. *Quid est enim iā non modò pudori, probitati, vir-  
tuti, rectis studijs, bonis artibus, sed omnino libertati,  
ac saluti loci?* lib. 5. 16.

**V. Appen.** *Prædictos loquendi modos  
etiam àrtib[us] orna-  
re solet.*

**20** **C**ic. *Tu ipse mihi dixisti, orationem meam non solum  
in te honorificam, sed etiam in collegas tuos contume-  
liosam fuisse.* lib. 5. 2.

**I**dem. *Ex tuis litteris non modò non restinctum bel-  
lum, sed etiam inflatum videtur.* lib. 11.

**25** **I**dem. *Aliter quidem non modò non appetendum, sed  
etiam fugiendum puto.* lib. 6. 20.

**C**i. Att. *Tu id non modò non prohibebas, verùm etiam  
approbabas.* lib. 16. 6.

**H**irtius. *Quæ prouincia superioribus mensibus*

*retenta non tantum sine ignominia, sed etiam cum laude erat.* De bello. Alexand.

**V1. Appen.** Interdum prædictæ formulæ, tam in priori, quam posteriori membro, alijs interpositis verbis, disjunctionem patiuntur. 5

**Cic.** *Nec ea solùm in claris, & honoratis viris, sed in vita etiam priuata, & quieta.* In Catone.

**Quintil.** Ideo eruditissimo cuiq; persuasum est, valere eam quam plurimum, non ad delectationem modò, sed ad motum quoq; animorum lib. 9. 4. 10

**Quintil.** *Quod quidem non iustum modò, sed necessarium etiam est.* lib. 12. 7.

**Idem.** *Idem autem non ad pronuntiandum modò utilissimi, verum ad augendam quoq; eloquentiam maximè accommodati erunt.* lib. 1. 11. 15

**VII. Appen.** Prædictæ formulæ eleganter quoque assumunt, *Ne quidem.*

**Cic.** Nullam partem tuorum meritorum, non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. lib. 1. 8. 20

**Idem.** *Non modò dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit.* lib. 1. 9.

**Ci. Att.** Cum omnia fecisset, non modò eā voluntatem eius, quæ fuerat erga te, recuperare non potui, verū ne caussam quidem elicere immutata voluntatis. 25 lib. 1. 9.

**Cic.** *Ego nullum locum prætermitto (nec etiam de-leo) non modò laudandi tui, sed ne ornandi quidem.* lib. 12. 24.

**Cæsar.**

**Cæsar.** *Vt non modò demigrandi causa de vallo decederet nemo, sed pæne ne respiceret quidem quisquam.* 5.  
de bel. gal.

**Cic. Atti.** *Nec quidquam posthac, non modò tantum, sed ne tantulum quidem præterieris.* lib. 15. 27.

**VIII. Appen.** *Obseruandum, præcedens loquendi genus nonnunquam uno verbo cōtentum esse: idq; tam in priore, quām posteriori orationis parte collo-*  
cari.

**10 Cic.** *Nunc non modò agēdi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem.* lib. 4. 13.

**Idem.** *Non modò certa res vlla, sed ne genus quidem literarum vſitatum veniebat in mentem.* lib. 4. 13.

**IX. Appen.** *Nonnunquam duobus ver-*  
bis conſtrigi.

**Cic.** *Cuius rei non modò non præterijt tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc, meo quidem iudicio, fuit.* lib. 10. 10.

**Cic.** *Non modò vt non præfet vlli negotio: sed etiam vt ne interefset quidem.* lib. 13. 29.

**X. Appen.** *Nonnunquam verbum supprimi.*

**Cic. Atti.** *Hac non modò nemo, sed ne rumor quidem quisquam.* lib. 5. 10.

**25 XI. Appen.** *Fit quoq; non raro, vt, Non modò, in priori oratinis parte negationem geminet. id quod Laurentius Valla, quando dictio nibus ad eft cōtrarietas, necessario obseruandum iu dicauit. vide Val. c. 128.*

**Cic.** *Vt summa feueritas animaduersionis, non modò non inuidiosa: sed etiam popularis effet.* lib. 9. 14.

**Cic.** *Vt sciret exercitum pop. R. non modò non cedere his nuntijs allatis, sed etiam propius accedere.* lib. 15. 1.

**Cic.** Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur vnde,  
non modo non contra legem, si vlla nunc lex est, sed  
etiam intra legem, & quidem aliquanto .lib.9. 26.

**Cic. Atti.** Dies non modo non leuat luctum hunc, sed  
etiam auget. lib. 3. 15.

**Cic.** Non modo dignitas nulla erit, sed erit summa de-  
formitas. lib. 10 6.

**Cic. Atti.** Eam, quam mihi dicas obtigisse aderat non  
modo nunquam deseram; sed etiam, si ego ab illa de-  
serar, tamen in mea pristina sententia permanebo. 10  
lib. 1. vlt.

**Cic.** Cum tu ipse mihi dixisti, orationem meam non so-  
lum in te honorificam, sed etiam in collegas tuos con-  
tumeliosam fuisse. lib. 1. 2.

**Varro.** Quid in Italia vtile non modo non nascitur, 15  
sed etiam non egregium sit. De re Rust. lib. 1. 2.

**Idem.** Herba non modo non euellenda in nutricatu;  
sed etiam non calcanda. lib. eodem. cap. 47.

**Idem.** Nunc iam primum dicam pro vniuersa analogia,  
cur non modo videatur esse reprehendenda, sed 20  
etiam cur vsu quodammodo sequenda. De lin.lat.  
lib.8. princ.

XII. **Appen.** Non modo, in posteriori orationis mem-  
bro positum, pro Nedum.

**Cic.** Cum secundas etiam res nostras, non modo aduer- 25  
fas pertimescebam. lib. 4. 14.

**Idem.** Nullum meum minimum dictum, non modo fa-  
ctum pro Cesare intercessit, quod ille non ita illustri  
gratia exceperit, ut ego eum mihi deuinctum puta-  
rem. lib. 1. 9.

**Cic. Atti.** Magis mehercule, quam vellem, non modo  
quam putaram. lib. 2. 19.

**Cic. Atti.**

**Cic.** Atti. *Nihil prætermissum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modò probabilem.* <sup>t</sup>  
lib. 8. 12.

**Plaut.** Pfeu. *Cum hasce herbas huiusmodi in suam*  
**5** *aluum congerunt,*

*Formidolosus dictu, nun esu modò. sc. Forum.*

**Cic.** Att. *Noscenda est natura, non facultas modò.*  
lib. 12. 5.

**Brutus** Atti. *Seruitutem, honorificam modò, non a-*  
**10** *spennatur.* Ad Bru. epistola 20.

**XIII.** Appen. *Non solum, in posteriori*  
*membro positum.*

**Cic.** *Vultus meherculè tuos mihi expressit omnes, non*  
*solum animum, ac verba pertulit.* lib. 12. vlt. Item.

**15** **i.** de Inuen.

**Cic.** Atti. *Vt demissus erat, vt ipse etiam sibi, non ijs*  
*solum qui aderant, displacebat.* lib. 2. 21.

**XIV.** Appen. *Non tantum, absolutè.*

**Paulus.** *Cum de fructibus serui petiti queritur, non*  
**20** *tantum pubertas eius spectanda est.* I. ceterum. 3  
ff. de rei vindicat.

**XV.** Appen. *Non solum, absolutè usurpatum.*

**Cic.** *Hoc non dolere solū voluptatis nomine appellaret,*  
*illud Aristippeum contemneret.* lib. 2. De Finibus.

**25** **princ.**

**XVI.** Appen. *Mitto, Verum ne quidem.*

**Cic.** *Non conditio, non sponsio, non denique vlla un-*  
*quam intercessit postulatio, mitto aqua, verum an-*  
*te hoc tempus nefando quidem audita.* Pro Quinto.

Nihil, non modò multum.  
*vide Nihil,*

XVII. *Appen.* Nedum, sed etiam.

Balbus & Oppius Cic. *Nendum hominum humili-  
 um, vt nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum  
 consilia ex euentu, non ex voluntate, à plerisq[ue] proba-  
 ri solent.* lib 9. 7. Ad Atti. 5

Nequidem, etiam. Ne quidem, nedum. Ne qui-  
 dem, quo minus. *vide supra*, Ne.

Non, nedum. *vide Non.* 10

Non dico sed. *vide Non.*

Non, quinetiam. *vide Non.*

Nunquam, nedum. *vide Nunquam*

Nullus, nisi.

Cic. *Statueram nullas ad te litteras mittere, nisi com-  
 mendatitias.* lib. 5. 5. 15

Idem. *Neg[are] me tamen vlla res alia Romæ tenet, nisi  
 expectatio[rum] Africanarum.* lib. 5. 21.

Cœlius Cic. *Adhuc S. C. nisi de ferijs Latinis, nul-  
 lum facere potuerunt.* lib 3. 9

Cic. Atti. *Nulos honores mihi, nisi verborum decer-  
 ni fino.* lib. 5. vlt. 20

Ter. Heaut. *Nulla adeò ex re istuc fit, nisi ex nimio  
 otio.* sc. 1.

Plaut. Pseu. *Iurauistin' te illam nulli venditurum, ni-  
 si mihi?* sc. Pseudole. 25

Liuius. *Tanquam nulla, nisi in eruptione spes esset.*  
 dec. 1, lib. 9.

Varro.

**Varro.** *Agrum oliuento conserundo, nisi qui in ventum faconium speciet, & soli ostentus sit, alium bonum nullum esse.* de re Rust. lib. I. 24.

Nullus, nisi qui.

5 **Plaut. Bacchi.** *Nullus frugi esse potest homo, nisi qui est benè & malefacere tenet.* sc. Hunc hominem.

**Plaut. Mili.** ————— nulli mortali scio obtigisse hoc, nisi duobus. sc. Hera.

Nullus, nisi si.

10 **Cato.** *Mulis, equis, asinis, feriae nulla, nisi si in familia sunt.* c. I 38.

Nullus, extra.

15 **Cic.** *Nullus est igitur numerus, extra poëticos. propter ea, quod definita sunt genera numerorum.* In Ora-

tore.

Nullus, præter.

**Cic. Atti.** *Ad quas litteras tibi rescribi velis, nescio; nullas enim adhuc acceperam, præter quæ mihi bina se mel in Trebulano redditæ sunt.* lib. 5. 3.

20 **Cic. Atti.** *Neq; nunc mittendi tamen vlla caussa fuit, præter eam, de qua tibi rescribi voluiſti.* lib. II. 3.

Nullus, præterquam.

**Cic.** *Itaq; nullas ijs, præterquam ad te, & ad Erutum, dedi litteras.* lib. 3. 7.

25 **Cæsar.** *Si nullam, præterquam vitæ nostræ, iacturam fieri viderem.* 7. De bel. Gal.

**Liuius.** *Vocata ad consilium multitudine, quæ coalescere in populi vnius corpus nulla re, præterquam legibus, poterat, iura dedit.* lib. I.

Sueton. *Neg, enim exſtare vllum ſuum factum pœnitendum, excepto duntaxat vno.* Tit. 10.

Nullus, præterquam ſi.

Plin. *Colla aſpidum intumescere nullo ictus remedio, preterquam ſi confeſſim partes contactæ amputetur.* 5  
lib. 8. c. 2 3.

Nullus, quin.

Cic. Att. *Dies ferè nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet.* lib. 1. 1.

Cic. Atti. *Vt ab vrbe diſceſi, nullum adhuc intermisſi diem, quin aliquid ad te litterarum darem.* lib. 10  
7. I 5.

Ter. Hec. — voſtrarum nulla eſt, quin gnatū velit

Ducere vxorem. — act. 2. 1.

Plaut. Bacchi. *Populo praesente: nulluſt Ephesi quin ſciat.* sc. Ibo in Piræum. 15

Cæſar. *Totius hyemis nullū tempus intermisserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent.* 5. De bel. Gal.

Plaut. Bacch. — *Immo Chryſale hem non tantulū 20  
vnquam intermittit tempus, quin eum nominet.* sc. Mirum.

Nullus, quo minus.

Cæſar. *Nullam exoriri moram poffe, quo minus cum reniffet, ſi imperata non facerent, ad nutum ē 25  
āri perirentur.* 2. de bello ciuili.

Nullus, qui non.

Cic. *Nulla eſt acerbitas, qua non omnibus, hac orbis terrarum perturbatione, impendere videatur.* lib. 2. 16.

Brutus

**B**rutus Atti. Nulla erit tam bona conditio seruandi,  
qua non deterrear. Ad Brut. epist. 20.

**C**ic. Q. Fra. Diem scito esse nullum, quo die non dicam  
pro reo. lib. 3.3.

5 Plaut. Bacch. Nullus est, qui non intuideat rem secun-  
dam obtirgere. sc. Reddidi.

**C**olu. Nullus dies tam intolerabilis est, quo non sub  
diuo moliri aliquid posset. lib. 1.8.

Nullus, ne quidem.

10 Plancus Cic. Nullum enim in te officium, ne mini-  
mum quidem, sine maxima culpa video prater-  
ire. lib. 10.4.

**C**ic. Maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla, ne mi-  
nima quidem aura fluctus commouente. 5. Tuscu.

15 **C**ic Brut. Nullas adhuc à te litteras habebamus, ne fa-  
mam quidem. epist. 14.

Nunc, cum.

In quo obseruandum, particulam Cum, non-  
nunquam idem significare, quod Quando-

20 quidem, Quoniam.

**T**er. And. Simul sceleratus Dauus, si quid consilī  
Habet, vt consumat nunc, cùm nihil obsint doli.  
fce. 1.

**T**erent. Heau. Nunc, cum sine magno intertrimento  
non potest

Haberi, quid quis dare cupis. — act. 3.1.

Ouid. Nunc quoque, cum sunt antiquæ sacra Vacune.  
6. Faſt.

**T**er. Heau. Multo omnium nunc me fortunatissimum  
Factum puto esse gnate, cum te intelligo  
Resipisse. —————— act. 4.7.

Nunc

Nunc, dum.

**Ter.** Adel. ————— *Tu illum tuum, si essem homo,  
Sineres nunc facere, dum per etatem licet.* act. 1. 2.

**Plaut.** Tru. *Nunc, dum isti lubet, dum habet, tempus ei  
re secunda.* sc. Lepidè. 5

Nunc, postquam.

**Plaut.** Aulu. *Nunc defacato demum animo egredior  
domo,*

*Postquam perspexi salua esse intus omnia.* sc. Nuc.

**Idem.** Bacchi. ————— *nunc nunc, postquam.* sc. 10  
Reddidi.

Nunc, iam.

**Dolobel.** Cic. *Præcipue nunc, iam inclinata victoria.*  
lib. 9. 9.

Nunc, modò.

**Plaut.** Amphi. *Qui nunc primum te aduenisse dicas,  
modò qui hinc abieris.* sc. Satin' 15

Nunc, dudum.

**Plaut.** Moſ. *Nunc assentatrix scelestā est, dudum  
aduersatrix erat.* sc. 2. Item Menæch. sc. Edē- 20  
pol.

Nunc, tunc.

**Quid.** *Quæ nunc ære nitent, stipula tunc tecta virebāt.*  
6. Fast.

**Idem.** *Hic ubi nunc Roma est, tunc ardua sylua vire- 25  
bat.* 1. Fast.

Nunc, tūm.

**Cic.** *Tu illum animum nunc adhibe quæſo, quo me tūm  
esse oportere censem̄as.* lib. 6. 1.

Ter.

Terent. Adelph. — tu nunc tibi

*Id laudi ducis, quod tum faciebas in opia.* act. i. 2.

Nunc, olim.

Ter. Heau. *Ex sua libidine moderantur, quæ est nunc*

5 *non quæ olim fuit.* act. i. 2.

Nunc, quando.

Animaduerti, Nunc, toties recipere à tergo,  
Quando, pro Quandoquidem, vt visum fue-  
rit obseruatione dignum.

10 Cic. *Nunc, si me tanti facis, quanti certè facis; quando*  
*equitum turmas tenes, mitte ad Lupum.* lib. i. 16.  
& lib. 7. 2. & lib. 8. 7.

Idem. *Nunc, quando mibi ab amico officiosissimo tan-*  
*tum oneris imponitur, ego quoq; tibi imponam pro tu-*

15 *is in me summis officijs.* lib. 13. 56.

Idem. *Nunc, quando sperare nos amici iubent, dabo o-*  
*peram, ne mea valetudo tuo labori defit.* lib. i. 4. 1.

Ter. A del. *quando hoc benè successit, hilarem hunc su-*  
*mamus diem.* act. 2. 4.

20 Nunquam, dum.

Ter. Adel. *Quid respectas? nihil pericli est: nunquam,*  
*dum ego adero, hic te*

Tanget. — act. 2. 1.

Nunquam, nedum.

25 Ter. Heau. — *satrapes sisiet,*

*Sufferre amator non unquam eius sumptus queat,*

*Nedum tu possis.* — act. 3. 1.

Nun-

Nunquam, ni.

**L**uius. *Nunquam vnum militem habituros, ni præsta-  
retur fides publica.* Dec. 1. lib. 2.

**T**er. Phor. *Nam, ni ita eum existimassem, nunquam  
tam graues* 5  
*Ob hanc inimicitias caperem in vostram familiam.*  
act. 2. 2.

Nunquam, nisi.

**C**ic. *Nunquam, nisi honorificentissime Pompeium ap-  
pellat.* lib. 6. 6. 10

**C**ic. Att. *Nunquam huc venissent, nisi ad alias res pe-  
stiferas aditus sibi compararent.* lib. 2. 16.

**V**arro. *Quid enim interest utrum morticinas editis  
volucres, an pisces, quos nisi mortuos estis nunquam.*

**D**e re Rustica. lib. 3. 2. 15

Nunquam, nisi si.

**C**olu. *Nunquam, nisi si cœli maior vis, aut prædonis in-  
cesserit, detrimentum affert.* lib. 1. 7.

Nunquam, vt non. *quorarius  
c. puto vtendum.* 20

**S**ueton. *Nunquam filios suos populo commendauit, vt  
non adijceret. Si merebuntur.* Octau. 5. 6.

Nunquam vñquam, nisi modo.

**P**laut. *Mostel. — nunquam edepol me scio  
Vidisse vñquam ablectas ades, nisi modo hasce.  
sc. Quid tibi.* 25

Nunquam, præterquam.

**V**arro. *Præterquam lepusculum, è venatione vidit  
nunquam.* lib. 3. 3.

Nun-

Nunquam, si non.

Plaut. Ruden.—*sit eū vñquam in vrbe offendero,  
Nunquam herclē quisquam me lenonem dixerit,  
Si non te ludos pessimos dimisero.* sc. Vtrum.

5 Nunquam, priusquam.

Plaut. Mili. *Nunquam hodie quiesceret, priusquam id  
quod petit, perfecerit.* sc. Nisi herclē.

Nunquam, quin.

10 Cic. Evidem nunquam domum nisi vnam epistolam,  
*quin esset ad te altera.* lib. 2. 10. & lib. 3. 8.

Ter. Adelph. — *nunquam vnum intermitit diem,*  
*Quin semper veniat* — a Et. 3. 1.

Plau. Tru. *Nunquam hoc vno die efficiatur opus, quin  
opus semper siet.* sc. vlt.

15 Nusquam, nisi.

Cic. Brut. *Spes libertatis nusquam, nisi in vestrorum  
castrorum præsidij, est.* epist. 14.

Cic. Scientiam autem nusquam esse censent, nisi in a-  
nimi notionibus, atq[ue] rationibus. i. Acad.

20 Olim, cum.

Cic. Att. *Si essent vllæ necessariæ litteræ, vt erant olim,*  
*cum breuioribus diebus, tamen quotidie respondebant*  
*tempori tabellarij.* lib. 12. 38.

25 Ter. And. *Olim istuc, olim, cum ita animum induxit*  
*tuum,*

*Quod cuperes, aliquo pacto efficiendum tibi.* a Et.  
5. 3.

Idem. Hec. — *nunc mihi in mentem venit*

*Ex hac*

*Ex hac re, quod locuta es olim, cùm illum generum  
cœpimus.* act. 4. 1.

Olim, cùm iam.

**Ouid.** *For sitan hoc olim, cùm iam satiauerit iram,  
Tunc quoque sollicita mente rogandus erit.* 3. trist. 8. 5

Olim cùm, tūm.

**Ter. Phor.** *Olim cùm honestè potuit, tum non est da-*  
*ta:*

*Nunc viduam extrudi, turpe est.* — act. 5. 7.

Olim, nunc.

**Cic.** *Et eum honorem, qui à senatu tribui rebus bellicis  
solet, neglectum à me olim, nunc mihi expetendum  
puto.* lib. 15. 4.

**Plau. Sti.** *Nam aut olim, nisi tibi placebant, non datas  
oportuit:*

*Aut nunc non æquum est abduci.* — sc. 2.

**Ouid.** *A Era dabant olim, melius nunc nomen in auro  
est,*

*Victaq; concessit præfca moneta nouæ.* i. Fasto.

Olim, nunc iam.

**Plaut. Epi.** *Illam amabam olim, nunc iam alia cura  
impendet pectori.* sc. Rem tibi.

Omnis, excepto. *vide Nullus  
præterquam.*

**Venuleius.** *Omnibus autem legibus serui reifiant, ex-  
cepta lege Iulia de vi priuata.* l. 12. ff. de accusat.

Omnis, præter.

**Cæsar.** *Aquila conseruatur omnibus prima cohortis cœ-  
turi-*

*turionibus imperfectis, præter principem priorem.* 3.

*De bello ciuili.*

Sallust. *Iugurtha alia omnia, præter milites, oportuna, Iugurt,*

5 *Omnis, nisi. id est, præterquam.*

Ter. *Heaut. —— contrasi omnia,*

*Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rustico*

*Faciundo facile victimum exercerent suum.* sc. 1.

Plaut. Capt. *Aulas calicesq; omnes confregit, nisi quæ modiales erant.* sc. Diespiter.

10 Plaut. Asina. *Fores occlusæ omnibus sient, nisi tibi.* sc. Agedum.

Gellius. *Hortensius omnibus fermè oratoribus etatis sua, nisi M. Tullio, clarior.* lib. 1. c. 5.

15 Cic. *Cum Patrone epicureo mihi omnia sunt, nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio.* lib. 13. 1.

Plaut. Cistel *Nec, nisi disciplina, apud te fuit quicquam*

*Ibi, quin mihi placeret* —— sc. 1.

20 *Id est, omnia mihi placebant, præterquam disciplina.*

Sallust. *Erat ei Numida quidam negotiorum curator fidus, acceptusq; & omnium consiliorum, nisi nouissimi particeps.* Iugurt.

25 *Idem. Omnia iumenta sarcinis leuari iubet, nisi frumento dierum decem.* Ibidem.

*Appen Nisi, absolutè positum.  
pro Præterquam.*

Cato. *Stercus egerito, nisi inter mestri, lunaq; dimidiat.*

ta. Dere Rust. c. 37. & c. 38.

Q      Omnis

## Omnis, extra.

Plaut. Mili. Ille illas spernit, segregatq; ab se omnes,  
extra te vnam. sc. Hera.

Par, ac.

Plaut. Mili. —— si parem sapientiam hic habet, ac  
formam. sc. Hera.

Cic. Neq; mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fu-  
it. lib. 3. De nat. Deo princ.

Cæsar. Pari condizione è muro, ac turribus bellandi  
data. 2. de bello ciuili.

Liuius Nequaquam pari ad patienda ea robore, ac  
Romanis fuisseſſet

Par, ac si.

Sallust. Primum, quod procul absumus: in quo offendit  
se minimum, gratia par, ac si prope adesseſſus. Iu- 15  
gurt.

Par, atque.

Cic. Si par in nobis huius artis, atq; in illo pictura, sci-  
entia fuisseſſet. lib. 2. de Inuent. princ

Sallust. Pariq; periculo, sed fama impari, boni, atque 20  
ignavi erant. Iugurt.

Cæsar. Pari, atq; antea ratione egerunt. 3. De bel-  
lo ciuili.

Idem. Eosq; postea in parem iuris, libertatisq; condi-  
tionem, atq; ipsi erant, acceperunt. 1. de bel gal. 25

Idem. Pari ſpatio trāmissus, atq; ex Gallia, est in Bri-  
tanniam. 5. de bel. gal.

Gellius. Demosthenis autem viri prudentia pari, atq;  
facundia prædicti, verba idem fere significantia de na-  
tura, atq; fato, M. Cic. secutus videtur. lib. 13. c. 1.

Paulus.

Paulus. Non enim par est eorum delictum, & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt l. vlt. ff. de receptat.

5 Sallust. Tam et si haud quaquam par gloria sequatur scriptorem & actorem. In Coniurat princ.

Quintil. Pari deformitate & contrahitur, & tenditur. lib. 11. 3.

Martialis. Cum tibi sit sophia par fama, & cura laborum. lib. 1. 12.

10 Plaut. Bacchi. Igitur pari fortuna, etate ut sumus, victimur. sc. Quicunque.

Par, cum.

Sallust. Quem tu parem cum liberis tuis fecisti. Iungunt.

15 Ci. Tum par tibi ius cum Alpheno suisse non putas. Pro Quintio.

Cic. Ea re par tibi cum eo contentio erat. Ibidem.

Columella. Hac negotiatio curam villici auocat, nec unquam patitur eum cum rationibus domini paria fa-

20 cere. lib. 1. 8.

Appen. Par, absolutè positum,

Corne. Nepos. Pari fastigio stetit in virag<sub>3</sub> fortuna.  
In vita Attici.

Arrius Menander. Qui præpositum suum non protexit cum posset, in pari causa factori habendus est. l. Omne ff. de re milit.

Quintil. In viramq<sub>3</sub> par est partem. lib. 7. c. 9.

Pariter, ac.

Liuius. Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita pariter patribus, ac plebi carus. Dec. 1. lib. 2.

Liuius. Trucidant fœminas pariter ac viros.

Liuius. Amici pariter, ac nunc subiecti, ac obnoxii m̄bus effemus.

Ter. Phor. Pariter nunc opera me adiuues, ac dudu  
re opitulata es. aet. 5. 3.

Pariter, et.

Plaut. Aulu. Quin participem pariter ego te, & tu me  
facias. sc. Velim.

Ter. Adel. Nunc tu mihi es germanus pariter corpo-  
re, & animo. aet. 5. 8.

Sallust. Pariter te errantem, & illum sceleratissimum  
persequi. Iugurt.

Pariter, atque.

Sallust. Vultu, colore, ac motu corporis pariter, atq; a-  
nimo, varius. Iugurt.

Gellius. Homo insigni suavitate, lingue pariter, atq;  
vite. lib. 13. c. 5.

Sallust. Pariter, atq; in conspectu hostium, quadrato  
agmine incedere. Iugurt.

Plaut. Menæch. Ecastor pariter hoc, atq; alias res  
foles. sc. Nimis stulte.

Martialis. Sus pariter vitam perdidit, atque dedit.  
lib. 1. 13.

Virg. Et pariter facta, atq; infecta canebat. 4. æn.

Pariter, ac si.

Sallust. Pariter, ac si hostes adessent, munito agmine  
incedere. Iugurt.

Pariter, qualis. vide Sic, qualis.

Plaut. Ruden. Sequere obsecro me. CH. pariter sua-  
des, qualis es,

Twin

Tu in neruum rapere, ed, me obsecras, vt te sequar?  
sc. Meámne.

Non possum, quin admoneam, in hisce Plauti  
verbis, Lambinialiam longè esse interpun-  
ctionem, atque Sambuci, & Camerarij: il-  
le enim vocem Pariter, præcedentibus con-  
iungit.

Pariter, vt.

Plaut. Aul. Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc ha-  
bitat, filium,

Pariter moratum, vt pater auusq; huius fuit. Pro-  
logo.

Pariter, atq; vt.

Plaut. Amphi. Pariter hoc fit, atq; vt alia facta sunt.  
sc. Naucratem.

Pariter, vt item.

Plaut. As. Ridicula res est, date benignè operam mihi,  
Vt vos item alias, pariter nunc Mars adiuuet. Pro-  
logo.

Pariter, cum. id est, Aequè, Perinde,  
Non aliter, atque.

Cic. Corpus tam diu gaudet, dum præsentem sentit vo-  
luptatem: animus & præsentem percipit pariter cum  
corpo, & prospicit venientem. s. Tusc.

Sallust. Eum adoptauit, & pariter cum filijs heredem  
instituit. Iugurt.

Virg. Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum,  
Candentem, pariterq; caput, cum matre feren-  
tem. 9. xii.

Vlpian. Cum serui pariter cum domino aurum &  
gentium

gentium exportasse dicerentur, non esse de domino interrogandos. l. 1. ff. de quæstionibus.

*Appen.* Pariter, absolutè positum.

**V**arro. Et opus faciunt pariter, & ut colonias mittūt.  
lib. 3. c. 15.

**P**laut. Capt. Nunc hoc animum aduortito, ut ea, quæ sentio, pariter scias. sc. Iam.

**S**allust. Munificus nemo putabatur, nisi pariter volens.  
Iugurt.

**V**irg. Vltor eris mecum, aut aperit si nulla viam vis,  
Occubes pariter. — 11. æn.

**T**er. Heaut. Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius. act. 1. i.

**S**allust. Pariter omnes viles sunt. Iugurt.

Pari modo, quemadmodum.

**V**lpian. Si mortuum fuerit iumentum, pari modo redhiberi poterit, quemadmodum iumentum potest. l.  
Aediles 38. ff de ædil. edicto.

Parum est, quod.

**P**laut. Merca. Parumne est hoc malæ rei, quod amat  
Demipho. sc. Parumne.

**T**er. Phor. Sed parumne est, omnibus quod nunc nobis succenset senex,

Ni instigemus etiam. — act. 3. 3.

**S**allust. Atq; parum est, quod impune fecisti, verum  
etiam commemorando exprobras. In. Cic.

**C**c. Parumne est, Piso, ut omittam Gabinium, quod tantum homines se felliſti, ut negligeres auctoritatem  
senatus? Pro. P. Sextio.

Parum,

Parum est, vt.

Plinius. Parum est, vt in curiam venias, nisi & conuoces, & inter sis Senatui. In Paneg.

Parum est, vt non.

5 Iauolenus. Omnis definitio in iure periculosa est, parum est enim, vt non subuerti posset. l. 202. ff. De diuersis reg. iuris.

Appen. Parum est, absolutè positum.

Plaut. Trinum. ——— immo huic parum est.

10 Nam si pro peccatis centum ducat vxores, parum est sc. vlt.

Plau Sti. ——— duas dabo, inquit, ille adolescens, una si parum est. sc. Ita medi.

Idem. Ruden. ——— sed si parum intellecti, dicam

15 denuo. sc. Seriò

Parum abest,

Non multum abest,

Non procùl est, quin.

Non multum abest ab eo,

20 Nihil abest,

Cic. Atti. Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. lib.

11. 15.

Sueto. Virgili & Titi Liui scripta, & imagines, paulum absuit, quin ex omnibus Bibliothecis amouerit.

25 Caligula. 34.

Cæsar. Neq; longius abesse, quin proxima nocte Sabini, clam ex castris exercitum educat. 3. bel. gal.

Cæsar. Naues inuenit instructas, neq; multum abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possent. 5. bel. gal. princ.

Cæsar. Paulumq; absuit, quin Varum interficeret. 24.  
De bello ciuili.

Idem. Neg; multum absuit, quin etiam castris expellerentur. Ibidem.

Liuius. Tetigerat animum memoria nepotum, sciftandoq; eodem peruenit, vt haud procul esset, quin Remum agnosceret. lib. 1. princ. 5

Parum absuit, quo minus.

Concitato iam bello ciuili, ex quo parum absuit, quo minus Romana res funditus euersa periret. In Politicis Plutar. 10

*Appendix.*

Sallust. Iamq; paullum à fuga aberant. Jugurt.

Id est, Parum aberat, quin fugerent.

Tacitus. Nec procul cæde aberant. Id est, Parum 15 aberat, quin interficerentur.

Parumper, dum.

Plau. Amphi ————— cui voluptas

Parumper data'st, dum viri mei mihi potestas videndi fuit. sc. Satin'.

Ter. And. ————— dum exeo, parumper opperire hic. 20 aet. 4. 2.

Suet. Parumper commoratus, dum clandestinus ad villam introitus pararetur. Nero. 48.

Paulisper, dum.

Cic. Paulisper, dum se vxor (vt sit) comparat, commo- 25 ratus est. Pro Milon.

Hirtius. Ibi paulisper Cæsar ante portū commoratus dum reliquæ naues conuenirent. De bello Afric.

Plaut. Amph. ————— paullisper mane, dum edormis- cat vnum somnum. sc. Satin'

Plaut.

Plaut. Rud. *Paullisper remitte restem, dum concedo,*  
*& consulo sc. heus mane.*

Plaut. Milit. — *paullisper tace,*  
*Dum ego mihi consilia in ammū conuoco* — sc.

5 Nisi Herclē.

Paulisper, absolutè positum.

Cæsar. *Hic paullisper est pugnatum.* 3. De bello ci-  
 uili.

10 Hirtius. *Scipio interim paullisper, vt ante dixi, in eo lo-*  
*co commoratus.* De bello Africano.

Sallust. *Cognitis insidijs, paullisper agmen constitit.*  
 Jugurt.

Cato. *Coquito paullisper. Inferue facito paullisper.* ca.  
 156.

15 Perinde, ac.

Cæsar. *Quām maximas potuerunt pecunias mutuati,*  
*perinde ac suis satisfacere, & fraudata restituere vel-*  
*lent.* 3. de bel. ciuili.

20 Liuius. *Numero etiam additos tres, perinde ac duo*  
*antè fuerint, Piso auctor est.* Dec. i. lib. 2.

Liuius. *Quando perinde, ac victo iam sibi leges dice-*  
*rentur.*

Iustinus. *Scytha aurum & argentum perinde asper-*  
*nantur, ac reliqui mortales appetunt.* lib. 2.

25 Gaius. *Ex vinculis caussam dicant, & conuicti, perinde*  
*ac serui, puniantur.* lege 25. ff. de S. C. Sylla.

Perinde, ac si.

Cic. *Quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sèpè sunt,*  
*ac si effici non possint.* In Partit.

**M**acius Cic. Perinde, ac si iam vicerint, obitum eius  
Reipub. fuisse vtilem. lib. 11. 28.

**C**esar. Perinde, ac si virtute vicissent. 3. de bel. ciuil.

**C**ic. Att. Qua de re, quoniam comitia habita sunt, tuq;  
nil il ad me scribis perinde habebo, ac si scripsisses nihil,  
esse. lib. 3. 73.

**C**ic. Attic. Erat enim, si meministi, in consulatus peti-  
tione per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego  
perinde tuebar, ac si vñsus essem. lib. 13. 47.

**C**esar. Perinde estimans, ac si vñsus esset, quoniam sui  
fecissent potestatem. 3. De bello. ciuili. princ.

**L**iuinus. Perinde, ac si totum annum in imperio fuerint.

Dec. 1. lib. 4. princ.

**P**ompon. Perinde omnia restituuntur ei iura, ac si  
captus ab hostibus non esset. 1. postliminij. ff. de ca-  
ptiuis.

**P**omponius. Quod filius familiæ patris iussu, aut vo-  
luntate donauit, perinde est, ac si pater ipse donauerit.  
1. in ædib. 9. ff. de donat.

**P**aulus. Si debitor mulieris dotem promiserit, & mu-  
lierem hanc reliquerit, Labeo perinde habendum  
ait, ac si mulier ipsa dotem promisisset. 1. promis-  
tendo, 41. ff. de iu. do. & l. 13. de testa. mili. &l.  
3. de iure cod.

**C**olu. Perinde, ac si repositum in horreo, non corrum-  
pitur. lib. 2. c. 8.

### Perinde, atque.

**C**ic. Atti. Non perinde, atque ego putaram, arripere  
vñsus est. lib. 16. 4.

**N**eratius. Querisolet, utrum perinde ei heredita-  
tem

tem restitui cōporteat, atq; oporteret, si aduersus alium  
defensa non esset. l. Cum idem. 57. ff. de heredit.  
petit.

Marcianus. Perinde puniantur, atq; latrones. l. 1. ff.  
de Receptatorib.

Cic. Vereor ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi au-  
ditu posse, atq; ego ipse cogitans sentio. Pro Mar-  
cello.

Gellius. Nam aliquot verborum antiquorum Gra-  
corum, perinde atque essent propria nostra, reddidit  
caussas falsas. lib. 1. c. 18. & lib. 7. c. 2.

Liuius. Ad Philippum gratias agentes pro redditis ho-  
minibus, perinde atque ab ipso hi & non à Quintio,  
& Romanis dati essent, miserunt. Dec. 4. lib. 3. Itē  
Dec. 1. lib. 5.

Vlpian. De his quoq; seruis, qui testamento manu-  
missi sunt, perinde atq; seruis supplicium sumendum  
est. l. 3. §. 10. ff. de S.C. Silla.

Idem. De his perinde, atq; de seruis quaestio habenda,  
suppliciumq; sumendum est. Ibidem.

Valerius Maximus. Super quem aqua testudinem  
ferens, elusa splendore capit is, perinde atque lapi-  
di eam illisit. lib. 9. cap. 12. & lib. 7. cap. 3. & lib.  
8. cap. 4.

Liuius. Nequaquam perinde, atq; in capta vrbe, pri-  
ma die, aut paſsim, aut latè vagatus est ignis. Dec. 1.  
lib. 5.

Perinde, atque si.

Vlpian. Non est in ea cauſa, vt perinde habeatur atq;  
si meus nunquam fuisset. l. Serui, 17. ff. de fur-  
tis.

Licinnius.

**Licinnius.** Si autem filius familias matrimonij causa iussu patris ancillam manumiserit, Julianus putat perinde eam haberi, at q<sub>3</sub>, si à patre eius manumissa esset.  
**I. Matrimonij,** 51. ff. de ritu nupt.

**Marcellus.** Simili modo dici potest, omnia perinde debere filium, ad quem scripti sunt codicilli, at q<sub>3</sub>, si solus heres extitisset patri. I. 1. qui. 19. ff. de iure cod.

**Callistratus.** Perinde inefficax est decretum, atque si nulla iudicata res interuenisset. I. 3. ff. de colluti. 10  
 dete.

**Vlpian.** Seruus pignori datus, quòd attinet ad debitoris necem, per omnia perinde habetur, at q<sub>3</sub>, si pignori datus non esset. I. 1. ff. de S. C. Syl.

**Idem.** Diuus Pius rescripsit, ut perinde testatoris bona venirent, at q<sub>3</sub>, si adita hereditas non fuisset. I. 1. ff. de Separationibus.

**Paulus.** Perinde habetur, at q<sub>3</sub>, si iudicio absolutus esset.

**I. Si deferente,** 13 ff. quib mo. pig.

Perinde atque, ita.

**Ad Heren.** Nunc, perinde at q<sub>3</sub>, constet in hac re multum valere artem, & praeceptionem, ita de ea re loquemur. lib. 3. 20

Perinde, quàm.

**Sueton.** Nulla re perinde commotus est, quàm responso, casuq<sub>3</sub> Asclatarionis mathematici. Domitia. c. 15. 25

Perinde, quasi.

**Sallust.** Perinde, quasi ea honori, non præda habeant.  
 Iugurt.

**Vlp.** Perinde condemnados, quasi possiderent. I. Itē  
 veniunt

veniunt, 20. §. 6. ff. de hereditat pet.

P laut. Sti. Eonas vt aequum est facere, facitis: cum tam  
men absentes viros

Perinde habetis, quasi praesentes sint. — sc. Qui

5 manet.

Pomponius. Quod ita sanatum, ut in pristinum sta-  
tum restitueretur, perinde habendum esset, quasi nun-  
quam morbosum fuisset. l. quod. 16 ff. de aedil. e-  
dicto.

10 Gellius. Tu autem perinde, quasi cum matre Euani-  
dri nunc loquare, sermone abhinc multis annis iam de-  
sito vteris, quod scire, atq; intelligere neminem via,  
qua dicas. lib. 1. c. 10. & lib. 7. c. 2.

Perinde, quasi si.

15 Labeo. Si & per emptorem, & venditorem mora fu-  
isset, quo minus vinum praebetur, & tradicetur; per-  
inde esse ait, quasi si per emptorem solum stetisset. l. Si  
&. 51. ff. de act. empt. & vend.

Paulus. Si seruus seruo fecerit iniuriam, perinde agen-  
20 dum, quasi si domino fecisset. l. Eum q. i. 18. ff. de  
iniurijs.

Perinde, tanquam si.

Gellius. Hoc perinde est, tanquam si ego dicam, est mi-  
hi nomen Iulium. lib. 15. c. 29.

25 Perinde, veluti.

Iustinus. Perinde, veluti sui potius triūphi munus esse  
deberet, festinata velocitate contendit. lib. 36. ex-  
tremo.

Perinde vti, haud aliter.

Plaut. Mostel. Atque hoc vos metipsciō.

Perinde

*Perinde, vt nunc ego esse autuno, quando  
Dicta audietis mea, haud aliter dicetis. sc. Recor-  
datus.*

Perinde, vt.

**Cic.** *Non perinde, vt est reapse, ex litteris perspicere po-* 5  
*tuisli. lib. 9. 15.*

**Cic.** *Sed hac ipsa omnia perinde sunt, vt aguntur. lib.*  
*3. de Orat.*

**Cic.** *Att. Cum id esset perinde, vt existimare tu no pos-* 10  
*fes. lib. 12. 42.*

**Cic.** *Habes a patre munus Marce fili, mea quidem sen-*  
*tentia, magnum; sed perinde erit, vt acceperis. 3. Of-*  
*fic. extremo.*

**Gellius.** *Quod non perinde est, vt intra cubiculum di-* 15  
*cimus. lib. 12. c. 13.*

**Ter.** *Heau. Atque haec perinde sunt, vt illius animus,*  
*qui ea possidet. act. 1. sc. 2.*

**Plaut.** *Pfeu ——— omnes*  
*Res perinde sunt, vt agas, vt eas magnificias — sc.*  
*Pro Iupp. Jiter.*

**Sallust.** *Perinde habeantur, vt eorum qui ea sustinent,* 20  
*virtus est. lugurt.*

Perinde, prout.

**Plinius.** *Meminerint perinde coniecturam de moribus*  
*suis homines esse facturos, prout hoc, vel illud egerint.* 25  
*In Paneg.*

**Quintilianus.** *Atque cum aliae subiunguntur alijs,*  
*perinde asperiores erunt, prout oris hiatus simili, aut di-*  
*uerso pronunciabuntur. lib. 9. c. 4.*

Perinde

Perinde ut, ita.

Gellius. Per se se ipsa neg, in honesta, neg, turpia sunt:  
sed perinde ut à nobis aguntur, ita ipsis actionibus,  
aut probanda fiunt, aut reprehendenda.lib. 2.2.

5 Perinde, absolute posatum.

Plancus Cic. Hunc filij loco, & illius, & vestro iudicio substitutum, non perinde habere mili turpe videatur.lib. 10.24.

Sueton. Quare aduentus eius non perinde gratus fuit.

10 Gal. 13.

Proinde, ac. idem significat  
quod Perinde.

Afinius Pollio Cic. Quem tametsi nemo est, qui videre velit, tamen nequaquam proinde, ac dignus est, oderunt homines.lib. 10.31.

15 Plancus Cic. Constiti, ut proinde ad omnia paratus essem, ac res me moneret.lib. 10.11.

Plaut. Amph. At te ego faciam hodie proinde ac meritus es,

20 Ut minus valeas, & miser sis.sc. Age i tu.

Plaut. Trin. Et tibi nunc proinde ac mercere, summas habeo gratias.sc. Sta.

Varro. Itaq, ijs animam datam esse proinde ac salem, quæ seruaret carnem.lib. 2.4.

25 Varro. Quæ erant proinde ac cognominata. lib. 1.  
Analo.

Varro. Locum constitendum proinde magnum, ac multitudinem alere velis.lib. 3.8.

Proin-

Proinde, ac si.

**Gaius.** *Pubes verò, qui in potestate est, proinde ac si parenterfamilias, obligari solet.* l. si seruus. 1041. ff. de verb. obl.

Proinde, atq; vt.

**Pomponius.** *Labeo scribit, si uno pretio plures seruos emisti, & de uno agere velis, estimationem seruorum proinde fieri debere, atq; vt fieret in estimatione bonitatis agri, cum ob euictam partem fundi agatur.* l. Labeo, 64. ff. de ædil. edict.

Proinde, quām.

**Plaut. Tru.** *Si proinde amentur mulieres, diu quām lauant,*

*Omnes amantes balneatores sient. sc. piscis.*

Proinde, atq; si.

**Pompon.** *Plerumq; fit, vt etiam ea, quæ nobis abire possint, proinde in eo statu sint, atq; si non essent eius conditionis, vt abire possent.* l. 205. ff. de diuer. regul. iur.

Proinde, quasi.

**Cic.** *Proinde valebit, quasi armatissimi fuerint.* Pro Cecinna.

**Cic.** *Extrema illa persona est, vt is, qui ei, qui mortuus sit, pecuniam debuerit, neminiq; eam soluerit, proinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit.* lib. 2. de legibus.

**Cic.** *Posset se negare dixisse, proinde quasi, quod à nobis dictum, aut actum sit, id nisi litteris mandauerimus, hominum memoria non comprehendatur.* Pro Cluen.

Ad

**Ad Herenni.** Proinde quasi non omnes quibus aquas  
& igni interdictum est, exules habeantur. lib. 2. fin.

**Cic.** Proinde quasi excorribendi potestatem non haberet.  
lib. 1. In Verrem.

5 Idem. Ergo, id ut confitear, postulas; ut, quod nunquam  
faciūm esse iudicio defendimus, id, proinde quasi fa-  
ctum sit, nostro iudicio confirmemus. Pro Quintio.

Idem. Proinde quasi non ut questor, sine praetore pos-  
10 sit rationem referre. lib. 1. In Verrem.

Sallust. Proinde quasi iniuriam facere, id demum es-  
set imperio vti. In Coniurat.

Plaut. Poen. Proinde habet hic orationem, quasi ipse  
sit frugi bona. sc. Satis.

15 Ter. Phor. Proinde expiscare, quasi non nosse. —  
act. 2. 2.

Plaut. Amphi. Atq; me nunc proinde appellas, quasi  
multo post videris. 1c. Satin°.

Sallust. Proinde, quasi pratura, & consulatus atque  
20 alia omnia huiuscmodi per se ipsa cl., & magni-  
fica sint. In Iugurt.

Proinde quasi, ita.

Ter. Heaut. — Proinde quasi nemo siet,  
Ita tute attem̄ illorum officia fungere. act. 1. 1.

25 Proinde, quasi si.

Cic. Atque haec proinde loquor, quasi si illo ipso tempo-  
re, cum te prator iussisset ex edicto possidere, in pos-  
sessionem misisses. Pro Quintio.

R

Pro

Proinde, tanquam si.

**C**allistratus. *Ratio haberi debet inter eos, qui in naue  
merces saluas habent, cum his qui in scapha perdide-  
runt, proinde, tanquam si iactura facta esset.* l. Na-  
uis 4. ff. deleg. Rod. de iactu.

5  
Proinde, vt.

**C**ic. *Poteratne fieri, vt non proinde homines de quoq;  
vt quisq; mereretur, iudicarent?* Philip. 14.

**P**lancus. Cic. *Quod si proinde, vt ipse mereor, mihi  
successerit, certe & tibi, cui maximè cupio, & omni- 10  
bus viris bonis satisfaciam.* lib. 10. 4.

**C**cilius. Cic. *A te peto vt meas iniurias proinde dole-  
as, vt me existimas & dolere, & vlcisci tuas solere.*  
lib. 8. 13.

**P**laut. Cas. — debinc coniuncto ceterum, 15  
*Possimne, nec ne, clam me futelis tuis  
Praripere Casinam vxorem, proinde, vt postulas. sc.  
1. & sc. Oblignate.*

**P**laut. Amphi. *Recte loquere, & proinde, diligentem  
vt vxorem decet.* sc. Amphitruo. Ibid. Prologo. 20

**V**arro. *Cot, onant vehementer, proinde vt milites fa-  
ciunt, cum castra mouent.* lib. 3. 16.

**P**laut. Capt. sc. Iam. & sc. Ioui. Item Sti. sc. Mer-  
curius. & sc. vlt.

Proinde, vti.

**C**ic. *Caput illud videtur esse, vt queramus quid sit illud,  
quod si adiungi, aut effugere velimus, aliqua res nolis-  
sit necessaria, hoc est, que sit adiunctio; vt proinde, vti  
queq; res erit, laboremus, & grauiissimam quunque  
causam vehementissime necessariam iudicemus.* lib.  
2. de Inuent. fi.

25  
Proinde,

Proinde adeo, vt.

Plaut. Amphi. ——— *hac curata sint*

*Fac sis; proinde adeo, vt me velle intelligis. sc. Amphitruo.*

5 Proinde vt, sic.

Varro. *Quos proinde vt sacri sint &c. sic hos pisces nemo cocus in ius vocare audet. De re Ru. li. 3. 17.*

Proinde vt, ita.

Cic. Proinde vt opinio est de cuiusq<sub>3</sub> moribus, ita quid ab eo factum, & non factum sit, existimari potest.

10 Pro Client.

Plaut. Pseu. ——— *atq<sub>3</sub> hoc verum est: proinde vt quisq<sub>3</sub> fortuna vtitur,*

*Ita præcellit, atq<sub>3</sub> exinde sapere eum omnes dici-*

15 *mus. sc. Di immortales.*

Proinde vt, item

Plaut. Amphi. *Atq<sub>3</sub> ita seruum par videtur fugi sese instituere,*

*Proinde heri vt sint, ipse item sit, vultum è vultu co-*

20 *paret. sc. Amphitruo.*

Appen. Proinde, absolute possum, pro  
Perinde, Aequè.

Lep. Cic. *Etsi omni tēpore, summa studia officij mutuū inter nos certatim confiterunt, pro nostra inter nos*

25 *familiaritate, & proinde diligenter ab utroq<sub>3</sub> conservata sunt; tamen non dubito, &c. lib. 10. 34. & ibi Manut.*

Proinde, vt. *causal significatione,*  
*id est, Ideo, vt.*

Varro. *Libero patri repertori vitis hirci immolarētur proinde, vt capite darent pœnas. De re rust. lib. 1. 2.*

R 2 Varro.

**V**arro. Parturam, inquit, deme proinde, ut non aliquoties dicatur Romæ peperisse mulam. lib. 2. 1.

Post, quām. *vide* Antē.

**C**ic. Att. Post prætor est factus, Tuditanus, quām consul Mummius. lib. 13. 30.

**C**ic. Aliquando venerunt post XL. & VI. quām à vobis discesserant. lib. 16. 21.

**I**dem. Deinde dubitatio, tum distributio, tum correccio, vel ante, vel post, quām dixeris. lib. 3. de Oratione.

**P**laut. Trucu. Post, illuc veni, quām aduenit, si dis placet,

*Ad villam, argentum meo qui debebat patri.* sc. Rūs mane.

**C**ic. Atti. Heri non multo post, quām tu à me discessisti. lib. 12. 48.

**V**ario. Ali quanto post promere, quām aperueris, oportet. lib. 1. 65.

Post, vbi

**P**laut. Stile. Post, vbi lauero ociosus vos opperiar accusans. sc. Ita me.

**S**allust. Post, vbi regium imperium, quod initio conservanda libertatis atque augendæ Reip. fuerat. In Coniurat.

**S**allust. Post, vbi cōtagio, quasi pestilentia, inuasit: ciuitates immitata. In Coniurat.

**S**allust. Post, vbi eorum famam, atq[ue] pudorem attriverat, maiora alia imperabat. In Coniurat.

**P**laut. Epid. ————— post vbi illas audiui loqui. sc. St tacete.

Postea,

Postea, vbi.

Cato. Postea, vbi deorsum versus ibit, heminam, aut paulò plus bibat. c. 156.

Postquam, ibi demum. *vide* Vbi, ibi.

5 significatione temporis.

Ter. Hec. — postquam videt

Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari;

Ibi demum ita agrè tulit, &c. act. 1. 2.

Post, vt.

10 Cic. Post sensim incedens, Iudices ut vidi ardentes.

In Oratore princ.

Post id, cùm.

Plaut. Cas. Post id, quum lassus fueris, & famelicus,

Noctu ut condigne te cubes cura'itur. sc. 1.

15 Post id locorum, quando.

Plaut. Cas. Post id locorum, quando ad villam veniris,

Dabitur tibi amphora vna. — sc.

Appen. Post, absolutè positum.

20 Cic. Atti. Post autem, ut arbitror, à Cossinio accepisti.

lib. 2. 1.

Appen. Observandum, ablatiuos absolutè positi  
tos etiam admittere particulas  
temporis.

25 Cic. In iecta glega, tumis & humatus est, & tuxulus  
dicitur lib. 1. De legibus.

Idem. Quo effecto, statim præcipitat in Lirem. Ibid.  
Flura vide exempla in particula Statim &  
ibi Appendicem.

Hirtius. Ut ab ea victoria perterritis Alexandrinis, protinus castra regis oppugnaret. De bello Ale-  
xand.

Cic. His omnibus in causa repertis, tum deniq<sup>s</sup> singulae  
partes totius causæ considerandæ sunt. lib. 1. De in- 5  
uent.

Postea, quām. vide Antè.

Cic. Roma quia postea non fuiſti, quām à me disceſſe-  
ras, fui miratus. lib. 5. 14.

Idem. Adhuc neminē videram, quite postea vidisset, 10  
quām M. Volusius. lib. 16. 11.

Idem. Nisi forte postea cœperunt legare, quām ego  
Taurum transgressus sum. lib. 3. 8.

Plaut. Merca. Posterius quām mercatus fueram, vi- 15  
sus sum

In custodiam eam simile concredere. sc. Miris mo-  
dis.

Gaius. Quānus postea editus fit, quām matrem eius  
possessor vſuceperit 1. Præterea ff. de rei vindicat.  
& 1. Si culpa. ff. eodem. 20

I. Appen. Inter Post & quām ſep̄e interiicitur  
[particula] Però.

Cic. Postea verò, quām profectus es, velim recordere,  
quaē ego de te in ſenatu egerim, quaē in concionibus di-  
xerim, quas ad te litteras dederim. lib. 5. 2. & lib. 25  
3. 7. & lib. 15. 1.

Cic. Postea autem, quām alicuius culpa tantum vale-  
ret vnius, vt obſisti non posset. lib. 7. 3.

Cic. Atti. Postea vero, quām taurum transgressus sum,  
mirifica exspectatio Afie. lib. 5. 21. & lib. 15.  
20

Cæſar.

Cæsar. Postea verò quām equitatus noster in conspectū venit; hostes abiectis armis terga verterunt. 4. de bel. gal. fi.

Postea, cùm.

5 Cæsar. Postea verò, cùm Casarem ad Massiliam detineri cognouit, &c. 2. de bello ciuili.

II. Appen. Inter particulam Post & quām magna sanequā elegātia interserī solent nomina temporis, quod antē me obseruauit quoq;  
10 Ha. Cardinalis.

Cic. Att. Hoc scribis post diem quartum, quām ab urbe discessimus. lib. 9. 9.

Cic. Postero igitur die, quām illa erant acta. lib. 2. de

15 Orat.

Sueto. Nero natus est Antij post IX. menses, quām Tiberius exceſſit. Nerone. c. 6.

Papiñianus. Si filius post annum, quām militare desi-  
erat, iure communi testamento factō vita deceſſit, ra-

20 tione Falcidiae retinebitur quarta. 1. peter. 17. ff.  
de caſtr. pecul.

Cæsar. Post diem IV. quām est in Britaniā ventum.  
4. de bel. gal.

Cic. Post diem tertium geſta res est, quām dixerat.

25 Pro Milone.

Cic. Paucis post diebus, quām Luca disceſſerat. lib.  
1. 9.

Cic. Atti. Filius anno post quæſtor fuit, quām consul  
Mummius. lib. 13. 4.

Cato. Post diem tertium, quām lecta erit. cap. 65.

Hirtius. Post diem tertium, quām Africam attigit.

De bello Afric.

Iclm. Post diem tertium eius diei, quo prælium factū erat. De bello Afric.

III. Appen. Sæpe etiam hoc loquendi genere vtitur Licius absolute. particulam Post supprimendo, vt admonuit idem Cardinalis.

Liuius. Octavo mense, quām cæptum oppugnari, captū

~~argentum~~ quidam scripsere. dec. 3. lib. 1.

Idem. Septimo die, quā profectus erat, in castra reddit.

Idem. Tertio decimo die, quām profectus erat inde, Libeum reddit.

Idem. Anno tricesimo altero, quā condita Roma erat.

Postquam, illico.

Plaut. Epid. ————— postquam audiui illico

Ex meo seruo, illam esse captam, continuò argentum dedi. sc. Si quid.

Ter. Hec. Postquam me adspexere ancillæ aduenisse, illico omnes simul

Lætæ exclamant, venit. ————— act. 3. 3.

Ter. Heau! ————— at postquam aspexi, illico cognoui. ————— act. 4. 1.

Postquam, protinus.

Hirtius. Postquam aduerterunt, neminem ibi esse præsidio, protinus, &c. De bello Afric.

Ouid. Imposita est factæ postquā manus ultima classi,

Protinus Aegæis ire iubebat aquis. 15. Heroid. Itē

Plaut. Capt. sc. Quid.

Postquam, extemplò.

Ter. Hec. Posteaquam introij, extemplò eius morbi cognoui miser. act. 3. 3.

Post-

## Postquam, post.

Plaut. Trinum. Postquam ego me aurum ferre dixi,  
post tu factus Charmides. sc. Huic ego.

Idem. Trin. Postquam ille hinc abiit, post loquendi li-  
5 berè

Videtur tempus venisse, atq; occasio: Ibidem, & sc.  
Minus.

## Postquam, continuò.

Plau. Mostel. sc. Scelestiorem, & Bacch. sc. Ibo.

10 Posteaquam, repente.

Cic. Hac posteaquam acta, & constituta sunt, procedit  
iste repente è prætorio. lib. 5. in Verrem.

Postquam, atque. id est Post.  
eaquam, statim.

15 Plautus Menæch. Nam ego quidem, postquam illam  
dudum tibi dedi, atq; abiit ad forum. sc. Quis hic.

Appen. Atque, absolute possum eadem  
significatione.

Cic. Si in ius vocet, atq; eat. lib. 2. de legeb. 2.

20 Elegäter sanè hac de re I. Lipsius, cum Louanij  
leges Regias, & X. virales publicè explicaret.

Virgil. Non aliter, quam qui aduerso vix flumine lem-  
bum

Remigij subigit, si brachia fortè remisit,

25 Atq; illum in præcepis prono rapit alueus amni.

I. Geor. nu. 200.

Putat vir doctissimus Lambinus, in sequenti-  
bus Plauti locis interpretationem eadem ad-  
mitti quoq; posse.

Plaut. Amph. ————— cui voluptas

R 5 Parum-

*Parumper data est, dum viri mei mihi potestas vi-  
decidit suit*

*Noctem vnam modum: at q[ui] is repente abiit à me hinc  
ante lucem. sc. Satin.*

Plaut. Mostel. — vt foris cenauerat

*Tansgnatus, postquam redit à cena domum,* 5

*Ahunc omnes cubitum, condor miuimus,*

*Lacernam fortè oblitus fueram extinguere.*

*Atque ille exclamat d[omi]n[u]m repente maximum. sc. Ha-  
beo.*

Vide Nonium. Item Gellium. lib. 10. c. 29. 10

Postquam, exinde.

Plaut. Truc. Eadem postquam alium reperit, qui plus  
desret,

*Dannosior eme exinde amouit loco. sc. 1.* 15

Pridie, quam.

Cic. Pridie, quam excessit è vita. In Lelio.

Idem. De h[abitu] rebus pridie, quam hec scripsi, senatus  
ancoritas grauissima intercesserat. lib. 1. 2. 20

Cicero Attic. Pridie, quam ego Athenas veni. lib. 5.  
epist. II.

Cic. Atti. hac ego pridie scribebam, quam comitia fo-  
reputabantur. lib. 4. 15.

Cic. Atti. Sed erant pridie fortasse scriptæ, quam da- 25  
ta. lib. 12. 18.

Cato. Hoc facito pridie, quam vinum infundere voles.  
c. 113.

Positiv-

Postridie, quām.

Cicer. Postridie intellexi, quām à vobis discessi. lib.  
14.6.

Cic. Atti. Eam mihi Philostimus postridie, quām à te  
§ acceperat, reddidit. lib. 9.5.

Postero die, quām.

Hirtius. Postero die, quām misisset litteras. De bello  
Africano.

Append. Altero die, quām.

10 Sueton. Decessit paralysi altero die, quām correptus  
est. Vitel. 3.

Quod genus loquendi, vtalia in Suetonij le-  
ctione, nec vulgaria, nec pauca, ante me ob-  
seruauerat Batauiæ nostræ primum decus D.

15 Erasmus Roterodamus.

I. Appen. Pridie, & Postridie, inueniuntur etiam  
absolutè posita.

Cæsar. Quod pridie superioribus locis occupatis, præ-  
lium non commisissent. 1. De bel. Gal.

20 Cœlius Cic. Ereuiorēs has literas properati publica-  
norum tabellario subito dedi, tuo liberto pluribus ver-  
bis scriptas pridie dederam. lib. 8. 10.

Cic. Postridie me mane conuenit, tuique mihi manda-  
ta diligentissimè exposuit. lib. 11. 6.

25 Cicer. Attic. Multaque à me de ordinum dignitate  
& concordia dicta sunt Kalendis Dec. & postridie.  
lib. 1. 15.

II. Append. Pridie, & Postridie, varios quoque admittunt  
casus, quae de re plus satis Grammaticorum regulæ agunt.

Cic.

**Cic.** Sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.lib. 1. 4.

**Cæsar.** Pridie eius diei Germani retineri non poterant, quin in nostros tela conicerent. i. de bel. Gal. Itidē 1. De bello ciuili. 5

**Cato.** Postridie eius diei villicum vocet. De re Rust. lib. 1. 2.

**Vipian.** Plus arbitror etiam, si pridie Kalendarum fecerit. l. 5. ff. qui telta. fa. poss.

**Ci.** Att. Dolobella scribit ad me, se postridie Idū. lib. 10 13. 46.

**Cæsar.** Postridie eius dici præter castra Cæsaris suas copias transduxit. i. de bel. Gal.

**Cic.** Attic. Si me in Tusculano postridie nonas manè conuenerint. lib. 13. 14. 15

**Cic.** Atti. Ego Romam pridie Idus. lib. 13. 25. & lib. 16. 10. & 11.

### Plus, quam.

**Cic.** Ego habeo, cui plus, quam tibi debeam, neminem. lib. 6. 1. 4,

**Plau.** Capt. Eheu quur ego plus, minusq; feci, quam a-  
quon fuit. sc. Hegio. 20

**Vlpian.** Si quis in villa agens occisus sit: plus quam ini-  
quum est, si forte diffusa latè prædia habeat, de omni-  
bus, qui in ea regione fuerint seruis, & questionem ha- 25  
beri, & supplicium sumi. l. 1. ff. de S.C. Silla.

### Plus, quam quantum.

**Cic.** Cum ex agris tres fratres confortes profugissent,  
quod ijs plus fumenti imperabatur, quam quantum  
exararant. lib. 3. In Verrem.

**Cic.**

Cic. Si te intelligerem plus conatum esse suscipere reip. causa muneris, quām quantum præstare potuisses. lib. 9. vlt. & lib. 2. de Orat. princ.

S Cic. Ac mihi quidem veteres illi maius quiddam animo complexi, plus multo etiam vidisse videntur, quām quantum nostrorum ingeniiorum acies intueri potest. lib. 3. de Orat. princ.

Plaut. Merc. Oratio e de pol pluris est huius, quām quāti hac emta est. sc. Amicē.

10 1. Appen. Amplius, quām.

Plaut. Ruden. Neq; hoc amplius, quām quod vides, nobis quicquam est. sc. Qui sunt.

Marcianus. Non licet autem amplius, quām unum collegium licitum habere. l. 1. ff. De Collegijs.

15 11. Appen. Plus, absolute possum.

Ad Heren. Nam ē periculosest, ne quando plus, minusue dicamus. lib. 1.

111. Appen. Amplius, quām quantum.

Cato. Qui oleam emerit, amplius quām quanti emerit omnis p. cunia centesima accedet. c. 14

1 V. Appen.. Nihil amplius, quām quod

Iauolenus. Nihil amplius, quām quod bona fide acceptit. l. In estimationibus, 48. ff. De hered. pet.

V. Appen. Plus; & Amplius, quām diuersis construantur casibus, infrā ostendemus.

25 Præ, vt.

Ter. Eu. Hic verò est, qui si amare occuperit, ludum iocumque

Dices fuisse illum alterum, præ, vt hui us r abies quæ dabit. act. 2. 3.

Plaut.

Plaut. Amp. Parum etiam, præ vt futurum est, p̄t adi-  
c. sc. i.

Idem. Menæch. Immò modestior nunc quidem est de  
verbis, præ vt dudum fuit. sc. Edepol.

Idem. Bacchi. Non Pelides tormento fuit, præ vt ego §  
herum expugnabo meum

Sine classe sine q̄ exercitu, & tanto numero militū.  
sc. Atridæ.

Idem Mili — nihil herclè quidem hoc,

Præ vt alia dicam, tu quæ nūnquam feceris. sc. Cū 10  
rate.

Præ, vt sī.

Plaut. Menæc. — folia nunc cadunt,

Præ vt si triduum hoc h̄ic erimus, tūm arbores in te  
cadent. sc. Sine fores. 15

Præ vt, quo pacto.

Plaut. Merc. Pentheum diripuisse aiunt Bacchæ, nu-  
gas maximas

Fuisse credo, præ vt quo pacto ego diuersus distrahor.  
sc. Pentheum. 20

Præ, quam.

Plaut. Merc. Nec pol profectō quisquam, sine grandi  
malo,

Præ quam res patitur, studuit elegantiæ. Prologo.

Plaut. Amph. Satin' parua res est voluptatum in vi-  
ta: atq; in etate augenda, 25

Præ quam quid molestum est? — sc. Satin

Plaut. Mostel. Iam minoris omnia facio, præ quam  
quibus modis

Me ludificatus est. — sc. vlt.

Gellius

Gellius. *Laxioribus paullo, longioribusq; verbis comprehensa est, præquam illud Græcum, quod diximus.*  
lib. 16.c.1.

Plaut. Aulu. *Sed hoc etiam pulchrum est, præquam vbi sumtus petunt.* sc. Narravi.

Idem Molte. *Nihil hoc quidem est Triginta minæ, præquam alios dapſiles sumtus facit.* sc. Illi Bucedē.

Istius loci vera lectio, ut aliarum complurium, 10 ingenio, & acuminī Dionysij Lambini debetur, nam absq; illo foret, etiam nunc legeretur *Praterquam pro Præquam*, ut adhuc alia exemplaria habuerunt.

Præ quod.

15 Plaut. Sti. *Immò res omnis relictas habeo, præ quod tu velis.* sc. Quisnam.

Appen. *Præ, casibus coniunctum, interdum causam, interdum comparationem significat.*

Cic. Atti. *Quicquam tu illa putas fuisse de valetudine decreta municipiorum, præbis de victoria gratulationibus?* lib. 9.5.

Ter. Heau. *Prægaudio (ita me dijament) vbi sim nescio.* act. 2.2.

Ter. Eunu. *Credo, vt sit, misera præ amore exclusit hunc foras.* act. 1.2.

25 Plaut. Amphi. *Neg; miser me commouere possum præformidine.* sc. 1.

Cic. *Non tu quidem vacuus moleſtij, sed præ nobis beatus.* lib. 4.4.

Plaut. Epidi. *Atque me minoris facio præ illo.* sc. Caeue.

Cic. Pom.

Cic. Pompeio. *Primum enim præ me tuli me nihil malle, quām pacem.* lib. 8. 11. ad Attic.

Ter. Hec. *Cum te posſit utasse omnes res præ parente intelligo.* act. 3. 5.

Ter. Adel. *Omnia qui sibi posſit utarit esse præ meo cōmodo.* act. 2. 3.

Cic. Attic. *Non medius fidius præ lacrymis possum reliqua, nec cogitare, nec scribere.* lib. 9. 10

Cic. Attic. *Quem quanti facias, præ te soles ferre.* lib. 16. 15.

Colu. *A tergo potius, quām præ se flumen habeat.* lib. 1. 5.

Catullus. *Dona ferunt præ se.* —— 62.

Plaut. Mostel. *Video te nihil pendere, præ Philocrate, omnes homines.* sc. Iampridem.

Plaut. Poen. *Trecentos nummos Philippos portat præ sibi.* sc. Iam istuc.

Præstat, quām.

Cic. *Hūic enim populo ita fuerat ante vos consules libertas insita, vt emori potius, quām seruire præstaret.* 20 In Pisone.

Sallust. *Nōnne emori per virtutem præstat, quām vitam miseram per dedecus amittere?* In Coniurat.

Cæsar. *Postremò, in acie præstare interfici, quām non veterem belli gloriam libertatemq; quam à maiorib.* 25 acceperant, recuperare. 7. de bel. Gal.

Plaut. Bacch. *Nimio præstat impendiosum te, quām ingratum dicier.* sc. Multimodis.

I. Appen. Præstat, cum datiuo. idem quod  
Antecellit.

Cic. *Hoc præstat amicitia propinquitati.* In Lelio.  
Sallust

Sallust. Omnes homines qui se se student præstare cæteris animantibus. In Coniurat princ.

Ter. Eu. Dij immortales? homini homo quid præstat.  
act. 2. 2.

5 II. Appen. Præstat, cum ablattio.

Cic. Iis rebus præstabamus, quæ non prodeunt in aciem: usu autem armorum, & militum robore inferiores eramus. lib. 6. 1.

Idem. Quorum patres & maiores aliqua gloria præstiterunt, ij student plerumq; in eodem genere laudis excellere. lib. 1. Offic.

III. Appen. Præstat, cum datiuo, & ablatiuo.

Cic. Totidemq; annis mihi etate præstabat. In Bruto.

15 Cic. Mibi quidem videntur homines, cum multis rebus humiliores & inferiores sint; hac remaximè bestijs præstare, quod loqui possint. lib. 1. De Inuent.

Cic. Inuentoribus ipsis suauitate & breuitate dicendi præstitit lib. 2. De Inuent.

IV. Appen. Præstat, cum accusatio & ablatiuo.

20 Cæsar. Bellouacos, qui belli gloria, Gallos omnes, Belgasq; præstabant. 8. de bel. gal.

Varro. Innani numero annorum urbanos agricultæ præstant. De re Rustica. lib. 3. princ.

Liuius. Ut nuntiaret domini, quantum Galli virtute ceteros mortales præstarent. lib. 5.

Gellius. Theophrastus, & Menedemus ingenij atq; doctrinis ceteros præstabant. lib. 13. c. 5.

Plaut. Pœniti. — nos inter alias præstitimus pulchritudine. sc. Fuit.

V. Appen. Præstare, absolute posatum.

**Cato.** Est interdum præstare, mercaturis rem quærere, ni tam periculofum siet. De re Rustica. Præfatio.

### Admonitio.

5

Particula Præterea, eleganter admodum in posteriori orationis parte eo modo collocatur, ut nomini antecedenti tanquam relatum respondeat. vide ibi. Vbi. Eò. Quò.

**Cic.** A me verò sic diligitur, vt tibi vni concedam, præterea nemini. lib. 4. 3. 10

**Idem.** Philosophi nobilis filius, quo nemo præterea magis festiuus. Philip. 5.

**Idem.** Hunc vnum ab hostibus metui, præterea neminem. Pro lege Manil. 15

**Idem.** Num qui exules restituti? vnu aiebat, præterea neminem. Philip. 1.

**Idem.** Illum nego vrsi, neq; leuaui: testis vehemens fui, præterea quieui. lib. 3. 9.

**Cato.** Duas aut tres familias habeat, quibus det, præterea nem. 2. c. 1. 20

**Plaut. Capt.** Eu si reddis, præterea vnum nummum nonduis sc. Iam.

### Præterquam

Vnica dictio, qua requirit semper præcedentem causum, eò quod idem verbum subintelligitur. vt, Nemo id dixit, præterquam Cicero. Nullius id interest, præterquam patris. 25

**Cic.** Nullum insigne honoris, nullum monumentum latidis postulo, præterquam huius diei vestram memoriam sempiternam. 3. In Catili.

Te.

Ter. And. —— *ver'um si mihi*

*Vnum, præterquam quod te rogo, faxis, caue. act.*

4. 5.

Cic. *A qua præterquam de sue plena, quid vñquam mo-*  
5 *niti sumus?* lib. 2. de Diuinat.

Plaut. Persa. *Virgo atque mulier nulla erit, quin sit*  
*mala,*

*Quæ p̄ræter sapient, quam placet parentibus. sc.*

Quæres.

10 Idem. Ruden. —— *edormiscam hanc crapulam,*

*Quam potavi, præter animi quam libuit sententiam*  
sc. Quid istuc.

*Præterquam, quòd, id est,*

Nisi quòd:

Matius Cic. *Non faciam: neq; quod displiceat, committā:* præterquā quodd hominis mihi coniunctissimi  
ac viri amplissimi doleo grauem casum lib. 11. 28.

20 Ter. Heaut. —— *Dum abs te abssum, omnes mihi labore*  
*fuere, quos cepi, leues,*

*Præterquam tui carendum quodd erat. act. 2. 3.*

*Præterquam quòd, tamen.*

Cic. *Et præterquam quòd reip. consulere debemus; tam*  
*mentue dignitati ita fauemus; vt. lib. 10. 1.*

25 Præterquam quòd, ceterum.

Cic. Quin. Fra. *Ego me in Cumano & Pompeiano*  
*præterquam quòd sine te, ceterum satis commodè ob-*  
*lecta. am lib. 2. 13.*

**Præterquam**, etiam, *idem quod Non modò, verùm etiam.*

**Liu**ius. *Præterquam maiestate petentium, religione etiam attoniti homines, patricios omnes creuere.*

**Celsus**. *Aqua verò frigida infusa, præterquam capit, etiam stomacho prodest.* 5

**Præterquam quòd, etiam.**

**Liu**ius. *Sed præterquam, quòd viribus creuerat Romanus, ex occulto etiam additur dolus.* lib. 1. ab Vrbe & lib. 8. princ. 10

**Gellius**. *Præterquam que scripta in libris legi, hoc quoq, venisse vñ Romæ compéri.* lib. 3. c. 16.

**Præterquam aliàs semper, tum verò. vide Aliàs.**

**Præterquam quòd, præterea.**

**Cic.** Att. *Saram autem præterquam quòd nefarium hominem cognoui, præterea in me contumacem.* lib. 15. 15.

**Cic.** *Præterquam quòd nosmetipso diligamus: præterea &c.* Ab. 5. De Finibus. 20

**Idem.** *Præter enim quām quòd comitia illa effent armis gesta seruilibus, præterea neq, tributa capitis comitia rata esse posse, neq, vlla priuilegia.* 3. de legib.

**Præter, præterea.**

**Cic. Q. Fra.** *Quare præter communem fidem, que omnibus debetur, præterea nos isti hominum generi præcipue debere videmur.* lib. 1. 1. 25

**Præterquam quòd non, ne quidem.**

**Cic.** *At id, præterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem*

*quidem potest. lib. 2. de Diuinat.*

Præter si.

**V**arro. *Quare ex terra potius inseminarijs surculos deficit, quam grana defico expedit obruere; præter si aliter neque as.* De re Rust. lib. 1. c. 41.

Præterquam si.

**P**linius. *Impenetrabilis, præterquam si humore madeat.* lib. 8. cap. 25.

Prius quam. *vide Ante.*

**I**c. *Ci. Me g̃ sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid accepissem.* lib. 9. 8 & lib. 45. & 11.

**C**æsar. *Hæc prius illi detrahenda auxilia existimabat, quam ipsum bello laceendum.* 6 bel. gal.

**V**irg. *At prius, ignotum ferro quam scindimus aquor.*

**I**5 *Ventos & varium cœli prædicere morem  
Cura sit.* — 1. Georg.

**T**er. *And. — more hominum euenit, ego ut quod  
sum natus mali  
Frius resfcicerest tu, quam ego, tibi quod euenit boni.*

**20** — sc. Vlt.

**C**ic. Atti. *De malis nostris prius audis tu, quam nos, istinc enim emanant.* lib. 7. 20.

**V**arro. *Priores partes agit, quod vtile est, quam quod  
delectat.* De re Rust. lib. 1. 4.

**25** *Appendix. Antea, prius quam.*  
**C**orne. Nepos. *Atq; antea quidem morbi diuturnitatem molestè ferelat, prius quam hoc ei accideret.*  
In vita Attici.

Tale puto esse & illud Virgilij quod subiici-  
mus, vbi Interpretes alteram particularum  
redundare volunt.

Virg. Sed mihi vultellus optem prius ima debiscat &c.  
Ante pudor quam te violam, aut tua iura resoluam  
4. &c.

Sallust. Ac prius, quam legiones scriberentur, multa  
ante capere, quae bello usui forent In Coniurat. 5  
Paulus Eius lona, qui sibi mortem consciuit, non ante  
ad fiscum coguntur, quam prius confiterit, cuius cri-  
minis gratia manus sibi intulerit. 1. In fraudem.  
45. ff. de iure fisci.

## Primùm, deinde.

10.

Cic. Omnis igitur hac in re adhibenda ratio, & diligentia est; primùm, ut monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumeliacareat. In Lælio.

Cic. Atti. Primùm consilium est, suffocare urbem, &  
Italiam fame: deinde agros vastare, vrere, pecunijs &  
locupletum non abstinere. lib. 9. 7.

Cic. Fundamenta iustitiae: primùm ut ne cui noceatur: deinde ut communi utilitati seruiatur 1. Offic.  
Sallust. Primò pecunia, deinde imperij cupido crevit.  
In coniurat.

## Primùm, deinde etiam.

20.

Cic. Primùm, ut ipse tu, tuique omnes, deinde etiam, vt  
reliqui scire possint, me tibi esse amicissimum. lib.  
3. 5.

Idem. Dolabellam à te gaudeo primùm laudari, dein- 25  
de etiam amari. lib. 2. 15.

Idem Tantum autem cuicunque tribuendum primùm, quan-  
tum ipse efficere possit, deinde etiam quantum ille, quæ  
diligas, atque adiuves, sustinere. In Lælio.

Primùm,

## Primùm, inde.

Cœlius Cic. Curionem video se dupliciter iactaturū,  
primùm vt aliquid Cesari adimat; inde vt aliquid  
Pompeio tribuat, quoduis quālibet tenue munus cu-  
5 lum. lib. 8. 8. 1

## Primùm, deinde.

Cic. Att. Rescripsi scilicet primùm, me iam profectum,  
vt non integrum sit, dein ἀτονώτατον esse me, qui  
Romam omnino post hæc arma nō accesserim. lib. 15.

10 26. id est, absurdissimum.

## Primùm, dehinc.

Sallust. Primùm, quod facta dictis sunt exequanda:  
dehinc, quia pleriq[ue] quæ dicta reprehenderis, maleuo-  
lentia, & inuidia dicta putant. In Coniurat.

15 Sallust. Primò industrios, supplices, modicos esse, de-  
hinc per ignauiam, & superbiam atatem agere. Iu-  
gurt.

Proper. Sic primò iuuenes trepidat in amore feroce,  
Dehinc domiti, posthac aqua, & iniqua ferunt. lib.

20 2. 3.

## Primùm, mox etiam.

Horat. ————— adspice primùm

Quanto cum fastu, quanto molamine circum.

Spectemus vacuam Romanis vatibus edem.

25 Mox etiam, si forte vacas, sequere. ————— lib.  
2. epist. 2.

Tibul. Et primùm annoso spargant collecta Lyeo,  
Mox etiam niueo fundere lacte parent. lib. 3. 2.

Primum, post.

Cic. Videlis in tabella, iam antè quarta sit facta labes, primò, Gabinia lege biennio antic, post Caſia. In Lælio.

Idem. Primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, post autem Caſaris, ut illum defendere mihi, mira contentio est consecuta. lib. 1. 9. 5

Sallust. Hæc prius paulatim crescere, interdum vindicari, post, ubi contagio quasi pestilentia inuasit, ciuitas immutata. In Coniurat. 10

Cæſar Datur potentibus venia, dissuadente primò Ver- cingetorige, post concedente. 7. bel. gal.

Ter. Heaut. —— quod capi primum enerrem Clitiphō,

Post istuc veniam —— act. 2. 2. 15

Plau. Amphi. Nunc quam rem oratum buc veni, pri- mum proloquar, Post &c. Prologo.

Primum, postilla.

Plaut. Caſi. Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ faciem, 20

Postilla, ut semper improbus, nibiliq; sis. sc. 1.

Prius, post.

Horat. Format enim natura prius nos intus ad omnem Fortunarum habitum: —————

Post effert animi motus, interprete lingua. In Arte. 25

Prius, nunc.

Plaut. Tri. Prius non eras, qui eras, nunc is factus, qui tum non eras. sc. Huic

Prius,

Prius, postea.

Ter. Eunu. —— *hos prius introducam, & quæ  
volo*

*Simul imperabo postea continuò ex eo.* aEt. 3. 2.

§ Primùm, post hæc.

Ter. Adel. —— *capite primùm in terram sta-  
tuerem, &c. post hæc præcipitem darem.* aEt. 3. 2.

Primùm, tum.

Cic. *Par est autem, primùm ipsum esse virum bonum,  
tum alterum similem sui querere.* In Lelio.

Idem. *Te valere tua causa primùm volo, tum mea mi-*

*Tyro.* lib. 16. 5.

Primùm, tum autem.

Ter. Adel. *Seni animam primùm extinguerem ipsi,  
qui illud produxit scelus:*

*Tum autem Syrum impulsorem, vah, quibus illum  
lacerarem modis.* aEt. 3. 2.

Primùm, tum præterea.

Ter. Adel. *Primùm indotata est, tū præterea, quæ se-  
cunda ei dos erat,*

*Perijt.* aEt. 3..

Primus, tum.

Virg. *Filia prima manu flauos Lauinia crines,*

*Et roseas laniata genas; tum cœtera circum,*

25 *Turba furit.* — lib. 12. æn.

Proper. *Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,  
Contactum nullis antè cupidinibus:*

S S

Tum

*Tum mihi constantis deiecit lumina fastus.* libr.

I.I.

Primum, tunc.

**H**orat.—*si vis me flere, dolendum est*

*Primum ipsis tibi: tunc tua me infortunia ledent.* In 5  
Arte.

Primum, ubi.

**C**ato. *Vbi oculum tempestiuū erit, dato primūm.* c. 54.

Primum, iterum, tertium. *vide*

Iterum.

Primum, absolute posatum.

**C**ic. *Primūm ipsas ego musas nunquam tanti putas;*  
sem.lib. 7. 23. & ibi Manut

**C**ic. *Primūm tibi, vt debeo, gratulor.* lib. 2. 9.

**C**ic. Attic. *Quod scribis Terentiam de obsignatoribus* 15  
*mei testamenti loqui: primūm tibi persuade, me istac*  
*non curare.* lib. 12. 18.

**A**lfenus. *Neg, omnimodo culpam esse, quod vni red-*  
*didisset ex frumento: quoniam alicui primūm reddere*  
*eum necessaria fuisse, tametsi meliorem eius conditionē* 20  
*faceret, quam ceterorum.* l. in Nauem. 31. ff loc.  
cond.

Primum, deinde, tertium.

**C**ic. *In omni autem actione suscipienda, tria sunt tenen-*  
*da.* Primum, *vt appetitus rationi pareat.* Deinde, *vt* 25  
*animaduertatur, quanta illa res sit, quam efficere ve-*  
*limus. Tertium est, vt caueamus, *vt ea qua pertinet ad**  
*liberalem speciem, & dignitatē, moderāda sint.* i. Offi.

Primum, tum, post.

**C**ic. *Primum igitur est de honesto, sed duplicitate, tum*  
pari

*pari ratione de vili, post de comparatione eorum disserendum. i. Offic.*

Primus, secundus, tertius.

Cic. Cum sententia prima Bibuli pronunciata esset, vt  
5 tres legati regem reducerent; secunda Hortensij, vt tu  
sine exercitu reduceres; tertia Volcatij, vt Pompeius  
reduceret. lib. i. i.

Primus, proximus, deinde.

Cic. Prima societas in coniugio est, proxima in liberis,  
10 deinde una domus, communia omnia. i. Offic.

Primùm, deinde, præterea.

Cic. Primùm neq; magnas copias, neq; bellicosas: dein  
de extra ducem, paucosq; præterea. lib. 7.3.

Primùm, dein, inde.

15 Propertius. lib. 3. eleg. 9.

Primùm, tum, deinde.

Cic. Quæ primùm benè parta sit nullo neq; turpi qua-  
stu, neq; odioso: tum quæ plurimis. modo dignis, se v-  
tilem præbeat: Deinde augeatur ratione, diligentia,  
20 parsimonia: nec libidini potius, luxurieq; quam lib-  
eralitati, & beneficentia pateat. lib. i. Offi.

Primùm, deinde, postremò.

Cic. Talem igitur te esse oportet, qui primùm te ab im-  
piorum ciuium, tui dissimillimorum, societate seiun-  
gas; deinde, te senatui, bonisq; omnibus auctorem, prin-  
cipem, ducem præbeas; postremò, vt pacem esse iudi-  
ces non in armis positis, sed in abiecto armorum, &  
seruitutis metu. lib. 10.6.

Ci. Att.

**Cic.** Attic. Primum otium Parthicum, deinde confe-  
ctæ pætitiones publicanorum, postremò seditio militæ  
sedata ab Appio lib. 3. 14.

Primum, deinde, nouissimè.

**P**lancus Cic. Sed primum, quod ita meritos iudica- 5  
bam deinde, quod ad omnes casus cōiunctiores reip. esse  
volebam nouissimè, ut al. omni omnium sollicitatione  
auersos eos, tales vobis prestare possem, quales adhuc  
fuerunt. lib. 10. 24.

Primum, deinde, tum, 10  
postremò.

**Cic.** Primum, vt te, quem iam diu plurimi facio, tanto  
intervallo viderem: deinde, vt tibi, quod feci per litte-  
ras, possem presens gratulari: tum, vt quibus de rebus  
vellemus, tu tuis, ego meis, inter nos cōmunicaremus: 15  
postremò, vt amicitia nostra, quæ summis officijs ab  
utroq. culta est, sed longis interuallis temporum inter-  
ruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehe-  
mentius. lib. 15. 14. & lib. 7. 2. Itidem 3. de natu-  
ra deorum. 20

**Cic.** Q Fra. Hac genera tollantur epistolarū, primū  
iniquarum, deinde contrariarum, tum absurde, & in-  
usitatē scriptarum, postremò in aliquem contumelis-  
ofarum. lib. 1. 2.

Primum, tum, deinde, post,  
tum, deinde. 25

**Cic.** Et ipsa caritas generis humani: quæ nata à primo  
satu, quo à procreatoribus nati diliguntur, & tota do-  
mus coniugio & stirpe coniungitur, serpit sensim foras,  
cognatio-

cognitionibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitijs, post vicinitatibus, tum ciuibus & ijs, qui publice socij, atq; amici sunt, deinde totius complexu gentis humanae. 5. De Finibus.

3 Primùm, deinde, deinde.

Ad Heren. Primùm igitur vocabuli sententia breviter, & ad utilitatem causæ accommodata describetur, deinde factum nostrum cum verbi descriptione coniungetur. Deinde contrariae descriptionis ratio refel-

10 letur. lib. 2.

Primùm, deinde, deinde,  
deinde.

Ad Heren. Primùm queri conueniet, utrum fuerit  
utilius ex contentione deinde oportebit queri, ipsum-

15 ne oportuerit iudicare; deinde interponetur ab accusatore suspicio; deinde queretur potueritne vitari.  
lib. 2.

Primùm, deinde, deinde, deinde,  
deinde.

20 Ad Heren. lib. 2.

I. Appen. Deinde, post, deinde.

Cic. Nam ut aliquid ante rem dicamus, deinde ut rem  
exponamus, post, ut eam probemus, nostris praesidijs cōfirmandis, contrarijs refutandis, deinde ut conclu-  
25 mus, atq; ita peroremus: hoc dicendi genus natura i-  
psa prescribit. li. 2. de Oratore.

II. Appen. Deinde, post, tum, ad  
extremum.

Cic. Deinde quinque faciunt quasi membra eloquentie,  
inuenire

*inuenire, quid dicas, iuventa disponere: deinde ornare verbis; post memorie mandare, tum ad extremum agere, ac pronunciare.* lib. 2. de Oratore.

111. Appen. Primum, deinde, post, tum ad extremum.

Cic. In Oratore:

1 V. Appen. Diu, postea, ad extremum.

Cic. Attic. Sed cum diu occulte suspirassent, poste à iam gemere, ad extremum verò loqui omnes, & clamare cœperunt. lib. 2. 21

V. Appen Maximus, proximus.

Cic. Maximam vim natura habet, fortuna proximam.

1. Offic:

V 1. Appen. Optimus, proximus, tertius.

Plinius Asarum optimū in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico. lib. 12. c. 13.

V 11. Appen. Princeps, proximus, deinceps.

Cic. Sed si contentio quedam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sint patria, & parentes, quorum beneficijs maximis obligati sumus: proximi liberi, totaq; dominis, quaestpectat in nos solos, nego, quid ullum potest habere perfugium: deinceps bene conuenientes propinquui. lib. 1. Offic.

V 111. Appen. Summus, proximus, tertius.

Cic. Summa necessitudo honestatis, huic proxima incolumentatis, tertia & levissima commoditatis. lib. 2. de Inuentione.

I X. Appen. Proximus, superior, primus.

Sed hæc ad præterita referri tantum possunt, retro numerando.

Cicer. Est enim obscurum proximi Censoribus hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse

*fuisse: superioribus cum eodem Quæstore fuisse in Asia: primis, Iulio & Crasso nullam populi partem esse censam. Pro Archia poeta.*

X. Appen. Proximus, alter, tertius.

5 Cic. In Orationibus.

XI Appen. Primum: deinde, deniq; deinde, deinde, postea, deinde postremo.

Cic. Lib. I. de Inventione.

XII Appen. Vnus, alter. vide, Vnus.

10 X III. Appen. Vnus, deinde.

Cic. *Duae caussæ accesserunt, quæ meam in illum benevolentiā augerent: una quod versabatur in hoc studio nostro. Deinde quod mature se contulit in societates publicanorum. lib. 13. 10.*

15 X IV. Appen. Alter, tertius.

Varro. *Sic inter uallo interposito, alterum & tertium ordinem infra faciunt. lib. 3. c. 16.*

X V. Appen. Vnus, alter, tertius.

Ad Heren. *Vnam grauem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam vocamus. lib. 4.*

20 Cic. Atti. *Accepit uas tres iam epistolas. Vnam à M. Cornelio. alteram, quam mihi Canusinus tuus hospes reddidit. tertiam, quam, ut scribis, anchoris solutis defasculo dedisti. lib. 1. 11.*

25 XV I. Appen. Vnus, alter, tertius, quartus.

Varro. *Earum tutelarum genera quatuor. vnum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fatigabile. lib. 1. c. 14. & c. 8.*

Prior, alter.

Cic. *Variè sum affectus tuis litteris, valde priore pagina perturbatus, paullum altera recreatus. lib. 16. 6.*

Procul,

## Procul à.

**Cic.** Sciret non procul à suis finibus exercitum populi  
Röm. esse. lib. 15. 2.

**Sallust.** Quippe fādūm hominem à Rep. procul esse vol-  
lebat. In Coniurat. 5

**Sallust.** Et mihi reliquā et atem à Rep. procul haben-  
dam decreui. In Coniurat.

**Cæsar.** Postero die, procul à castris hostes in collibus cō-  
stiterunt. 5 de bel. Gal.

**Colu.** Procul à veritate abesse certum habeo. Præfat. 10

**Liuius.** Increpabant inclementem Dictatore, nec pro-  
cul seditione aberant. Dec. 1. lib. 8. princ.

## Procul è.

**Plau.** Persa. Age, illuc abscede procul è cōspectu.—sc.  
Postquam. 15

## Procul ab.

**Cic.** Procul absūm ab re ipsa, & locis. lib. 3. 5.

**Idem.** Quæ sit mundi forma, Quæ solis magnitudo.

Quas quæstiones, procul ab oratoris officio remotas, o-  
mnes intelligere existimamus. 1. de Inuentione 20  
princ.

**Appen.** Procul interdum fit Præpositiō. iungiturq;  
accusatiuo, & ablatiuo.

**Cic.** Nam multi suam rem benè gessere, & publicam  
patria procul. lib. 7. 6. 25

**Q. Curtius.** Procul urbem.

**Liuius.** Tumulo haud procul bastium castris capto.  
Dec. 3. lib. 4. princ.

**Virg.** — Procul, ô procul este profani. 6. 20.

Proinde ac, ac si. vide Perinde.

Pro

## Pro, vt.

**Cæsar.** Prout cuiusq; eorum, qui negotijs præerant,  
aut natura, aut studium ferebat, haec ad Pompeium  
omnia detulerunt. 3. de bello ciuili.

5 **Cic. Atti.** Tuas litteras, pro vt res postulat, exspecto.  
lib. 11. 6.

**Cic.** Pro vt Thermitani hominis facultates ferebant.  
In Verrem.

10 **Idem.** Signiferi orbis vnaquæq; pars mouet cœlum, pro  
vt quæq; stella in his finitimijs q; partibus sunt quōque  
tempore. De diuinat.

**Vlpian.** Pro vt quæq; res erit, animaduertam l. Item  
15. § 20. ff. De Inuirijs.

15 **Vlpian.** In rem autem versum videtur, pro vt aliquid  
versum est. l. Si pro, 10. ff. de in rem verlo.

## Pro vt, ita.

20 **Vlpian.** Si serui quasi sceleris participes in se torque-  
antur, de q; domino aliquid fuerint, confessi apud iu-  
dicem: pro vt causa exegerit, ita pronuntiare eum de-  
bere Diuus Traianus rescripsit. l. 1. ff. quæst,

**Pomponius.** Prout quidq; contradictum est, ita & sol-  
ui debet. l. prout 3. ff. de solut.

## Pro eo, ac.

25 **Sulpitius Cic.** Posteaquam mihi renuntiatum est de  
obitu Tulliæ filiæ tue, sanequam pro eo ac debui, gra-  
uiter molesteq; tuli. lib. 4. 5.

**Cic.** Primun: debeo sperare, Deos omnes, qui huic vrbi  
præsident, pro eo mihi ac mereor, relatuos esse grati-  
am. 4. in Catilinam.

T

Pro

## Pro eo, ac si.

**Cic.** Sitacebitur: aut elicienda responsio est: aut quoniam taciturnitas imitatur confessionem; pro eo, ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem. lib. 1. de Inuent.

**T**ryphoninus. Cetera que in iure sunt, postea quam possuminio redit, pro eo habentur, ac si nunquam iste hostium potitus fuisset. l. In bello 12. ff. De captiuis & possumi.

**P**aulus. Quod creditor egit, pro eo habendum est, ac si 10 debitor per procuratorem egisset. l. Si pignori. 29. st. famil. ercif.

**I**dem. Pro eo erit, ac si hypothecaria, vel seruiana actione petitalitis estimatio oblata sit. Ibidem.

## Pro eo, atque si.

15

**V**lpian. Quicquid autem ante remissionem fit, vel illud quod loco remissionis habetur, pro eo habendum est, atque si nullo iure factum esset. l. Prætor 20. ff. de operis no.nunt.

**V**lpian. ~~Si quis ex testibus nomen suum non adscrips-~~ 20 ~~erit, veruntamen signauerit; pro eo est, atque si adhibitus non esset. l. Ad testium 21. ff. qui test. face. pos.~~

## Pro eo, quasi.

**P**aulus. Quod pendet, non est pro eo, quasi sit. l. Is 25 damnum. 169. ff. de diuer. reg. Iuris.

**G**ellius. Sed pro eo à plerisq; nunc editius dicitur, no uae & commentitia usurpatione, quasi à tuendis adibus appellatus. lib. 12. c. 10.

Pro

## Pro eo, vt

Cic. Tamen pro eo, vt temporis difficultas, aratorumq;<sub>3</sub>  
penuria tulit. 3. In Verrem.

Liuius. Postquam pro eo, vt ipſi ex alieno agro rape-  
rent, agerentq;<sub>3</sub> suas terras sēdem belli esse, premiū  
vtriusq;<sub>3</sub> partis exercituum viderent hybernis, verte-  
runt retro ad Annibalem ab Romanis odia. dec. 3.  
lib. 2. princ.

## Pro eo, quòd.

10 Cic. Vereor ne parum tibi, pro eo, quòd à te habeo, redi-  
dicerim. Pro Plancio.

Idem. Si pro magnitudine iniuriae, proq;<sub>3</sub> eo, quòd sum-  
ma Reip. in huius periculo tentatur, hec omnes vindici-  
arent, confistere in eheculè vobis isto in loco non lice-  
ret. Pro Rosc. Amérino.

15 Idem. Autus cum se ab omni eiusmodi negotio remo-  
nuisset, tamen pro loco, pro antiquitate generis sui, pro  
eo, quòd se non suis solum commodis; sed etiam suorum  
municipiorum natum arbitrabatur, deesse noluit.

20 Pro Cluentio.

Idem. Cum Annibal Karthagine expulsus Ephesum  
ad Antiochum venisset exul. proq;<sub>3</sub> eo, quòd eius no-  
men erat magna apud omnes gloria, iniuritus esset ab  
hosptibus suis, vt eum quem dixi, si vellet, audiret:

25 lib. 2. De Oratore.

## Pro eo, quantum.

Cic. Evidem pro eo, quanti te facio, quicquid fecesis,  
approbabo. lib. 3. 3.

Cic. Ea, pro eo, quantum in quibusq;<sub>3</sub> sit ponderis, asti-  
menda sunt. De Finibus.

Pro eo, absolutè positum.

Cic. *Quod erit huiusmodi, vt si à Cæsare, quod speramus, impetraverimus, tuo beneficio nos id consecutos esse iudicemus; sin minus, pro eo tamen id habeamus: quando à te data sit opera, vt impetraremus.* lib. 5

14. 7.

Proinde, *vide* Perinde.

Pro maiore parte, quam  
pro qua.

Paulus. *Sed non esse aequum pro maiore parte, quam pro qua dominus est, damnationem fieri,* Pedius ait.  
l. 16. ff. De iniurijs.

Prope est, vt. *pro quo vulgo Ferè.*

Liuius Appius vicit, ac prope fuit, vt dictator ille idem  
crearetur. dec. 1. lib. 2. 15

Liuius. *Iam prope erat, vt in summum cliui iugum e- uaderent.* libro eodem extremo.

Papirianus. *Et quod ab alio nomine ipsius eo presente datur, prope est, vt ab ipso datū intelligatur.* l. quod  
statu. lib. 4. ff. de mor. cau. donat. 20

Arrius Menan. *Prope est, vt ad confirmationi eius cre- datur.* l. Non omnes, ff. de re militari.

African. *Alioquin prope erit, vt etiam si eum seruum, in quo vſusfructus alienus est, mihi solueris: isq; vſu- finiu manente decesserit: ea solutione liberatus vi- dearis. quod nullo modo probandum est.* l. cum quis, 25  
38. ff. de solut. & liberat.

Plaut. Mili. — *quid proprius fuit,*  
*Quām vt perirem, si locutus fuissēm hero? —*  
sc. inde ignem.

Gellius.

Gellius. In iure stans, clare nimis, ac sonorè obscitatur: atq[ue] imbi prope vt pl[et]eretur, fuit; tanquam illud indicium vagi animi foret. lib. 1. c. 20.

Marcel. Prope est, vt nondum debeat praestari fideicōmissum. l. 9. ff. De fideicom. libertat.

Quintil. Ceteræ partes loquentem adiuuant, manus (prope est vt dicam) ipsæ loquuntur. lib. 11. 3.

Prope est, vt ne quidem.

Liuius Iam prope erat, vt ne consulum quidem maiestas coerceret iras hominum. dec. 1. lib. 2.

I. Appen. Propius accedit, vt: quam vt.

Varro. Propius accedit, vt non sit macra, quam vt sit iejuna. De re Rust. lib. 1. 9.

Idem. In suillo pecore tamen sunt quæ se vindicēt sues, verres, maiales, scrofa. propè enim hæc apris, qui in filiis sapè dentibus canes occiderunt. lib. 2. 9.

Idem. Cibatur canis propior hominis, quam ouis. lib. 2. 9.

II. Appen. Nihil propius est factum,  
quam vt.

Cic. Q. Fra. Propius nihil est factum, quam vt occideretur. lib. 1. 2.

Cic. Neq[ue] quicquam propius est factum, quam vt illud Vticensis exemplum de Hadriano transferretur Syracusas. lib. 5. In Verrem.

Prope est, quando.

Plaut. Menæch. Metuam ego haud multum quidem.  
prope est, quando

Herus, vt quod strenuè faciam, precium exsoluet. sc. Spectamen.

Prope est factum, vt.

Liuius. Prope est factum, vt iniussu Praetoris signis con-  
vulsis, in aciem exirent. lib. 5. De bello Puni.

Prope adest, cùm.

Ter And. Prope adest, cùm alieno more viuendum  
est mihi. sc. 1.

Prope adest, vt.

Plaut. Aulu. Nam probrum, atq; partitudo prope ad-  
est, vt fiat palam. sc. Vbi tu.

*Appen.* Iam adest, cùm.

Ter. Hec. \_\_\_\_\_ at poliam aderit, cùm se quo-  
que oderit. act. 4. 1.

*Appen.* Propè, absolutè positum.

Plaut. Persa. Perij, perculit me propè \_\_\_\_\_ sc.

Qui sunt.

Ter. Heaut. Eius filiam ille amare cœpit perditè,  
Fropè iam vt pro vxore haberet. aEt. 1. 1.

Cic. Liberatus molestia prope dicam, non minore, quam  
Quinctius. Pro Quinctio.

Pròximè, atque. comparatio-  
nem denotat.

Cic. Non possum non, aut proximè, atq; ille, aut etiam  
aqchè laborare. lib. 9. 13.

Propter, significacione  
causali.

I. Appen. Non propter, sed quia.

Cic. Qui legibus quidem non propter metum paret, sed  
eas sequitur atq; colit, quia id salutare maxime esse  
iudicat. In Paradox.

II. Appen.

II. Appen. Non propter, sed propter.

Cic. Non propter suam vim & naturam, sed propter fructum. lib. 2. De invent.

5 Idem. Leges nobis caras esse, non propter litteras, quae tenues & obscuræ notæ sunt voluntatis, sed propter e-  
arum rerum, quibus de rebus scriptum est, utilitatem.  
lib. eodem.

III. Appen. Et propter, & propter.

Varro. Putant oves assumptas, & propter utilitatem,  
10 & propter placiditatem. lib. 2. 1.

IV. Appen. Propter eas causas, & quod.

Varro. Et propter eas causas, & quod arescant. De  
re rust. lib. 1. 12.

15 Appen. { Cùm propter, tum propter.  
Cùm propter, tum quod.  
Cùm alijs de causis, tum vt. } vide Cùm

Appen. { Non tam causa, quam vt.  
Non tam propter, quam propter. } vide Tam  
Non tam vt, quam vt ne.

Propterea, quod.

20 Cic. Idibus Ianu. in senatu nihil est conjectum; pro-  
pterea, quod dies magna ex parte consumptus est al-  
tercatione. lib. 1. 2.

Idem. Propterea quod nullam rem grauius iam diu  
tuli. lib. 5. 18.

25 Idem. Nec ex eo amor inter nos natus est, sed quod e-  
rat vetus & magnus, propterea nullum periculum pro  
me adire dubitauit. lib. 12. 29.

Ter. And. Ego vitam Deorum propterea sempiternā  
esse arbitror,

Quod voluptates eorum propriæ sunt.—act. 5. 5.

T 4 Propter-

## Propterea, quia.

Sulpitius Cic. Propterea, quia per quos id fieri debet propinquos, ac familiares, ipsi pari molestia afficiuntur. lib. 4. 5.

Afinius Pollio Cic. Propterea, quia frumenta aut in agris aut in villis sunt. lib. 10. 33. 5

Plaut. Menach. Propterea illius nomen memini facilius,

*Quia illum clamore vidi flagitarier.* Prologo. & sc. Nulla. 10

Plaut. Asl. Propterea, *huc quia habebas iter.* — sc. Vt demonstratae.

Plaut. Mostel. — illum prodire pudet in conspectum tuum

*Propterea, quæ fecit, quia te scire scit.* sc. Ultima. 15  
Appen Ea propter, quia.

Vlpian. Non daremus socio actionem ea propter, quia & ipse iniuriarum actione tenetur l. Sed li 17. §. 7. ff. De iniurijs.

## Propterea, quoniam. 20

Gellius. Si quis autem est, qui propterea putet probabilius esse, quod dixit Tiro, quoniam prima syllaba in lectore, sicuti in licio producta est. lib. 12. c. 3.

## Propterea, vt.

Cic. Propterea scripsi, vt me non sine causa laborare intelligeres. lib. 13. 6. 25

Idem. Atq; hec propterea de me dixi, vt mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret. Pro Ligario.

Cic. Att. Propterea volo diuulgari ab tuis, vt ex istorum vituperatione sit illius maior laudatio. lib. 12. 43.

Cic.

Cic. Q. Fra. Appium propterea *isse ad Cesarem, vt ali-*  
*quem tribunatum auferret.* lib. 2. 14.

Plaut. Bacch. —— nam propterea te volo  
*Scribere, vt pater cognoscat litteras, quando legat.*

5 sc. Hunc.

I. Appen. Non propterea vt, sed vt.

Ter. Hec. Ita me dix bene ament, haud propterea te ro-  
*go, vt*

*Hoc proferam, sed tacita vt mecum gaudeam.* act.

10 1. 2.

I I. Appen. Aut propterea, quod: aut quod.

Varro. Promunt condita, aut propterea, quod sint tu-  
*enda; aut quod vtenda, aut quod vendenda.* De re  
*Rust.* lib. I. c. 62.

15 Quà, èà.

Liuius. *Quà signa ferri videbant, èà robore virorum*  
*opposito scandere hostem sinunt.* Dec. 1. lib. 5.

Qualis, similis.

20 Hirtius. *Qualem te gentibus præstisti, similem in ci-*  
*uium deditione præstes.* De bello Hisp.

Qualis, talis.

Cic. *Quales in Repub. principes essent, tales reliquos sò-*  
*lere esse ciues.* lib. 1. 9.

25 Cic. *Qualis cuiusq; animi affectus esset, talem esse ho-*  
*minem Socrates dicebat: qualis autem homo ipse esset,*  
*talem eius esse orationem: orationi autem facta simil-*  
*lima, factis vitam.* 5. Tusc.

Quàm, tam. *vide Tam.*

Plaut. Capt. *Quàm tu filium tuū, tam pater me meus*  
*desiderat.* sc. Iam ego,

**Hirtius.** Quām facile subierant iniquum locum, tam  
celeriter gradu pulsæ. De bel. Alexand.

**Liuius.** Mors quām matura, tā acerba M. Furij. Dec.  
1.lib.7.

Quamdiu, tamdiu. *vide Tam.* 5  
Quando, tum.

**Plaut. Sti.** Quando adbibero, alludiabo. tum sum ridi-  
culissimus. sc. Quisnam.

**Plau. Menæch.** — at tu quando habebis, tum dato.  
sc. Menæchme. 10

**Plaut. Menæch.** Vbi satur sum, nulla crepitant, quan-  
do es furio, tum crepant. sc. Edepol.

**Idem Trinum.** Cum inopia' sī, cupias: quando eius co-  
pia est, tum non velis. sc. Sta.

Quando, exemplò. 15

**Plaut. Bacch.** Adambulabo ad ostiū, vt, quando exeat,  
Exemplò aduenienti tabellas dem in manum. sc.  
Insum.

Quanquam, tamen. *vide et si.*

**Cic.** Sed quād iam vtilitates multæ, & magna conse- 20  
cutæ sunt, non sunt tamen ab earum spe caussæ dili-  
gendi profectæ. In Lælio.

**Idem.** Quæ quanquam erat mihi propter rei familia-  
ria ufragia necessarie, tamen à me minimi putaban-  
tur. lib. 1. 9. 25

**Cic.** Ad me autem litteras, quas misisti, quanquam ex-  
iguam significationem tua erga me voluntatis habe-  
bant: tamen mihi scito iocundas fuisse. lib. 5. 7.

**Idem.** Hoc magis sum Publio deditus, quod me quan-  
quam à pueritia sua semper, tamen hoc tempore ma-  
xime.

ximè sicut alterum parentem, & obseruat, & diligit.  
lib. 5.8.

Cic. Num ius ciuile vestrum ex libris cognosci potest?  
qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen, lumen-  
que desiderant lib. 7.19.

Cic. Attamen quanquam videre te tota cogitatione cu-  
pio, tamen te penitus rogo, ne te tam longe nauiga-  
tioni, & via per hiemem, nisi benè firmum committas.  
lib. 16.8.

10 Cic. Q. Frat. Quanquam te ipsum scilicet maximè,  
tamen etiam litteras tuas expecto. lib. 2.5.

P laut. A si. —— quanquam ego sum sordidatus,  
Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari.  
sc. Quid hoc.

15 *Appendix.*  
Hac particula Quāquam, ut quæ eiusdem significatio-  
nis sit cum Etsi, in principio quoq; epistolarum Cice-  
ronem usum esse obseruauimus. quod testantur, in Fa-  
miliis.

20 libro { 2  
5 epistola { 1  
10 13  
13 19

Quanquam, tamen nihilo minus.

25 Cic. Quanquam enim nulla me ipsum priuatim percu-  
lit insignis iniuria; tamen nihilo minus eis confidor cu-  
ris. lib. 4.13.

Tryphoninus. Quanquā ego moram fecero, quo mi-  
nus interdicto te conuenirem: subtractis tamen mor-  
talitate seruis aut pecoribus, alijsue rebus casu inter-  
cidentibus, tuum tamen onus nihilo minus in eis restitu-  
endis esse. l. penult. ff. De vi. & de vi armata.

Quan-

Quanquam, nihilo magis.

**P**laut. **C**aſi. — at quanquam vnicuſt,

Nihilo magis vnicus est ille mihi filius, quam ego illi  
pater. sc. Omnipotens.

Quanquam, at. 5

**P**laut. **T**ru. Quanquam hic horridus est, quanquam  
hic ſqualidus est, at est bellus mihi. sc. vlt.

Quanquam, attamen.

**V**lpian. Et quanquam ſint de his facinoribus etiam cri-  
niūm executiones, attamen recte prætor fecit, qui 10  
forenses quoq; actiones criminibus iſtis præposuit. l. 1.  
ff. De incendio, ruin. naufra.

**O**uid. Et quanquam ſerò clypeum poſt vulnera ſumo,  
Attamen hanc odijs exonerare fugam. l. trist. 3.

Quanquam, fed. 15

**C**ic. Quanquam egregios conſules habemus, ſed turpiſ-  
ſimas conſulares, ſenatum forte, ſed inſimo quemq;  
horore fortissimum. lib. 12. 4.

**C**ic. Quanquam à te quidem cumulatè ſatisfit & mihi,  
& meis omnibus, ſed velim ſic existimes, hanc famili- 20  
am, & hos mihi maximè eſſe coniunctos vetuſtate.  
lib. 13. 3. 2.

**C**ic. Att. Quanquam ipſum non rideram, ſed ex fami-  
liariſimo eius audiebam. lib. 10. 10.

Quanquam, fed tamen. 25

**C**ic. Quanquam ſunt omnes virtutes aequales, & pa-  
res: ſed tamen eſt ſpecies alia, magis alia formosa, &  
illuſtris. lib. 3. de Oratione.

Quan-

Quanquam, sed certè.

Cic. *Quanquam tua quidem causa, &c. vt debeo letor: sed certè qui tibi ex me fructus debentur, eos vberiores, & præstantiores præsens capere potuisses.* lib. 1. 9.

Quanquam, verùm.

Vlpian. *Quanquam aduersis patronum liberto iniuriarum actio non detur: verùm marito liberta nomine cum patrono actio competit.* l. Non solum 11. ~~¶~~.

10 De iniurijs.

Quanquam, veruntamen.

Cic. *Puto autem mea non nihil interesse, quanquam id ipsum, quid interfit, non sanè intelligo, veruntamen, quicquid illinc nuntiatum sit, non longè abesse à consilijs amicorum.* lib. 5. 21.

15 Cic. Att. *Quanquam quid ad me?* veruntamen. lib. 12. 17. itidem lib. 16. 3.

Ter. Eunu. *Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror*

20 *Id fieri posse maxime: veruntamen,*  
Potius, quam te inimicum habeam, faciam, vt iussiris. act. 1. 2.

Appen. Quanquam, absolutè positum.

25 Cic. *Quanquam ille quidem nihil difficilius esse dicebat, quam amicitiam usque ad extremum vita diem permanere.* In Lælio.

Idem. *Quanquam tuis monitis præceptisq; omnis est abiiciendus dolor.* lib. 5. 13.

Idem. *Si licebit, nore nostro tuebimur, quanquam admodum sumus iam defatigati.* lib. 12. 25.

Cic.

**Cic.** *Quanquam quis, qui aliquid sapiat, nunc beatus es*  
*se potest? lib. 7. 28.*

**Plaut.** *Trinum.* ————— *apage te*

*Amor, non placet, nihil te vtor. quanquam illud est  
dulce: esse, & bibere. sc. multas.*

**Horat.** *Quanquam festinas, nō est mora longa.* lib. 1.  
od. 28.

**Quamuis, tamēn.**

**Cic.** *Qui si me audissent, quamuis iniqua pace, honestē  
tamen viuerent.* lib. 7. 3.

**Cic.** *Quāuis enim hæc sint misera, quæ sunt miserrima:  
tamen artes nostræ, nescio quo modo, nunc vberiores  
fructus ferre videntur.* lib. 9. 3.

**Idem.** *Quam quidem, quamuis in me ingrata sit, tamē  
amare non desinam.* lib. 7. 32.

**Tryphoninus.** *Quāuis in bonis mariti dos sit, mulie-  
ris tamen est.* lib. Quamuis. 75. ff. de iur. dot.

**Vlpian.** *Quamuis pœnales videantur actiones, tamen  
quoniam ex contractu veniunt, dicendum est, eorum  
quog. nomine, qui in aliena potestate sunt, competere.* 20  
*Icum aut. 1. 2 3. ff. de sedil. edict.*

**Ouid.** *Menia conduntur, quæ quamuis parua fuerunt,  
Non tamen expedit transilysse Remo.* 3. Fasto.

**Hor.** *Me quamuis Lania pietas, & cura moratur,  
— tamen istuc mens, animusq. Fert.* lib. 1. epi. 14. 25

**Proper.** *Quamuis te longæ remoren tur fata senectæ,  
Car a tamen lacrymis ossa futura meis.* lib. 1. 19.

**Quamuis, attamen.**

**Cic.** *Res bello gesserat, quamuis Reip. calamitosas, at-  
tamen magnas.* Philip. 2. fin.

**Vlpian.**

Vlpian. Quamuis vxor non sit, attamen in ea conditio-  
ne est, ut vxor esse poscit. 1. Si quis. 27. ff. de ritu  
nupt.

Idem. Quamuis enim ex patris voluntate, mortis quo-  
que causa donare possit: attamen ubi cessat voluntas,  
inhibetur hac quoq; donatio. 1. filius famil. 7. ff. de  
donat.

Idem. Quamuis possidere seruum eo tempore, quo in fu-  
ga est, videci: attamen furti actione non teneor. 1. Ser-  
ui. 17. ff. de furtis.

Quamuis, certè,

Cic. Att. Quamuis non fueris suafor, & impulso pro-  
fectionis meæ, approbator certè fuisti. lib. 16. 6.

Quamuis, nihilo minus.

15 Colu. Quamuis tenuem, nihilo minus aliquam indu-  
strial desiderant. Præfat.

Vlpian. Sin verò filius sit, quamuis ex parte institutas,  
nihilo minus in solidum actionem patietur. 1. quæsi-  
tum, 30. ff. de pecul.

20 Labeo. Heredem coloni, quamuis colo~~nis~~ non est, nibi-  
lo minus domino possidere existimo. 1. Cum. 6c. ff.  
loc. cond.

Quamuis, nihilo magis.

Varro. Que tamen quamuis sint fructuosa, nihilo ma-  
gis sunt agriculturæ partes. De re Rustica. lib. 1. 2.

Africanus. Non dubitandum, quin quamuis ipse do-  
mino mandati, vel negotiorum gestorum actione sit  
obstrictus, nihilo magis eo nomine agere poscit. 1. Cum  
mancipiuni, 51. ff. de ædil. edicto.

Quam-

Quamuis, nihilo minus  
tamen.

**Africanus.** Quamuis ex fideiussoria causa non tenea-  
ris, nihilo minus tamen pignus obligatum manebit. 1.  
cum quis. 38. ff. de solut. & liberat. 5

**Vlpian.** Quamuis præiudicium legi Iulie de vi priuata  
fiat, nihilo minus tamen non esse denegandam actionem  
eligentibus priuatam persecutionem. 1. Prætor ait. 2.  
ff. vi bonorum rapt. 10

Quamuis, nihilo magis  
tamen. 10

**Gaius.** Qui in potestate parentis est, testamenti facien-  
di ius non habet, adeò, vt quamuis pater ei permittat,  
nihilo magis tamen iure testari possit. 1. qui. 6. ff. qui  
testa. fa. poss. 15

**Appen.** Quamuis, in posteriori orationis  
membro

**Cic.** Doctorum est ista consuetudo, eaq[ue] Græcorum, vt  
q[ui] id proponatur, de quo disputatione, quamuis subitè. In  
Lælio. 20

**Plaut.** Trin. Multa ego possum docta dicta, & quam-  
uis facundè loqui. sc. Quò.

**Appen.** Quamuis, absolute positum.

**Ouid.** Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis,  
Sentiet officium mœsta fauilla pium. 3. trist. 3. 25

**Ouid.** Silenus, quamuis nemo vocaret, adest. 6. Fa-  
storum.

**Papinianus.** In dotem rebus estimatis & traditis, quā-  
uis eas mulier in ysu habeat, viri dominium fauila  
videtur. 1. Cum post diuortium, 69. ff. de iu. do.

Quam-

## Quantum, tantum.

Cic. Quantum me diligis, tantum fac ut valeas. lib.

16. 4.

Idem. Tertius vero ille finis deterrimus, ut quanti quisque seipsum faciat, tanti fiat ab amicis. In Lælio.

Idem. Velim ita fortuna tulisset, ut, quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere posse. lib. 3. 13.

Virg. O prestans animi iuuensis, quantum ipse feroci

Virtute exuperas, tanto me impensius aequum est

10 Consulere, atq; omnes metuentem expendere casus, lib. 12.

Ter. Heaut. ————— quanto diutius

Abest, magis cupio tanto, & magis desidero. act.

3. I.

15 I. Appen. Quanto magis, tanto magis.

Virg. Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,

Tanto nate magis contendere tenacia vincla. 4. Ge-

org.

II. Appen. Quanto minus, tanto magis.

20 Ter. Eu. ————— quanto spei est minus, tanto ma-

gis amo. sc. vlt.

III. Appen. Quanto plura, tanto plura.

Horat. ————— quod quanto plura parasti,

Tanto plura cupis, nulline faterier audes? lib. 2.

25 epist. 2.

IV. Appen. Quantum, tantundem.

Cic. Quantum de illo libro, tantundem de mei iudicij

fama detrahatur. lib. 6. 19.

Idem. Quantum tibi omnes boni debeant, quo minus

tantundem ego vnuis debeam, non recusem. lib. 15.

11.

V. Appen. Quantus, & Quantum,  
absolutè posita.

Cic. De me autem sic velim iudices; quantum ego possum, me tili, saluti tua, liberisq; tuis summo cum studio prefo semper futurum. lib. 6. 22. 5

Idem. Quamobrem, tu quantum tuo iudicio tribuendum nobis esse putas, statues ipse. lib. 5. 8.

Idem. Quantum quidem ego intelligere potuerim:— lib. 6. 11.

Plancus Cic. Quod si quantam debeo, habuero apud eum auctoritatem, plurimum ipsum iuuero. lib. 10. 10

24.

Quid. Scimus & ad nostras casus se tulit impetus attes,

Ingenij currat flumina quanta tui. I. Fasto princ. 15  
VI. Appen. Quanto, absolutè possum.

Varro. Quantò citius promas, iucundiore utare. De re Rust. lib. 1. 67.

Quantopere, tantopere.

Cæsar. Quantopere eorum animi magnitudinem admiraretur, in opere licentiam, arrogantiāq; reprehendere. 7. de bel. gal. 20

Quasi, item.

Plaut. Capt. Quasi cum caletur cochlea in occulto latent, 25

.Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit:

Item parasiti rebus prolatis latent

In occulto miseri, vicitant succo suo. sc. 1.

Plaut. Pseu. ————— quasi Dircam elim ( vt memorant) duo

Gnati

Gnati Iouis deuinxere ad taurum, item hodie strin-  
gam ad carnarium, id tibi

Prosecl̄d taurus fiet: — sc. 2.

Plaut. Ruden. Quasi mureta iuncis, item ego vos vir-  
gis circumiunciam sc. Exi.

Quasi, sic.

Cic. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, auellun-  
tur, si matura, & cocta, decidunt: sic vitam adolescen-  
tibus vis auffert; senibus maturitas. In Catone.

10 Idem. Est igitur prudentis sustinere, ut cursum, sic ini-  
petum benevolentia, quo vitam in amicitia, quasi  
aquis tentatis, sic aliqua ex parte periclitatis moribus  
amicorum. In Lælio.

15 Idem. Non facile disjudicatur amor verus & factus, nisi  
aliquid incidat eiusmodi tempus, vt, quasi aurum i-  
gne, sic benevolentia fiducis, periculo aliquo perspici-  
posset lib. 9. 16. & lib. 3. 13.

Vlpian. Sed hic etiam eum, qui ab aliquo numero mi-  
litum missus est, quasi ab exercitu missum, sic accipie-  
mus. l. 2. ff. de his qui not. infā.

20 Vlpia. Non posse eum, quasi mibi ~~mariam~~ fecerit;  
sic conueniri, Mela scribit. l. Item 15. ff. De in-  
iurijs.

Quasi, haud secus.

25 Plaut. Trinum. — quasi canes, haud secus  
circumstabant nauem turbines venti. sc. Saltipō-  
tentii.

Quasi si, non multo secus.

Plaut. Cas. — educavit magna industria

Quasi si esset ex se nata, non multo secus. Prologa.

Quasi, ita.

Cic. Ille mecum, quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat; tu autem quasi concessum fit, ita deliberas. lib. 6. 8.

Cic. Sed planè, quasi ea res nobis saluti futura sit: ita cogit, atque imperat, ut decemviri vestrae vettigalia vendant nominatim. De lege agraria. contra Rullum.

Plaut. Amphi. Quasi incudem me miserum homines octo validi cedant, ita

Peregrè adueniens hospitio publicitus accipiar. sc. I. 10.

Plaut. Mer. —— sed coquos, quasi in mari  
Solet hortator remiges hortarier;

Ita hortabatur. —— sc. Parumne.

Plaut. Curcu. Quasi aquam feruentem frigidam esse, 15  
ita vos putatis leges. sc. I tu præ.

Plaut. Aulu. Quasi pueris qui nare discunt, scirpea induitur ratis,

Qui laborent minus, facilius ut nent, & moueant manus:

Eodem modo seruum ratem esse amati hero equum censeo. sc. Hoc est. 20

Quasi, non quasi.

Cic. Sed quod commodius disputationes explicitur,  
sic eas exponam, quasi agatur res, non quasi narretur. 25  
Tusc.

Paul. Quasi decurio enim hoc dedit, non quasi domestica persona. l. Item 6. ff. quod cuiusque uniuers. nomine.

Quasi, itidem.

Plaut. Asina. Quasi pīcīs itidem est amator lena, nequam

*quam est nisi recens. sc. Vnumquodque.*

Plaut. Trucu. *Quasi in piscinam, rete qui iaculum parat,*

*Quando alijt rete pessum, tum adducit sinum.*

5 *Sin iecit rete, pisces ne effugiant, cauet.*

*Modò hic, modò illic irretitos impedit*

*Pisces, vsiq; adeo, donicum eduxit foras:*

*Itidem est amator. ————— sc. Non omnis.*

Idem. Capti. sc. Hegio.

10 *Appen. Magis quasi, quam quasi.*

Vlpian. *Magis eum quasi patrem id, quam quasi curatorem fecisse videri. l. Profectitia. ff. de Iure. dot.*

*Quemadmodum, sic.*

15 Cic. *Quemadmodum coram qui ad nos intempestiuè adeunt, molesti sape sunt; sic epistolæ offendunt non loco redditæ. lib. 11. 16.*

Cic. *Pergratum mibi feceris, spero item Scauola, si quemadmodum soles de ceteris rebus, cum ex te queruntur, sic de amicitia disputaris. In Lælio.*

20 Cic. Q. Fr. *Quemadmodum gubernatores optimi vim tempestatis, sic illi fortuna impetum surare non possent. lib. 1. 1.*

Ad Heren. *Quemadmodum in riuendo, ratione fugitur inuidia; sic in dicendo, consilio vitatur odium.*

25 Cic. Q. Fra. *Quemadmodum, coram cum sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistolæ nostræ debent interdum alucinari. lib. 2. 1 c.*

Hirtius. *Quemadmodum autem optabat eum vincit, sic satis habebat interclusum à Cæsare, à se retinere. De bello Alexandrino.*

Quemadmodum, ita.

Cic. Q. Fra. Tu quemadmodum me censes oportere, esse in rep. & in nostris inimicitij, ita, & esse, & force auricula insimilascito mallorem. lib. 2. 14.

Cic. Non, quemadmodum quod mulieri debeas, recte ipsi mulieri sine tute, auctore soluas: ita quod aut pupillo aut pupilla debeas, recte possis eodem modo soluere. In Topicis.

Ad Heren Non enim quemadmodum in palestra, qui tadas ardentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille qui tradit: ita melior imperator nouus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit. lib. 4.

Colu. Quemadmodum sapientis est, fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsam sit in malam facere fortunam. lib. 1. 3.

Vlp. Et quemadmodum certare quantitatem peculij prestare non debet, ita nec hoc. l. proinde. 33. ff. de ædil. edicto.

Vlpian. Quemadmodum in vasis dicunt patera aurea, ita & in veste color dicatur. l. In actione 19. 20 ff. de furtis.

I. App. Non quemadmodum, sed quemadmodum.

Ci. Nunquam laborant quemadmodum probent, quod dicunt, sed quemadmodum se explicit dicendo. Pro 25 Flacco.

II. App. Quemadmodum, ita & è contrario quoque.

Africanus. Quemadmodum accessiones & fructus emperor restituere cogitur: ita & è contrario venditor quoque, vel damnū decidere, vel prænoxæ ditione hominem relinquere cogatur. l. Si fer. 61. ff. de furtis.

III. App.

III. Appen. Non quemadmodum, sed ut.

Cic. Sed vellem non solum salutis meae, quemadmodum  
medici, sed etiam ut aliptae, virium & coloris rationem  
babere voluisse. lib. 1. 9.

IV. Appen. Non quemadmodum,  
sed quo pacto.

Cic. Querat non solum quemadmodum nostro crimini,  
verum etiam quo pacto sua confessioni posse mederi.  
lib. 1. In Verrem.

20 Quemadmodum, quemadmodum.

Cic. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus  
consulatum, quam quemadmodum ceperimus.  
In Pisonem princ.

Appen. Quemadmodum, absolutè positum.

25 Cic. In easq; rationem, quemadmodum ea mulier Romanam perducatur. lib. 13. 28. & lib. 14. 2.

Cic. Atti. Hac res quemadmodum ceciderit, & totæ  
res quo loco sit, velim ad me scribas. lib. 3. 24.

20 Cic. Atti. Velim cogites, id quod mihi pollitus es,  
quemadmodum bibliothecam nobis confidere possis.  
lib. 1. 5.

Varro. Si qua in re quæres, quemadmodum quidque  
in colendo te oporteat facere. De re art. lib. 1. 1.

25 Varro. Id servitur ita, ut semen iactatur, quemadmo-  
dum scilicet, cum pabulum, & frumentum servitur.  
lib. 1. 42.

Plaut. Bacchi. — Erras Lyde, ego omnem rem scio.

Quemadmodum est. — sc. Nunc experiar.

Plaut. Mer. Nunc si dico, vt res est, atq; illā mibi me  
Emisse indico, quæ admodū existimet me? sc. Homo.

Qui, hic.

Cic. Sic ad nos confirmatus revertare, ut quam expe-

*stationem tui concitasti, hanc sustinere, ac tueri pos-*  
*sis.* lib. 2. 1.

Plancus Cic. *Quarum rerum spe ad laudem me voca-*  
*sti, harum fructu in reliquum facias alacriorem.* lib.  
 10. 7.

Ter. Phor. *Ea qui prabet, non tu hunc habeas plan-*  
*presentem Deum?* act. 2. 1.

Idem. Phor. *Quod mihi dederit de hac re consilium,*  
*id exequar.* act. 2. 3.

*Qui, ille.*

5

Cic. *Quæ mutua, & grata dum sunt, inter quos ea*  
*sunt, firma illi deuinciuntur societate.* 1. Offic.

10

*Qui, idem.*

Cic. *Qui mille modiū sua partis in cellam gratis de-*  
*disset, idem nunc pro eodem numero frumenti HS* 15  
*viii. millia dare coactus est.* lib. 3. In Verrem.

Liuius Eam esse voluntatem omnium, ut qui libertati  
 finis erit in illa vrbe, idem sit vrbi. dec. 1. lib. 2.

Plaut. Asf. *Fortiter malum qui patitur, idem post po-*  
*titur bonum.* Vbi.

20

Plaut. Bacchi. *Quem ego sapere nimio censui plus,*  
*quam Thalem,*

*Idem stultior es, barbaro Potitio.* sc. Iamdu-  
 dum.

*Qui, is*

25

Cic. *Quæ mihi venient in mentem, quæ ad te pertine-*  
*re arbitrabor, ea mea sponte faciam.* lib. 6. 8.

Cic *Quæ didicisti, quæq; ab adolescētia pulcherrimè, à*  
*sapien-*

sapientissimis viris tradita, memoria & scientia comprehendisti; ijs hoc tempore utare. lib. 6. 22.

Cic. Si quis est, qui neminem bona fide in gratiam putet redire posse, non nostram is perfidiam coarguit, sed indicat suam. lib. 3. 8.

Plaut. Pseu. Qui querit alia, is malum videtur querere. Prologo.

Plaut. Ruden. Ego hodie qui neque speravi, neque credidi,

Is impetuoso filiam inueni tamen. sc. Proh dī. vide Is. Et ibi Appen.

Qui, Is. pro Qualis, talis.

Cic. Quae verba desideret, ijs me omnibus usum putato; lib. 12. 29.

Plancus Cic. Me si quem esse voluisti, eum exitu, rebusque cognoscis, defende, ac suscipe. lib. 10. 11.

Appen. Qui, absolutè positum: vide exempla in particula Is.

Appen. Quis, pro Aliquis adsumit quandoque Qui.

20 Cic. Si quem, cui recte committam iniurero, curabo a te perferendos. lib. 1. 9.

Idem. Ut ne cui quis noceat, nisi lacestitus iniuria. 1. Offic.

25 Quotusquisque est, qui.

Cic. Quotus enim quisque est, qui hanc in Rep. sectam sequatur? Pro Flacco. fin.

Cic. Att. Quotus enim quisque est, qui epistolam paulo grauius differt et poscit. lib. 1. 11. & Tuscu. 2. prin.

V 5 Quo-

**Quotusquisque** est, quin, &c,  
qui non.

**Cic.** *Quis* est enim, aut *quotusquisque*, cui, mors cum ap-  
propinquet, non refugiat timido sanguis, atque exalte-  
scat metu? 5. De Finibus. 3

**Varro.** *Quotusquisque* est annus, quo non videas epulum.  
aut triumphum. lib. 2, 2.

**Quicunque**, is.

**Afinius Pollio Cic.** Si id agitur, ut rursus in potesta-  
te omnia vniuersit, quicunque *is* est, ei me profiteor ini-  
micum. lib. 10. 3. 1.

**Cic.** Quicunque *est* spes, ea despendetur anno consulatus  
tui. lib. ep. Famil.

**Quicunque**, idem.

**Cic.** Teque, ita existimare volo, quibuscunque officijs Atti-  
cum obstrinxeris, ipsisdeni me tibi obligatum fore; li. 13.  
18. 15

**Quicunque**, absolute positum.

**Sueton.** Vagis areas occupare & adficare, si possessio-  
res cessarent, sicunque permisit. Velpa. 8. 20

**Quis**, nisi.

**Cic.** Quem vñquam senatus ciue, nisi me nationibus ex-  
teris commendauit? cuius vñquam propter salutem,  
nisi meam, senatus publice socij populi Romani gra-  
tias egit? Pro Sextio. 25

**Cic. Bruto.** *Quis* reprehendit, nisi qui deposito metu  
præteriti periculi fuerit oblitus? epist. 19.

**Varro.** *Quis* habebat piscinam, nisi dulcem? lib. 3. 3.

**Quis**

Quis, quin, & qui non.

Cic. quis est, quin cernat, quāta vis sit in sensibus. 4. Acad.

Varro. Quis enim fundum colit nostrūm, quin sues ha-  
beat, & qui non audierit patres nostros dicere, igna-  
rum, & sumptuosum esse, qui succidiam in carnario  
suspenderit potius ab lanario, quām ex doméstico fun-  
do? lib. 2. 4.

Cic. Quis esset, qui me in consulatu non casu potius exi-  
stimaret, quām consilio fortē fuisse? lib. 5. 2.

Appen. Quis est omnium, quin,

Sallust. Quis est omnium his moribus, quin diuitijs &  
sumptibus, non probitate, neq; industria cum maiori-  
bus suis contendat? Iugurt.

Appen. { Si quisquam, is.

{ Si quisquam est, ego profecto is sum, vide si.

Quisquam, nisi.

Cic. Attic. Non mentio potuit fieri cuiusquam ab ijs,  
nisi eius, qui illis notus esset. lib. 4. 16.

Cic. Qui tibi venit in mentem negare, I. atrium quem-  
quam vñquam, nisi plebeium fuisse? lib. 9. 2. 1.

Cic. Tum de Provincijs, ab ijs, qui obtinerent, retinēdis,  
neq; cuiquam tradendis, nisi qui ex S. C. succeſſet. li.  
12. 2. 2.

Plaut Pseu. An inuenire postulas quenquam coquim  
Nisi miluinis, aut aquilinis vngulis. sc. Forum.

Appen. Nec aliquis, nisi.

Plaut. Amph. Nec nobis praesente aliquis, nisi seruus  
Sofia affuit. sc. Satin?

Appen.

**Appen.** Nec quisquam, quin, &, qui non. *vide Nemo.*

**Quisquam,** præter.

**Cic.** Neg<sub>3</sub> quisquam hanc nostram sententiam verè vnu-  
quam reprehendit, præter eos, qui arbitrantur melius  
esse deleri omnino Rem pub. lib. 15, 15.

**Cæsar.** Neg<sub>3</sub> temerè præter mercatores, adit ad illos  
quisquam. 4. de bel. Gal.

**Quisquis,** extra.

**Plaut. Mili.** Quemquem à milite hoc videritis homi-  
nem in nostris tegulis,

Extra vnum Palatrinem, hunc deturbatote in  
via. sc. Nisi herclè.

**Appen.** { Nec quisquam, præter.  
{ Nec quisquam, extra. } *vide Nemo.*

**Quicquam,** nisi.

**Cic. Atti.** Neg<sub>3</sub> dixi quicquā pro testi: nonio, nisi quod  
erat ita notum atq<sub>3</sub> testatum, ut non possem præteri-  
re. lib. 1. 4. & lib. 3. 8.

**Plaut. Amph.** Cae quicquā, nisi quod rogabo te, mihi  
responderis. sc. Age.

**Quicquam,** præter.

**Sallust.** Neque vīctis quicquam, præter iniuria licentia  
eripabant. In Coniurat.

**Quicquam,** quin.

**Plau. Mer. Musca** est meus pater, nihil potest clam illū  
haberi.

Nec sacrum, nec tam profanū quicquam est, quin  
Ibi illico adsit. — sc Homo.

**Quicquam,** quod non.

**Cic. Atti.** Omnia timeo, nec tam miserum est quicquā,  
quod

*quod non in nostram fortunam cadere videatur. lib.*

3.8.

**Cic.** Atti. *Neg<sub>3</sub> herc<sub>lē</sub> quicquam timebat, quod non  
esset timendum. lib. 10.12.*

5 Quicquam, quod non idem.

**Cic.** Erant enim nobis perirati, quasi quicquam de no-  
stra salute decreuissimus, quod non idem illis censui-  
semus. lib. 9.6.

Quia, eō.

10 **Cic.** Att. *Quia scriperas te proficiisci cogitare, eō te ha-  
bere censem<sub>am</sub>. lib. 10.15.*

**Idem.** Att. *Quod quia facile ferebat sīca, eō magis illā  
desidero. lib. 12.25.*

15 **Ter.** Hēau. *Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iuf-  
feras,*

*Eō capi. — act. 4.4. Itidem Adel. act. 4.5.*

**Sallust.** *Quia bona aliena largiri, liberalitas, malarum  
verum audacia, fortitudo vocatur: eō resp. in extremo  
sita est. In Coniurat.*

20 **Plaut.** Persa. *Quia ei fidem non habui oranti, eō misi  
eas machinas molitus. sc. Qui sunt.*

Quia, īccirco.

25 **Ci.** Sententiarum ornamenta maiora sunt: quibus, quia  
frequentissimē Demosthenes vtitur, sunt qui putent  
īccirco eius eloquentiam maximē esse laudabilem. In  
Oratore.

**Vlpian.** *Quia assidua est dupla stipulatio, īccirco pla-  
cuit etiam ex empto agi posse. l. quod si. 31. ff. de æ-  
dil. edict.*

**Cic.** Atti.

**Cic.** Attic. *Quia omnia, quia Cato laudibus extulerat in calum, prescribendaq; censuerat, siccirco in eius sententiam est facta discessio.* lib. 12.2.1.

*Appen.* *Quia, non siccirco:*

**Cic.** Aegri quia non omnes convalescunt, nō siccirco nulla est medicina. 2. De nat. Deo.

**3.** Idem. Nec quia nusquam erat scriptum, ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret, &c. siccirco minus Coclitem illum, rem gessisse tantam fortitudinis lege, atq; imperio putabimus. libr. 2. De Legib;.

*Quia, ideò.*

**Cic.** Sed quia confido, mihi que persuasi, illum & dignitatis municipij, & aequitatis, & voluntatis etiam erga se habituum esse rationem, ideò à te non dubitauit contendere, ut hanc caussam illi integrum conseruares. lib. 13.7.

**Macer.** Sed quia plerunq; abigei & ferro vtuntur, si deprehendentur, ideò grauiter & puniri eorum admissum. *S. t. l. 2. ff. de abigeis.*

**3.** **Cic.** *Quia tua est obscura tua in me benevolentia, sic fit, ut multi per me tibi velint commendari.* lib. 13.70.

**3.** **Sallust.** *Quia nondum frequentes armati conuenerant: ea res consilium diremit.* In Coniur.

*Quia, propterea.*

**Cic.** *Quia semper animaduerti studiose te operam dare, ut ne quid meorum tibi esset ignotum, propterea non dubito, quin scias cuius municipij sim.* lib. 13.11.

Plaut.

Plaut. Capt. — quia mibi natali'st dies,

Proptere à te vocarier ad cœnam volo. sc. 2.

I. Appen. Nulla alia caūsa; nisi quia.

Ter. Adel. Et illud rus nulla alia caūsa tam male odi;

§ nisi quia

Prope est — act. 4. i.

II. Appen. Magis, quia: quām quia.

Colu. Magis, quia superbū videbatur tantum loci de-  
tinere, quām quia flagitiosū. lib. 1. 3.

10 III. Appen. Quia, absolute pōsum.

Sallust. Sed, quia prouenere ibi scriptorum magna in-  
genia, per terrarum orbem Atheniensium facta, pro  
maximis celebrantur. In Coniurat.

I V. Appen. Vel quia, vel quia.

15 Cic. Q. Frat. Vel quia munus magnificentū dederat: vel  
quia facultates non erant. lib. 3. 8.

V. Appen. Non quia, sed quia.

Marcellus. Si neuter eam duxerit vxorem, non quia  
ipſi ducere voluerunt, sed quia illa nubere noluerit. L.

20 Vter. 23 ff. de cond. intti.

Vlpian. Non quia virinam in lecto facit, sed quia vi-  
tiosam vesicā habet. l. queritur. 12. ff. de ædil. edic.

Liuius. Id à Quintio facile impetratum, non quia satis  
dignos eos credebat, sed quia, Antiocho rege iam suspe-  
cto, fauor conciliandus nomini Romano apud ciuitates  
erat. Dec. 4. lib. 3.

Oui. Non quia tu dignus, sed quia mitis ego. 6. Héroi.

Quintil. Non quia Ceratina, aut Crocodilina possint  
facere sapientem, sed quia, &c. lib. 1. c. 10.

VI. Appen.

**V I.** Appen. Neque quia; sed quia:

**Cic.** *Neg<sub>3</sub> verd hoc, quia sum ipse augur, ita sentio; sed quia sic existimari est necesse.* lib. 2. de legibus.

**V II.** Append. Non tantum quia;  
sed quia.

**Vlpian.** Non tantum quia deprehensa est, erit notata;  
sed quia & publico iudicio damnata est. l. Palam. 43.  
ff. de ritu nupt.

**V III.** Append. Non, quia non: sed  
quia non.

**Cic.** *Huius constitutionis Hermagoras inuentor esse ex-*  
*istimatur: non, quia non vñ sint ea veteres oratores*  
*sapè multi: sed quia non animaduerterint eam artis*  
*scriptores superiores.* lib. 1. de Inuentione.

Quicquid, id.

**Cic.** *In amicitia autem nihil factum, nihil simulatum, et*  
*quicquid est, id & verum, & voluntarium est.* In  
Lælio.

**Plaut. Mostel.** *Lucri quicquid est, id domum trahere*  
*oportet.* sc. Melius.

**Cic.** *Nobis an videtur quidquid litteris mandetur,*  
*id commendari omnium eruditorum lectione decere.*  
2. **Tuscul.** prin.

Quidquid, idem.

**Plaut. Menæch.** ————— mulier quidquid dixerat,

*Idem ego dicebam, quid multis verbis opus?* sc. Potin.

Quidquid, id totum.

**Cicer.** *His temporibus difficultissimis, Reipub.* quidquid  
subuenie-

*subuenieris, id erit totum, & proprium tuum.* lib.  
10. 5.

Quidquid, id omne.

Ter. Phor. *Quidquid prater spem euenit, omne id deputabo esse in lucro.* act. 1. 5.

Gellius. *Si quicquam in tam fortis facundiae viro vietum, vel erroris esse dici potest, id omne, & autoritas eius exhausit, & vetustas consumpsit.* lib. 11. c. 13.

Quidquid, hoc omne.

10 Plancus Cic. *Quidquid aliquando futurum fuit in casis perditorum contra patriam, hoc omne iam conuenit.* lib. 10. 23.

Cæsar. *Vt quidquid intercederet temporis, hoc omne victoriam morari videretur.* 2. de bello ciuili.

15 Quidquid, illud omne.

Plaut. Poen. *Quidquid est pauxillulum illuc nostrum, illud omne intus est.* sc. Ita.

Quidem, sed.

Cic. *Superiorem quidem nunquam, sed tarem vobis me speravi esse factum.* lib. 3. 7. & 3. 11. lib. 1. 7.

Idem. *Non equidem te moneo, sed mihi ita persuasi, te quoq[ue] in eisdem versari relus.* lib. 4. 3.

Idem. *Rumores de Dolabella oppresso, satis quidem constantes, sed adhuc sine auctore.* lib. 12. 9.

25 Cic. Att. *De Statio manumisso, & nonnullis alijs rebus angor equidem, sed iam prorsus occallui.* lib. 2. 18.

Appen. Quidem, sed non.

Vlpian. *Accusationem quidem habent, sed non sunt publica*

publica. l. 3. ff. de extraor. criminis.

Quidem, tamen.

Vlpian. Furti quidem actio perimitur, rei tamen persecutio domino seruatur. l. Si quis 52. ff. De fur-  
tis. 5

Quidem, ceterum.

Sueton. Laudauit quidem pietatem tantopere pro se indignantium: ceterum & illacrymauit, & vicem suam conquestus est. Octauio. 66.

Quidem, sed tamen. 10

Cic. Misera est illa quidem consolatio, tali praesertim ciui, & viro, sed tamen necessaria. lib. 6. 2.

Cic. Atti. Habet at ille quidem difficilem, manifestaque caussam, sed tamen caussam. lib. 4. 3. Itidem 4. Tusc. 15

Cic. Quod dicturus sum, puto equidem non valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere. lib. 9.

13.

Ouid. —— mira quidem, sed tamen acta loquor. 6. Elegorium.

Appen. Non quidem, sed tamen.

Cic. Atti. Quinti fratris epistolam ad te misi, non satis humanae uila: quidem respondentem meis litteris, sed tamen quod tu i satis sit. lib. 13. 46.

Quidem, at. 25

Cic. Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afanius jude perierunt, at Cato præclarè. lib. 9. 18.

Quidem,

**Quidem, verumtamen.**

Cic. Atti. *Sed est magnum illud quidem, verumtamen multiplex pueri ingenium.* lib. 6. 2.

Vlpian. *Planè si tempora quidem petenda bonorum possessionis ex testamento largiebantur, verumtamen repudiata est bonorum possessio.* l. 1. ff. si tabu. testa.

**Quidem, certè.**

Cic. *Si quidem mea salus, aut utilis reip. est, aut coniuncta certè reip. saluti:* epist. ad Octauium. 10

**Quidem, vero.**

Vlpian. *Sed patri quidem prætoria iniuriarum actio competit, filio vero legis Corneliae.* l. 5. ff. De Injurijs.

**Quod, id.**

15 Cic. *Quod allatura est diuturnitas, id nos prescripere cōfilio, prudentiaq; debemus.* lib. 5. 16.

Cic. *Nam quod exemplo, id etiam iure fieri putant.* lib. 4. 3.

Idem. *Ex quo intelligitur, quod verum complexus sincerumq; sit, id esse natura hominis aptūmum.* 1. Of. 20 ff. princ.

Ter. Adel. *Quod illi maledictum vehemens existimat,*

*Eam laudem hic dicit maxima.* ————— Prologo.

25 **Quod, idem.**

Cic. *Tamen tuus amor in me sperare me cogit, te, quod tuus necessarijs tribueris, idem esse tributurum meis.* lib. 13. 7.

**Cic.** Sed quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum. lib. 1. 9.

**Cic.** Att. Quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. lib. 13. 38.

Quodcunq;<sub>s</sub>, hoc omne.

**Propertius.** Sed tamen exiguo quodcunq;<sub>s</sub> è pccatore riui

Fluxerit, hoc patria seruat onine meæ. lib. 4. 1.

Quod, absolutè positum.

**Cic.** Quæ aqua postulabit, vt lubente te impetrat. lib. 13. 58. & 59.

**Idem.** Ego, quæ ad tuam dignitatem pertinere arbitrabor, summo studio, diligentiaq;<sub>s</sub> curabo. lib. 13. 68.

Quòd si, certè.

**Cic.** Att. Quòd si tibi vñquam sum visus in rep. fortis, certè me in illa causa admiratus es. lib. 1. 14.

**Vlpian.** Quòd si culpa abest, sine dubio domino competere actio videtur. l. 14. ff. de furtis.

Quòd si, profectò.

**Cic.** Quòd si tu quoq;<sub>s</sub> eandem de mea voluntate erga tespem habeas, ea te profectò nunquam faliet. lib. 3. 2.

**Plancus Cic.** Quòd si vos istic non defueritis, profectò, quod ad me attinet, omnibus rebus abunde reip. satisfaciam. lib. 10. 23.

**Cic.** Att. Quòd si in eam me partem incitarcm, profectò iam reperirem resistendi viam. lib. 2. 16. & lib. 10. 10.

Sallust.

Sallust. Quod si primo prælio Catilina superior, aut ex qua manu discessisset: profectò magna clades atq; calamitas remp. oppresisset. In Coniurat.

Quòd si, at certè.

5 Balbus & Oppius Cic. Quòd si non fuerit prudens, at certè ab optimæ fide, & optimo animo proficietur. lib. 9. ad Atticum.

Quòd si, tamen.

Cic. Quòd si liceret, tamen non debeas. lib. 7. 27.

10 Idem. Quod si, ut spero, victis hostibus nostris veneritis: tamen auctoritate vestra res publica exsurget. lib. 12. 10. & lib. 1. 20.

Brutus Cic. Quòd si omnia essent aliena; tamen tribus tantis exercitibus proprijs reip. valentibus, mag-

15 nun animum habere deberes. lib. 11. 23.

Hirtius. Quòd si alia esset litoris Aegyptij natura, atq; aliorum: tamen. De bel. Alex.

Quòd si, tamen certè.

Cic. Quòd si essem ea perfidia, qua sunt, qui in nos

20 hec conferunt; tamen ea stultitia certè non fuissim. lib. 3. 10.

Quòd si, nihilo minus.

Plancus Cic. Quòd si nihil profecero, nihilo minus maximo sum animo. lib. 10. 11.

Quòd si, sín.

Cic. Quòd si nos ad aliquam alicuius cōmodi aliquando recuperandi spem fortuna referuuit. minus est er-

ratum à nobis, si hæc mala fixa sunt; ego verò te quæ-  
primum, mea vita, cupio videre. lib. 1 4. 4.

Cic. Quòd si conficitur negotium, omnia consequemur.  
si eadem nos fortuna præmet, etiam ne reliquias tu-  
as misera proijicias. lib. 1 4. 3.

Quòd si, ne quidem.

Cic. Quòd si hæc studia traducta erunt ad nostros, ne  
bibliothecis quidem Gracis cægabimus. 2. Tuscula.  
princ.

Quòd si, tunc.

Vlpian. Quòd si neq; pupillus eius etatis erit, vt stipu-  
lari posse, neq; seruum habebit, tunc ipse tutor, quiue  
in eius potestate erit. 1. quotiens ff. de admi. &  
peri. tut.

Martialis. Quòd si non illum sed me peccasse pu- 15  
tabis,

Tunc ego te credam cordis habere nihil. lib. 2. 8.

Quòd si, iam quidem.

Vlpian. Quòd si dolo fecit, iam quidem periculum ip-  
suis est. 1. Nam qui. 1 4. ff. de furtis.

Quòd, eò. comparationem  
significat.

Cic. Quòd fortior amicus es, quoq; plura virtutis, &  
industriæ ornamenta in te sunt, eò mirandum est ma-  
gis. lib. 3. 12.

Cicero Quinto Fratri. Sed quòd erant suauiores,  
eò maiorem dolorem illius ille casus afferebat. lib.

3. 1.

Sallust. Quòd minus gloriam petebat, eo magis illam  
adseque-

5

10

20

25

*adsequebatur. In Coniurat.*

Sallust. *Quò plura bñè, atque strenuè fecisset, ed animum suum iniuriam minus tolerare. Iugurt.*

*Quò, hoc.*

5 Cic. *Quò minus familiaris sum, hoc sum ad inuestigandum curiosior. lib. 4. 13.*

Idem. *Quò difficilus, hoc præclarus. lib. 1. Of-*  
*fic.*

10 Ouid. *Hanc tibi commendo, quæ quò magis orba pa-*  
*rente est,*

*Hac tibi tutori sarcina maior erit. 3. trist. vlt.*

*Quò, tanto.*

Flancus Cicero. *Quò magis me petuerunt, tanto*  
*maiorem ijs frustratio dolorem attulit. lib. 10.*

15 23.

*Appen. Fit interdum ut particularum*  
*altera supprimatur.*

Varro. *Ovium sement tardius esse, quò hæ sint placidiores.* De re Rust. lib. 2. 3.

20 Ouid. *Quò proprius nunc es, flamma p. ore caleco.*  
17. Heroid.

Ouid. *Quò quisq; est maior, magis est placabilis iræ.*  
3. trist. 5.

Ter. Adel. ——————tibi sos certè scio,  
25 *Quò vir melior multo es, quam ego sum, obtempe-*  
*raturos magis. act. 4. 5.*

*Quò, idcirco. particula*  
*causalis.*

Cic. Att. Panormi Lucullus de suis historijs dixerat; se,

quò facilius illas probaret Romani hominis esse; idcirco barbara quedam, & obsoleta dispersisse. lib. 1. 17.

I. Appen. { Non quò,  
Non quò non, } sed.

Cic. Atti. In Pompeianum properabam; non quò hoc  
loco quicquam pulchrius; sed interpellatores illic mi-  
nus molesti. lib. 15. 13

Cic. Att. Non quò ea sit mihi quicquam carius, aut esse  
debeat; sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhi-  
bere medicinam. lib. 16. 14.

Varro. Non quò non ego pecuarias habeam in Italia:  
sed non omnes qui habent citharam sunt chitharœdi.  
lib. 2. 1.

II. Appen. Non quò, sed quia.

Cic. De quo ad te, non quò celandus, essem nihil, scripsi  
antea, sed quia communicatio consilij tali tempore, 15  
quasi quedam admonitio videtur esse officij. lib. 5. 19.

Idem. Quam ut conserues, non quò de tua constantia  
dubitem, sed, quia mos est ita rogandi, rogo. lib.

12. 17.

Cic. Atti. Que, non quò te celerem, non perscribo, sed 20  
quia duteus ~~ant~~ta sunt. lib. 5. 10. id est, diffici-  
lia mitigatu.

Cic. Atti. Scripsi Sextum aduentare, non quò iam ad-  
eset, sed quia certè id ageret. lib. 15. 22.

III. Appen. Non quò non: sed quia.

Cic. In deliberatiuum genus & demonstratiuum, argu-  
mentandi locos, & præcepta dabimus: non quò non  
in aliqua constitutione omnis semper causa versetur:  
sed quia propri tantum harum causarum quidam lo-  
ci sunt. lib. 2. De Inuentione, fin.

IV. Appen.

IV. Appen Non quò, sed quòd.

Cic. Cum hęc scribebam, aliquid iam actum putabam; non quò ego certò scirem; sed quòd non difficultis erat cōiectura. lib. 6. 4.

5 Cic. Non quò omnes sint procuratores, qui aliquid nostri negotij gerunt, sed quòd in hac re queri nihil attinet. Pro Cecinna.

Cic. Non obliuione amicitiae nostrae ad te nullas litteras misi, sed quòd priora tempora in ruinis Reip. nostris q̄

10 iacuerunt. lib. 5. 17.

V. Appen. Non quò, sed tamen.

Cic. Non quò illa Lalij quicquam sit dulcissimus, aut quòd de religione dici possit augustius, sed multo tamen vestigator, & horridior ille, quam Scipio. In Bruto.

15 VI. Appen. Non quò; sed vt.

Cic. Atti. Non quò haberem, quod tibi, præsertim iam propè præsenti, scriberem; sed vt hoc ipsum significare, mihi aduentum tuum suauissimum, expectatiūnum quē esse. lib. 4. 4.

20 Cic. Attic. Non quò haberem magnopere, quid scriberem, sed vt loquerer tecum absens. lib. 7. 15. Item lib. 1. De Inventione.

Cic. Anton. Non quò etas nostra ab illius etate quicquam debeat periculi suspicari; sed vt nosmet ipsi inter nos coniunctiores sumus. lib. 14. 13. Ad Attic. Item Philippi. 13. extrema.

Cic. Att. Non quò ita perspexerint, sed totum vt hoc Balbus sustineat. lib. 11. 7.

Hirtius. Non quò id minori numero militum cōsequi, difficile factu putaret; sed vt ab ea victoria perterritus Ale-

*tis Alexandrinis, protinus castra regis oppugnaret. de  
bello Alexand.*

VII. Append. Non quòd; sed vt.

**Sallust.** Nos arma neq; contra patriam cepisse; neque  
quòd periculum alijs faceremus, sed vt corpora nostra 5  
ab iniuria tutæ forent. In Coniurat.

**Idem.** Non quòd sibi tanti sceleris conscius esset; sed vt  
refr. quieta foret. Ibidem.

VIII. Appen. Non quòd; verūm quia.

**Cic.** Non quòd idem sit seruulus, quod familia, verū quia 10  
non quibus verbis quidq; dicatur queritur, sed que res  
agatur. Pro A. Cecinna.

IX. Appen. Non quòd, sed quòd.

**Ter.** Adel. Non quòd dissimilis res fit, sed quòd, qui fa  
cit. act. 5.3.

**Cic.** Non quòd sola exornent, sed quòd excellant. In O-  
ratore.

X. Appen. Non quòd non: sed quòd.

**Cic.** Mibi quidem apud vos de meis maioribus dicendi  
facultas non datur: non quòd non tales fuerint, qua- 20  
les nos illorum sanguine creatos, disciplinisq; institu-  
tos videtis; sed quòd laude populari, atq; honoris ve-  
stri luce caruerunt. Con. Kul. ad populum prin.

XI. Appen. Non quòd non, sed.

**Cic.** Non quòd non omnis sententia proprio nomine en-  
thymema dicatur; sed vt Homerus propter excellen-  
tiam commune poetarum nomen efficit apud Gracos  
juum, sic cum omnis sententia enthy Niema dicatur,  
¶c. in Topicis.

XII. Appen. Non quòd; sed quia.

**Cic.** In quo ego, nō quòd libenter male audiam: sed quia  
caussam

*causam non libenter relinquo, nimium patiens, & len-*  
*tus existimor. lib. 2. de Grat.*

5 *XIII. Appen.* { Non quia: sed quia.  
 Neque quia, sed quia. *vide Quia.*

{ Non quin, sed quia. *vide Non.*

*XIV. Appen.* *Quò,* absolute positum. *vide Eò.*

*XV. Appen.* { Non quò.  
 { Non, quò non. } *absolute posita.*

*Cic.* *Non quò ei decesset ingenium.* Pro Quintio.

10 *Varro.* *Locum eligendum iuxta villam: non quò non*  
*in villa porticu quoque quidam, quò tutius essent, al-*  
*uearia collocarint.* lib. 3. 16.

*Cic.* *Non quò illum ipsum, quisquam supplicio dignum*  
*putaret.* lib. 5. In Verrem. Item in Bruto.

15 *Quòd, eò.*

*Cic.* *An quòd probare populo R. fidem vestram, & reli-*  
*gionem non potueritis: eò vobis iudicandi potestas ere-*  
*pta sit.* lib. 1. In Verrem.

20 *Varro.* *Quòd proprius accedit, vt non sit macra, quam*  
*vt sit ieiuna, eò ad omnes res cōmodior.* De re Rust.  
 lib. 1. 9.

*Quòd, itaque.*

25 *Cesar.* *Quòd ad prælium egressi Curionis milites, ijs*  
*rebus indigebant, que ad oppugnationem castrorum*  
*erant usui. itaq; Curius exercitum in castra reducit.* 2.  
*de bel. ciuili.*

*Quòd, quodquie; ob eas res.*

*Hirtius.* *Quòd in Italia milites populi R. contra remp.*  
*instigasti: quodq; mihi rei q; pub. inutilis fuisti, &c. ob*  
*eas res ignominie causa, ab exercitu meo te remoueo.*  
*De bello Africano.*

*Quòd*

**Quò, eò. significatione loci.**

Sallustius. *Quò cuiusq; animus fert, eò discedunt. Iugurt.*

Quintus Mutius Scæuola. *Quò tutelare dedit, eò hereditas peruenit, nisi cum faminæ heredes intercedūt.* § 1. Quò. 73. ff. de verb. sign.

**Quò, eodem.**

Iustinus. *Quò se fortuna, eodem etiam fauor hominū inclinat.* lib. 5.

**Quò, ibi.**

10

Varro. *Quò spiritus non peruenit, ibi non oritur curculio.* De re Rust. lib. 1. 57.

Appen. *Quo, absolute possum.*

Plaut. Ruden. — *verum quicquid est,*

*Comiter fiet à me, quo non copia*

15

*Valebit.* — *sc. Qui sunt.*

Appen. *Quò, significatione loci, libenter aff. mit Vt, pro Postquam.*

Cic. *Quo, vt venimus ab Antiochia recessisse cognoui.* lib. 15. 4.

20

Cic. Attic. *Nostri hunc fundum: quo, vt venimus, humaniissimè Quintus: Pomponia, inquit, tu inuita mulieres, ego acciuero pueros.* lib. 5. 1.

**Quòd, eò. vide supra Quò.**

**Quoquam, nisi.**

25

Plaut. Afin. *Vt hanc ne quoquam mitteret, nisi ad se hunc annum totum.* sc. Cur me.

**Quo**

## Quo modo, ita.

**Ad Heren.** Et quo modo quattuor de causis sumitur,  
ita quattuor modis dicitur. lib. 4.

**Plaut. Cistel.** Necesse est, quo tu me modo voles esse, ita  
esse mater. sc. 1.

## Quo modo, sic.

**Cic.** Et quo modo hoc sit consequens illi, sic illud huic. 5.  
Tuscul.

**Cic.** Et quo modo hominum inter homines iuris esse  
vincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestiis. 3.  
De Finibus, fin.

1. Appen. Quo modo, non quo modo.

**Liuius.** Quo modo extorquent, non quo modo petant  
honores quarant. Dec. 1. lib. 6.

15 11. Appen. Quo modo, absolutè positum.

**Cic.** De familia, quomodo amicis placuisse scribis, facie-  
mus. lib. 14. 1.

**Cic. Attic.** Quo modo ego de illius neruis existimo. lib.

15. 4.

20 11. Appen. Quo modo, absolutè positum admi-  
randi significatione.

**Cic. Atti.** Quo modo exspectabam epistolam, quamphi-  
loxeno dedisses? scripseras enim, in ea esse de sermone  
Pompeij Neapolitano. lib. 7. 2.

25 **Idem. Atti.** Qui nunc quo modo occurrunt? quomodo  
autem se venditant Cesari? lib. 8. vlt.

Quoquo modo, tamen.

**Cic. Atti.** Quoquo modo loquar: ego tamen utar mo-  
deratione qua potero. lib. 11. 17.

**Itidem Cic.** 4. & 5. in Verrem.

Quomo.

**Quomodocunque, tamen.**

**Cic.** *Quomodocunq; dicitur, intelligi tamen quidquid dicatur potest.* 5. de Finibus.

**Quoniam, vtique.**

**Cic. Att.** *Et quoniam hoc non venis, coenes apud nos v. 5 tig; pridie Kal. lib. 2. 2.*

**Quoniam, iccirco.**

**Gellius.** *Sed erim, quoniam his primis sensibus doloris, voluptatisq; ante consilij, & rationis exortum, recens natus homo imbutus est: iccirco,* &c. lib. 12. c. 5. 15

**Propertius.** *An, quoniam agrestem detraxit ab orefiguram*

*Iuppiter, iccirco facta superba dea es?* lib.

**Appen.** *Siue quoniam: siue quoniam.*

**Papinian.** *Siue quoniam viuo patre filius familias mori intelligitur: siue quoniam non reuerso eo sui iuris vindetur fuisse.* 1. Quod si. II. ff. de capt. & postlim. 15

**Quot, tot.**

**Cic.** *Si in personis ponitur, quot homines, tot caussæ.* lib. 2. de Orat.

**Idem.** *Hæc est via pars corporis, que quot animi motus sunt, tot significaciones, & commutations possit efficere.* lib. 3. de Orat. 20

**Virg.** *Quotq; emissa manu contorsit spicula virgo,  
Tot Phrygij cecidere viri.* — lib. 11. A en.

**Ter. Phor.** *Quot homines, tot sententiae.* act. 2. 3. 25

**Quotusquisque, qui.** *Vide Quis.*

**Quot, totidem.**

**Cic.** *Fore, ut quot oratores, totidem ferè reperiantur genera*

**genera dicendi.** lib. 3. De Oratore.

Cic. Quot orationum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur. In Oratore.

Cato. Quot iuga boum, mulorum, asinorum habebis, totidem plastrum esse oportet. c. 62.

Quoties, toties.

Cic. Quoties dicimus, toties de nobis iudicatur, lib. 12. de Oratore.

Cic. Atti. Quoties patriam videret, toties se beneficium meum videre. lib. 1.

Cato. Quoties ibis, toties magis placebit quod bonum erit. De re Rust. c. 1.

Quotiescunque, toties.

Cic. Quotiescunq; que pater patratus dediderit, receptor non erit, toties causa noua nascetur. lib. 2. De Oratore.

Idem. Quotiescunq; dico, toties mihi videor in iudicium venire, non ingenij solum, sed etiam virtutis. Pro Cluentio.

Varro. Quotiescunq; haras subulcus purgat, toties renam inyiceret. lib. 2. 4.

Append. Quoties, &c. Quotiescunq; interdum nullam sequentem particulam.

Cic. Quotiescunq; aliquid est actum, sedens ipsi assensu, qui mihi levissime sentire visi sunt. lib. 3. 2.

Sulpicius Cic. Quoties in eam cogitationem necesse est & tu veneris. & nos sape incidimus. libr. 4. 5.

Cæsar. Quoties quaq; cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. 5. de bel. Gal.

Ouid.

Ouid. *Quas quoties perflat, spirare Typhœa credas.*  
I.Fast.

*Quousque, vide Eousque.*

*Reliquum est, vt. quæphrasis,  
ad concludendum perido-*

*ne a eſſe.*

5

Cic. *Reliquum est, vt te id ipsum, quod ego quasi consola-*  
*tionis loco pono, maximè excruciet, commune peri-*  
*culum Reip.lib. 6.1.& 4.*

Idem *Reliquum est igitur, vt tibi me in omni re eum præbeam,* &c.lib.4.8.& 13. 10

Idem. *Quod quando vterq; nostrum consecutus est, reliquum est, vt officijs certemus inter nos.* lib. 7.31. L-  
tem lib. 11.8.& lib.16.9.

Cic.Q. Fra. *Reliquum est, vt te orem, vt valetudini tua, si me, & omnes tuos valere vis, diligentissimè ser-*  
*vias.* lib.1.I. 15

*Appen. Proximum est, vt.*

Cic. *Proximum est ergo, vt opus fuerit classe, nec ne,*  
*quaramus.* Pro L.Flacco. 20

*Reliquum est, ne.*

Ci. *Reliquum est, ne quid stulte, ne quid temerè dicam,*  
*faciamue contra potentes.* lib.9.16.

*Appen. Quid est reliquum, nisi.*

Sallust. *Quid est reliquum, nisi vis vestra, qua moueri posse? Iugurt.* 25

Idem. *Quid erit reliquum, nisi vt illis, qui ea fecere, obedi-  
entes vivamus.* ibidem.

*Restat, vt.*

Cic. *Restat, vt discedendum putem.* lib.4.2.

Ter.

Ter. Phor. *Quod si sit: vt me excutiam, atq; egredi-*  
*ar domo,*

*Id r̄ stat. —————— act. 4. 1.*

Cic. *Restat, vt ijs respondeam, qui sermonibus eiusmo-*  
<sup>5</sup> *di nolint personas tam graues illigari.* 4. Academ.  
 princ.

Cic. *Restat igitur, vt urbem diruamus.* lib. 1. De In-  
 uentione.

Hor. *Restat, vt his ego me ipse regam, solerq; elemen-*  
<sup>10</sup> *tis.* epist. 1.

*Relinquitur, vt.*

Cæsar. *Relinquebatur, vt ex longinquioribus regioni-*  
*bus naues essent exspectanda.* 1. De bello ciuili.

Idem. *Relinquebatur, vt, extremam belli rationem se-*  
<sup>15</sup> *quens, quamplurimos colles occuparet.* 3. De bel-  
 lali.

I. Appen. *Extremum est, vt.*

Cic. *Extremum illud est, vt quasi diffidens rogationi-*  
*mea, philosophiam ad te allegem.* lib. 15. 4.

20 Idem. *Extremum illud est, vt te horter & obsecrem,*  
*animo vt maximo sis.* lib. 4. 13.

II. Appen. *Sequitur,*

Cic. *Sequitur, vt causa ponatur, in quo videndum est*  
*quid in contiouersiam veniat.* lib. De Oratore.

25 Cic. *Sequitur vt cuiusq; generis nota quaratur, & for-*  
*mula.* In Oratore.

Idem. *Sequitur ergo, vt qui maximè cadant in grati-*  
*onem aptam numeri, videndum sit.* Ibidem.

III. Appen { Reliquum est, }  
 { Relinquiur. }  
 { ab solutè positum. }

Dolabellæ. Cic. *Reliquum est, ubi nunc est resp. ibi*  
*X simus*

*simus potius, quam dum illam veterem sequimur, simus in nulla.* lib. 9. 9.

**C.** Reliquum est, quod ipsa optimè considerabit, vestri similes fæminæ sint ne Romæ. lib. 14. 14. Item lib. 15. vlt. 5

**V.** Varro. Reliquum est de scientia pastorali, de qua est dicendum. De re rust. lib. 2. 1. & 10.

Varro. Relinquitur nonum, quod dixi de numero virtutisq; partis commune. lib. 2. c. 1. & 2. & 3.

**C.** Cic. Relinquitur illud, quod vociferari non destitit: non debuisse, &c. Pro Flacco. 15

**T.** Ter. Adel. ————— hoc reliquom est,  
Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat. act. 3. 2.

**C.** Cæsar. Relinquitur noua religio, vt, eo neglecto sacramento, quo nunc tenemini, respiciatis illud &c. 2. de bel. ciuili. 15

#### IV. Appen. Quod reliquum est,

**C.** Cic. Quod reliquum est, tuum munus tuere. lib. 10. 11.

**I.** Idem. Quod reliquum est, quando tibi virtus, & dignitas tua reditum ad tuos aperuit, est tua sapientie, magnitudoq; animi, quid amiseris obliuisci. 20 lib. 6. 12.

**I.** Idem. Quod reliquum est, velim augeas tua in eum beneficia omnibus rebus, quæ te erunt dignæ. lib. 13. 25 28. & 68. & 72.

**I.** Idem. Quod reliquum est, sustenta te mea Terentia, ut potes. lib. 14. 4

#### V. Appen. De reliquo.

**C.** Cic. De reliquo; si id, quod confido fore, dignum eum tua amicitia, hospitioq; cognoueris, peto vt ea complectare. lib. 13. penult.

Varro.

Varro. *De reliquo, antiqua ferè formula viuntur. De re Rustica*, lib. 2. 2.

Cic. Atti. *Si quid erit noui allatum: sciam, de reliquo quid agendum sit.* lib. 3. 9.

5 VI. Appen. *Quod superest.*

Cic. *Quod superest, perge mi Brute, & iam non cum alijs, sed tecum ipse certa.* lib. 11. 15.

Cic. Att. *Quod superest, elaboratur in hoc à me, sicut tibi sensi placere.* lib. 5. 10. & 11.

10 Cic. Att. *Quod superest, etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis, ut facis.* lib. 4. 8. *Itidem.* lib. 9. vlt.

Ter. Heaut. *Sed porrò ausculta quod superest fallacia.* act. 4. 4.

15 Virg. *Quod superest. oro, liceat dare tutam per vndas Vela.* — 5. æn.

Virg. *Quod superest. quæcumq[ue] premes virgulta per agros,*

*Sparge fimo pingui, & multa memor occule terrā.*

20 2. Georg.

Supereſt.

Virg. *Seminibus positis supereſt dea. Kere terram.* 2.

Georg.

Ouid. *Peruigilem supereſt herbis sopire draconem,*

25 7. Meta.

Quintil. *Supereſt lectio. in qua puer ut sciāt ubi ſuſpēdere ſpiritu[m] debeat, &c.* lib. 1. c. 8.

Admonitio.

Dum in Particulis excep[er]endis operam posui, amice Lector, occurrere, & permulte, & perelegantes Transitionū, seu

Transgressionū formulæ; quas omnes quidē  
hoc loco proponere statuerā: Ceterū, vbi  
libellū hunc exspectatione maiorem factum  
animaduerti; visum fuit eas in aliud tempus,  
aliumque locum reseruare, ac reiūcere; & ali-  
quem tantummodo earum, in gratiam iuuen-  
tutis, hīc subiūcere numerum. De formulis  
porrò istiusmodi, quid Fabius Quintilianus  
censuerit, vide libro 4. Institut. c. 1. fin.

*Formulae Transitionum, ex Epistolis Cic.* 10  
*ad Familiares.*

Sed attende quæsō, quæ sint consecuta. lib. 1. 9.

Habes de Vatinio, cognosce de Crasso. Ibidem. m.

Sed de litteris hactenus. lib. 2. 1.

Sed hæc hactenus. lib. 3. 7. & lib. 6. 2. & alibi. 15

Vni epistolæ respondi, venio ad alteram. lib. 2. 17.

Nunc ad alteram epistolam venio. lib. 3. 11.

Accedit eodem vulgi voluntas. lib. 4. 13.

Adde huc, quod perferri litteræ nulla conditione po-  
tuerunt. lib. 10. 31. 20

Cognosce rēbus humanitatem meam. lib. 5. 2.

Dixi de Cæsare, nunc dicam de &c. lib. 5. 6. 6.

Ergo hoc primum: sequitur illud. lib. 9. 18.

*Ex epistolis ad Atticum.*

Nunc Romanas rēs accipe. lib. 4. 15. 25

Quæris nunc de arbuscula: valde placuit. Ibidem.

Nunc pergam ad cetera. lib. 6. 16.

Habes ad omnia, et si penè præterij. lib. 5. 4.

De iſto hactenus. lib. 5. 2.

Et, quod pene præterij. lib. 6. 3.

Hæc ferè sūt in illa epistola: nūc audi reliqua. li. 7. 1.

In

In hac parte haec sunt, vide nunc quae sint in altera.

lib. 8. 3.

De fratre satis de eius filio: indulxit illi quidem suus pater semper. lib. 10. 9.

5 Persolui prima epistola: venio ad secundam. lib. 14. 20.

Habes ad superiorē: nunc audi ad alterā. li. 15. 17.

Sed ad rem venio. lib. 16. 14.

Hac quidē hactenus. Quod reliquū est. lib. 16. 14.

10 Ex epistolis ad Brutum.

Sed hactenus. Venio nunc, longo sanè interuallo ad quandam epistolam. lib. 1. 19.

Hoc ipsum nimium: quare alia videamus. Ibidem.

15 Ex epistolis ad Q. Fratrem.

Quod scribiste à Cæsare quotidie plus diligi, immor-  
taliter gaudio. lib. 3. 1.

De tribunatu quod scribis: ego verò nominatim peti-  
ui Curtio. Ibidem.

20 De Britannicis rebus, cognoui ex tuis litteris, nihil  
esse quod metuamus. Ibidem.

Item de hortis quod me admones: ne fui vñquam  
valde cupidus, &c. Ibidem.

Quid præterea? quid? etiam Gabinius ad'iv. Ka-  
lend. Oct. noctu in urbem introiuit. Ibidem.

25 Rescripsi epistolæ maxima: audi nunc de minuscula.  
Ibidem.

Habes forensia; domi recte. lib. 3. 2.

Habes sc̄rē de omnibus rebus. vnum illud addam.  
lib. 3. 3.

Ex reliquis Cic. librīs.

De exordio satis dictum est: deinceps ad narrationē  
T 3 transcamus

*transeamus.* lib. 1. Ad Heren.

*Consequi videtur, ut doceamus quemadmodum &c.*  
2. ad Heren.

*Sed nos deinceps ad cetera praecepta transeamus.*  
**Ibidem.**

*Tempus est ad ceteras partes orationis proficiisci: de-*  
*inceps igitur de dispositione dicemus.* 3. ad Heren.

*Nunc de artificiosa memoria loquamur.* Ibidem.

*Restant etiam decem exornationes verborum.* 4.  
ad Heren.

*Nunc ut instituimus, proficiisci ordine ad reliqua per*  
*gēmus.* 1. De Inuent.

*Nunc Iudiciale genus, & partes consideremus.* 2.

**De Inuent.**

*Nunc in alteram concessionis partem consideratio-*  
*nem intendemus.* Ibidem.

*Nunc ad deliberationis praecepta pergamus.* Ibid.

*Ac ne diutius vos demoreret, de omni isto genere, quid*  
*sentiam, perbreuiter exponam.* 2. de Oratore.

*Ac verborum quidem genera, quae essent faceta, dixi*  
*se me puto, exerum plura sunt.* Ibidem.

*Sed ut ad Gracos referam orationem.* 3. De O-  
ratore.

*Sequitur continuatio verborum, quae duas res ma-*  
*ximè desiderat.* Ibidem.

*Reliquus est comparationis locus.* Ibidem.

*Sed veniamus ad nostros.* In Bruto.

*Nunc reliquorum oratorum etates persequamur.*  
Ibidem.

*Reliqua duo sunt: agere, & meminisse.* Ibi-  
dem.

*De.*

De numero mox: nunc de sono querimus. In Oratore.

Sequi videtur, ut videamus quae sint illa. Ibidem.  
Quod ad definitiones attinet, hactenus: reliqua videamus. In Topic.

Habeo de simplicibus verbis; nunc de coniunctione querco. In Partit.

Teneo istam distributionem: nunc conjecture locos querco. Ibidem.

Quae ad fidem pertinent, habeo: quemadmodum in dicendo singula tractentur, exspecto. Ibidem.

Habeo ista: nunc ea velim audire, que. Ibidem.

Ne diutius vos teneam, Iudices, societas coitur. Pro Sex. Ros. Amerino.

Mitto querere qua de causa: querco quis scias. Ibid.

Quæstura istius demonstrata, reliqua attendite. lib. i. In Verrem.

Iam hoc ridiculum est. Ibidem.

Accipite aliam non minus impudentem calumniam.

2. In Verrem.

Videte porro aliam dementiam. Ibidem.

Nunc illud, quod penè præterij, non annino relinquentum videtur. 3. In Verrem.

Atq; hæc parua sunt, cognoscite reliqua. Pro Cluent.

Aceruatim iam reliqua, Iudices, dicam. Ibidem.  
Vocat me aliò iamdudum tacita vestra exspectatio, quæ mihi obloqui videtur. Ibidem.

Vt terra motus relinquam, vt omittam cætera: hoc certè, Quirites, quod sum dicturus, neq; prætermittendum, neq; relinquendum est. 3. In Catili.

Omittamus de genere dicere: videamus cetera. Pro  
Murena.

Propius accedo, nego ista esse testimonia. Pro L.  
Flacco.

Intrabo etiam magis, qui gesit non ad st. Ibidem. 5  
Aliquid præterea, timide dico, sed tamen dicendum  
est. Pro Plancio.

*Ex libris Varronis De lingua latina.*

Hæc de hominibus. Hinc quod sequitur de pecore.  
lib. 4.

Proxima animalibus, sunt ea, qua viuere dicuntur,  
neg habere animam, ut virgulta Ibidem. 10

Prius, de induitu, aut amictu quæ sunt, cagam. Ibid.  
De statutis diebus dixi: nunc de animalibus dicam.  
lib. 5.

De his diebus nunc iam, qui hominum causa consti-  
tuti, videamus, Ibidem. 15

De multitudine quoniam quod satis esset ad moniti, de  
obscuritate pauca dicam. Ibidem.

Adycienda & hac, quæ coniuncta cum temporib. 20  
Ibidem,

Nunc primùm ponam de censorij tabulis. Ibid.

Causam, quare ab impositis nominibus declinarint,  
ostendi. Sequitur in queis voluerint declinare aut no-  
luerint, lib. 6. 25

Hæc sequitur & locus, & tempus. Ibidem.

Incipiam, quod huiusc libri est, dicere contra eos,  
qui. Ibidem.

Deinceps dicam de altero genere vocabularum.  
lib. 7.

De parti-

**D**e partibus singularis deinceps expediemus. lib.8.

*H*ec nunc strictim dicta, apertiora sient infra. Incipiam  
hinc, quod regant. Ibid.

**D**e homine. dicimus enim hic homo nihil est. Ibidem.

**5** *Q*uod ad nominationum analogiam pertinet. Ibidem.

*Q*uod ad verborum rationem attinet. Ibidem.

Satis, cur.

**L**uius. *I*d satis consuli visum, cur pro victo relinquet  
hostem. Dec. i. lib. 2,

Scilicet vt.

**10** Cic. Att. Scilicet, vt tu scires. lib. 15. 25.

**P**aulus. Scilicet vt dominus in eo pristinum ius recipi-  
at. l. postliminium. ff. de capt. & postlim.

Scilicet ne.

**15** Cic. Et id cogitas, vt aut ad comitia curras; aut si iam  
confecta, domi tua sis: scilicet, ne cum maximo pericu-  
lo, vt scribis, stultissimus sis. lib. 10. 26.

**S**allust. Scilicet ne per otium torpescerent manus, ani-  
mus, gratuitò potius malus, atq[ue] crudelis erat. In  
Coniurat.

**20** Secus, ac.

Cic. Cuius ego salutem, non secus, ac meam tueri debeo.

Pro Plancio.

Cic. Non dixi secus, ac sentiel am. lib. 2. de Orat.

**25** Cic. Q. Frat. Quibus illi quidem non multo secus, ac  
seruis imperabant. lib. 1. 1.

Virg. Non secus, ac neruo per nubem impulsa sagitta.  
lib. 12. Aen.

*Append.* Non secus, ac si.

Cic. Me atamen in te omnia officia constabunt non secus, ac si vidi. Sem. lib. 3. .8c lib. 13. 33.

Cic. Atti. Velim domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus, ac si domi adesses, cum ceteri, sicutum Varronis. lib. 4. 1. 4. & vlt.

Cic. Hoc tibi persuadeas velim, me non multo secus facere, cum de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum. lib. 3. de Orat.

Ter. Hec. ————— nunquam secus

Habui illam, ac si ex me esset nata. ————— act.

2. 3.

Virgilius. Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscaens

Infernus referet sedes. ————— 8. Aen.

15

Secus, atque.

Cic. Sed aliquanto secus, atq; in tradenda arte dici solet. In Orat.

Cic. Nec sequitur illico esse caussas immutabileis, easq; aternas, quae prohibeant quicquam secus cadere, atque causurum erit. De fato.

I. Appen { Non secus, atque.  
Non secus, atque si.

Sallust. Solet in illis locis tempestas haud secus, atq; in mari retinere. Iugurt.

25

Idem. Neq; secus, atq; si hostes adessent, iter facere. Iugurt.

Idem. Neq; his secus, atq; alijs armis muniti. Ibidem.

Virgil. Haud secus, atq; alto in luco cum forte ceterua Confondere avium, piscesque amne Padusæ,

Dant

Dant sonitum rāuci per stagna liquentia cycni. libr.

11. Aen.

*II. Appen.* Non longè secus, atq; si.

Gellius. *Qui verò ita dicit, si cupidè feceris, cupide fecisse diceris, non longè secus dicit, atq; si diceret.* Si cupidè feceris, cupidè feceris. lib. II. c. 13.

Secus, quām.

Cic. Att. *Mibi autem erit maximè cura, ne quid fiat secus, quām volumus.* lib. 6. 2.

19 Cic. Att. *Spem de salute Reip. significas aliquanto secus, quām solebas.* lib. 8. 2.

Cic. *Ab his non multo secus, quām à poētis, hæc eloquenteria, quam querimus, seuocanda est.* In Oratore.

Plaut. Aulu. *Quid fecimus? quid diximus tibi secus, quām velles?* sc. Redi.

15 Ter. Phor. *Situ illam attigeris secus, quām dignū est liberam,*

*Dicam impingam tibi grandem.* — act. 2. 2.

20 Plaut. As. *Neg, nouum neg, mirum fecit, nec secus, quām alijs solent.* sc. vlt.

*Appen.* Nihilo secius, quām

Plaut. Menæch. *Hæc, nihilo mihi esse videntur secius, quām insomnia.* sc. Per ego.

Secus, quām si.

25 Plaut Ruden. *Timidas, egentes, humidas, eieatas, exanimatas*

*Accepit ad se: haud secus, quām si ex se simus natæ.* sc. Intelligo.

Liuius. *haud secus, quām si in insidias incidissent, turbati vertunt terga.* Dec. I. lib. 2.

Plaut.

Plaut. Capt. Nec mi secus erat, quām si essem familia-  
ris filius. sc. Iam.

I. Appen. Obseruatione dignum visum est  
& hoc inquendi genus.

Plaut. Cap. Si ego item memorem, quæ mederga mul-  
ta fecisti bene,

Nox diem adimat. nam si seruus meus essem, nihil  
secuus

Obsequiosus mihi semper fuisti. — sc. Quæ res.

II. Appen. Secus, ab solutè positum.

Cic. Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum  
bellum, et si id ipsum non nullis videatur secus. lib. 6. 4.  
& 22.

Idem. Det tu in me armo, inquis, secus existimandi,  
videris nonnulli loci dedisse. lib. 3. 6.

Cic. Atti. Id ego suspicari coepi ex tuis litteris, aut hoc  
ipsum esse, aut non multo secus. lib. 9. 8. & lib. 7. 1.

Hirtius. Ne quid temere culpa sua secus admitteretur,  
eum locum definire coepit. de bello Hispan.

Plaut. Trinum. Dedi stine hoc pacto ei gladium, qui  
se occideret?

Quid secus est, aut quid interest, dare te in manus  
Argentum amanti homini adolescenti, animi impo-  
ti. sc. Larem.

Virgil. Currit iter tutum non secus æquore clavis. 5.  
æn. extremo.

Seu, aut.

Virg. Ac veluti montis saxum, de vertice preceps  
Cum ruit auulsum vento: seu turbidus imber  
Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas. 12. æn.

Seu

Seu, siue.

Cæsar. *Si, seu verè quam habuerant opinionem perferrunt; siue etiam aurilus Vari seruiunt, confirmat quidem, &c. 2. De bello ciuili.*

5 Ouid. *Seu temerè exspecto, siue hoc contingere fas est.*  
3. trist. 5. & 8.

Horatius. *Seu poscat agna, siue malit hædo.* libr. x.  
Od. 4.

I. Appen. *Seu quia; seu quia.*

10 Colu. *Id minimè conductit agricola; seu quia nemo suū proprium aliquod esse opus credit; seu quia, cùm enixus est, non suo, sed communī officio proficit.* lib. i. vltimo.

II. Appen. *Siue quòd; siue quòd.*

15 Hirtius. *Siue quòd in ipso satis præsidij pro virtute, ac felicitate eius putarent esse: siue quòd ipsi sibi timebant.* De bello Alex.

III. Appen. *Siue eò quòd; siue eò quòd.*

20 Hirtius. *Cassius contrà suis se tenet præsidij, siue eò, quòd plus sibi iuris deberi, quam Marcello, existimat: siue eò, quòd, ne præoccupatus animo Lepidi effet obsequio aduersarij, verebatur.* De bello Alexan.

IV. Appen. *Seu quòd: siue eò, quòd.*

25 Cæsar. *Seu quòd timore perterritos Romanos discedere a se existimarent: siue eò, quòd re fiumentaria intercludi posse considerent.* i. de bel. Gal.

Siue, seu.

Ter. And. *Siue hæc te solum semper fecit maximi,  
Seu tibi moriger a fuit in rebus omnibus.* a Et 1. 5.

Ouid. *Siue die laxatur humus, seu si rigida lucent*

*Sydera*

Sydera, prospicio quis freta ventus agat. 2. Heroid.  
Colu. Siue vera, seu falsa ratio est, litteris astrologiae co-  
cedatur. lib. I. I.

Plaut. Sti Here, siue ego taceam, seu loquar, scio scire  
te. sc. Cum bene. §

Siue, vel.

Paulus. Siue prohibeatur frui a domino, vel ab extra-  
neo quem dominus prohibere potest. 1. Si in. 24. ff.  
loc. cond.

Siue, siue non diuersis verbis  
copulata. id

Vlpian. Siue illò venerit, siue non fuerit praesens. l. 4. ff.  
vibonorum raptorum.

Siue, siue non sine iteratione  
verbi. 15

Cic. Siue referent ad me, siue non: mea tibi tamen be-  
nevolentia fides q[ui] prestatitur. lib. 12. 2.

Cic. Si fatum tibi est ex hoc morbo non conualescere, si-  
ue tu medicum adhibueris, siue non: non conualescet.  
de Fato fin. 20

Vlpian. Qui locauit, solus notatur, siue depugnauerit,  
siue non. l. i. ff. de postulando.

Idem. Siue estimata res in dotem data sit, siue non. 1.  
Sunt. ff. de publi. in rem.

Siue, siue non. verbo i-  
terato. 25

Dolabel. Cic. Tu autem, mi Cicero, sic hac accipies,  
vt siue probabuntur tibi, siue non probabuntur, ab op-  
timo

**timo certe animo ac deditissimo tibi, & cogitata, &**  
**scripta esse iudices.** lib. 9. 9.

**Cic.** Siue adhibueris medicum, siue non adhibueris, non  
 conualesces. De fato.

**I** Julianus. Siue testamenti factionem habuerint: siue non  
 habuerint. l. bona. ff. de capt. & postli.

**Cic.** Atti. Ego solus alius sum, siue hoc recte, siue non re  
 cte. lib. 15. 1.

**Vlpian.** Furti obstringitur, siue scit, cuius sit, siue igno-  
 rauit. l. falsus creditor. ff. de furtis.

Si, sin.

**Cic.** Si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego  
 te criminis, si me id facere noles: te mihi aequum pra-  
 bere debebis. lib. 2. 1.

**I** Cic. Si planè à nobis deficis, molestè ferò; si Panæ af-  
 sentari commodum est, ignosco. lib. 7. 12.

**Cic.** Attic. Si quid præter spem erit, facies ut sciam, si  
 est, ut arbitror, negotium perditum: scribes tamen, ne-  
 que res ista commouebit. lib. 15. 13.

**Ter.** Hec. Ego Pamphile esse inter nos, si fieri potest,  
 Affinitatem hanc sanè perpetuam volo?

Sin est, ut aliter tua siet sententia,

Accipias puerum. — act. 4. 4. Item Adel. ac. 3. 5.

**Cic.** Quod genus querela mihi quidem videbatur esse  
 amici: si tibi displaceat, non utar eo posthac. sed, si, ut scri-  
 bis, ea literæ non fuerunt disertæ: scito meas non fuisse:  
 lib. 3. 11.

**I. Appen.** Interdum id patitur diuersorum membro-  
 brorum in oratione connexio, ut post Si, bis po-  
 natur, &c.

**Cic.**

Cic. Si simul placebit, statim ad me venies: sin idem placet, atq; eodē, nec continuo poteris, omnia tibi ut nota sint faciā quicquid statueris, te mihi amicum: sin id, quod opto, etiam amicissimum iudicabo. lib. 5. 19. & lib. 7. 14. & lib. 6. 2.

II. Appen. Si, admittit saepius, Sin.

5

Ad Herennium. Si genus caussæ dubium habebimus, à benevolentia principium constituemus, etc. Sin humile genus erit caussæ, faciemus attentos. Sin turpe, insinuatione vtendum erit. Sin honestum caussæ genus erit, licebit rectè vel vti, vel non vti principio. lib. 1. princ.

Si; si vero.

Planc. Cic. Si nudus huc se Antonius conferet, facile mihi videor per me sustinere posse: si vero copiarum aliquid secum adducet, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera à me. lib. 10. 11.

Si: sin vero.

Vlpian. Si statim nuntio misso, condicam: sin vero non statim, potero vindicare. 1. Si ego. ff. de iur. dot.

20

Idem. Si cœundi caussa, quò ne ad dominum reuertetur, fugisset, fugitiuum esse: sin vero ut per matrem faciliorem depreciationm haberet delicti alicuius, non esse fugitiuum. 1. quid sit. ff. de ædil. edict.

21

Si: sin autem.

Cic. Si istic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, preferas nostri desiderium: sin autem ista frigebunt, recipias te ad nos. lib. 7. 1. 1. & lib. 9. 19.

Cic. Att. Si vir esse volet, præclararū ῥωμοδια: sin autem, erimus nos, qui solemus. lib. 10. 6.

Sic:

Si, quòd si.

Cato Cic. *Situ, qua in re nihil fortuitò, sed summa tua ratione, & continentia reip. prouisum est; dīs immortalibus gratulari nos, quam tibi referre acceptum maius, gaudeo: quòd si triumphi prærogatiuam putas supplicationem, &c. lib. 15. 5.*

Si, sed si.

Vlpian. *Si moriendi duntaxat consilio suscepto à domino discessisset, non esse fugituum: sed si fuga prius consilium habuit, deinde mutata voluntate in Tiberim se deiecit, manere fugituum. I. quid sit. ff. de adii. editio.*

Si, sin aliter. uno verbo connexa.

Ter. Phor. ————— si vxorem velit,

15 Lege id licere facere: sin aliter, negat. a. Et. I. 2.

Cic. Id si ita est, omnia faciliora; sin aliter, magnum negotium. lib. 11. 14. & lib. 19. 6.

Si, sin aliter. diuersis verbis copulata.

20 Cic. Att. *Spero, si absolutus erit, coiunctiorem nolis fore in ratione petitionis; sin aliter acciderit, humauerit feremus. lib. 1. 2.*

Plaut. Amphi. *Si qua asportassent redderent, se exercitum exemplò domum*

25 *Reducturum &c. sin aliter sient animati, neq; dent qua petat,*

*Sese igitur summa vi, virisq;, eorum oppidum expugnassere. sc. 1. Idem Trinu. sc. Sta.*

Si, sin fecus.

Plaut. Casii. *Postremo, si illud quod volumus eueniet*

z gaudet

*gaudebitur, si secus, patiemur animis equis.* —  
sc. Face.

Plaut. Trinum. *Sibonus est, obnoxius sum: si secus  
est, faciam vti iubes.* sc. Stasime.

Si, si non. *connexa* { verbi Iteratione,  
verbis diuersis,  
vno verbo,

Cic. *Si feceris id quod ostendis, magnam habeo gratia-  
m, si non feceris, ignoscam.* lib. 5. 19. Item lib. 11.  
11. & lib. 14. 1.

Cic. Atti. *Eo si veneris, de toto itinere, ac fugam ea  
consilium capere potero; si id non feceris, mira or. lib.  
33. Itidem Cato. c. 8.*

Cic. *Si haec ciuitas est, ciuem esse me; si non, exulem es-  
se, non incommodiore loco, quam si me Rhodum, aut  
Mitylenas contulisset.* lib. - . 3.

Cato. *Si den̄ prius erit odor deterior, id optimè: si non,  
sapius facito.*

Plaut. Pleu. *Si credis, nummo: si non, ne mina quidē.*  
sc. Forum. Ibidem. sc. Si de.

Horat. *Si p̄t̄is, recte, si non, quocunq; modo rem.* lib.  
1. epist. . 8. 6.

Si, si non. *In quo & verbi  
iteratio est.*

Cic. *Si potes, laudabilē atq; populare est, si planē non  
p̄tes, absens horū inūm̄ j. rmones facilius sustinebis.*  
lib. 5. 14.

Idem. *Superem equid m virumq; si posset. si id non  
potest, n̄t̄ hoc quā stione animorum explicata: nunc  
si videtur hoc, illud alias.* 1. Iut.

Si,

Si, si minus. *copulata.* { verbo uno.  
verbis diuersis.

Columel. *Si tempestuum erit, confestim: si minus,*  
*postero die fines oculis perlustrare.* lib. 1. c. 8.

5 Cic. Att. *Me si putas te istic visurum, exp̄ctes si minus,*  
*inuisas.* lib. 3. 19.

Vlpian. *Animi autem vitium ita demum pr̄stabilit*  
*venditor, si promisit: si minus, non.* l. 4. ff. de ædil.  
edicto.

10 Cic. Brut. *Vt tu si arbitrarere vtile, exq; rep. esse, per-*  
*sequerere Dolabellam bello: si minus id commodo reip.*  
*facere posses, vt in ijsdem locis exercitum contineres.*  
epistola. 9.

{ verbo uno,  
15 Si, sin minus. *copulata.* { verbis duobus,  
verbo iterato.

Cic. Att. *Igitur S.C. si erit factum, scribes ad me: sin*  
*minus, rem tamen conficies.* lib. 5. 4. & lib. 3. 16.  
& lib. 13. 29.

20 Cic. Q. Fra. *Si perficiunt, optimè: sin minus, ad no-*  
*strum Iouem reuertarur.* lib. 2. 8.

Cic. eidem. *Si ex sententia successerit, bene erit ope-*  
*ra posita: sin minus,* &c. lib. 2. 13.

Idem. *Dominum si habeo, in denos dies singulos sumita-*  
25 *ria legi conferam, sin minus inuerero, quod placeat,*  
*decreui habere apud te.* lib. 9. 15.

Idem. *His ego li teris si quid profecisssem, existimat*  
*optandum quiddam me esse assēcutum: sin minus for-*  
*te valueris, officio tamen esse functum.* lib. 5. 16.

Caesar. *Vt si possent, castellum cui praeerat Quintus*

*Titurius legatus expugnarent, ponentesque intersin-  
derent: sin minus possent: agros Rhemorum popula-  
rentur. 2. bello gallico.*

Si, Sin id minus. *vno ver-  
bo connexa.*

**Cic.** *Omnis cura mea solit in hoc versari semper (di-  
cam enim sapius) si possum, ut boni aliquid efficiam  
dicendo; sin id minus, ut certe ne quid mali. lib. 2.  
de Orat.*

Si, Sin id minus. 10  
*vno verbo.*

**Cic.** *Sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis, velim  
saluis notis: sin id minus, restamen publica per vos  
breui tempore ius suum recuperabit. lib. 12. 2.*

Si, si ne id quidem. 15

**Cic. Atti.** *Si in eo quod ostenderat non stat, mihi ma-  
xime placet; ea, quae male en pta sunt, reddi, si volun-  
tate Pomponiae fi. ri poterit: si ne id quidem nun: mi  
potius reddantur, quam ullus sit scrupulus. lib. 2. 3.*

Si quid, sin nihil. 20

**Cic. Atti.** *Si quid in ea epistola, quam ante diem  
xvi. Kalend. Maii dedisti, fuit historia dignum: scri-  
be quamprimum, ne ignoremus: sin nihil præterio-  
cationem, redde id ipsum. lib. 2. 8.*

Si quid, id. 25

**Cic.** *Si quid operis tibi etiam nunc restat, id maximo-  
pere censeo persequendum. lib. 10. 25.*

Si quid

Si quid, id omne.

Cic. Petam ut si quid residet in te amoris erga me, id omne in Pomponij negotio ostendas. lib. 5. 1.

Si, at.

5 Plaut. Bacchi. Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est sc. Ibo in Piræum.

Si, at si.

Ter. Eu. Nempe incommoditas denique huc omnis redit,

10 Si eu eniat, quod dum prohibeant, discessio.

At si corrigitur, quot commoditates, vide. aet. 3. 3.

Si, attamen.

Ter. Eu. ————— si ego digna hac contumelia sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen.

15 aet. 5. 2.

Si, verò.

Cic. Quis si, ut volumus excep̄rimus, ego verò multam salutem, & foro dicam, & curie. lib. 7. 33.

Si, saltem.

20 Plaut. Trinac. Si alia membra vino maueram, vvi sit saltem sobrium sc. Blitea.

Si, quòd.

Cic. Si villa mea apud te commendatio valuit, quòd scio multas plurimum valuisse; hac ut valeat rogo. lib.

25 13. 40.

Itidem Ad Atti. lib. 11. 23. & ibi P. Manutius.

Si, certè.

Cic. Vicit sumus igitur, aut si vinci dignitas non potest,  
Z 3 facte

fracti certè, & abiecti. lib. 4. 7. Item lib. 5. 16. &  
lib. 13. 1.

Cic. Tu certè coegiffes, si vllum firmamentum in illo te-  
ste posuisses. Pro Flacco.

Idem. Hoc, si aliena res esset, certè facere non potuisset. 5  
lib. 1. In Verrem.

Plancus Cic. Quare, si aut aliter sentirem, certè ad-  
monitio tua me reprimere: aut si dubitarem, hortatio  
impellere posset. lib. 10. 4.

Cic. Atti. Si vlla res est, quæ bonorum animos, quos 10  
iam video esse commotos, vehementius possit incende-  
re, hæc certè est. lib. 2. 16.

Si, nihilo minus.

Columel. Quod si fecerimus, nihilo minus defructum  
infra tertiam partem vasis confedit. lib. 12. c. 20. 15

Si, nihilo magis.

Varro. Si ad eam inuitent, quæ est depravata, nihilo  
magis sequemur. lib. 7. De lin. lat.

Si, vtique.

Vlpian. Si per vim abductum pecus inclusæ sit quis, v- 20  
tig, vi bonorum raptorum conueniri poterit. l. 2. ff.  
vi bonorum raptorum. & l. 4. Ibid.

Quintil. Si sapientia bonum virum facit, bonus vir est  
vtiq, sapiens. lib. 5. c. 10

Quiñtil. Si continentia virtus, vtique & abstinentia. 25  
ibidem.

I. Appen. Si, absolutè positum.

Ci. Si quid generis istiusmodi me delectat, pictura dele-  
ctat. lib. 7. 23.

Plaut.

Plau. Curcu. *Immo si scias reliquias quae sint.* —

sc. Date.

Virg. — *infandum si fallere possit amorem.*

4. xii.

11. Appen. Sin, absolute posatum: cui tamen Si, aut  
expresse, aut tacite (vt quidam volunt)  
pr.emittitur. quale est illud  
Terentij.

Ter. Eu. *Quæ vera audiui, taceo, & contineo optimè:*

10 *Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò p-  
lām est. act. 1. 2.*

Vbi quidam interpretantur, *Quæ vera au-  
diui, id est Si vera audiui.*

Cic. Atti. *Id nisi sit, excludemur: sin ad tabulam ve-*

15 *nimus, vincemus facultates Othonis nostra cupiditate.*  
lib. 12. 39 Nisi, id est, Si non.

Cic. *Si autem erit bellum.* lib. 16. 11. Item ad  
Atti. lib. 7. 1.

*Si quisquam, is.*

20 Cic. *Si quisquam fuit vñquam remotus, & natura, &  
magis etiam, vt n:ibi quidem sentire video, ratione  
atq; doctrina ab ina i laude, & sermōnus vulgi. ego  
profectō is sum.* lib. 15. 4. Item lib. 6.

25 Cic. Atti. *Malè cum credo intellexisse, si quisquam pia-  
le intelligit.* lib. 16. 14.

Ter. Eu. *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis  
Quāplurimis, & minimè multos lēdere,  
In his poeta hic nomen profitetur suum.* Prologo.

*Si, profectō.*

Hirt. *Si sine diricatione inferre integris possit, &c.  
nunquam profectō esset illatus.* 8. bel. galli.

Z 4 Sallust

Sallust. *Quis si dediticius est, profecto iussis vestris obediens erit. lugurt.*

Si, tamen.

Cic. *Quae si exequi nequirem, tamen me lectulus meus oblectaret ea ipsa cogit antem, quae iam agere non possum. In Catone.* 5

Idem. *Et si illis planè orbatus essem, magnum tamen affraret mihi etas ipsa solarium. In Lælio. fin.*

Idem. *Si esse vna minus poterimus, quam volumus; amicorum tamen coniunctione, ipsisdem studijs ita si uenur, ut nunquam non vna esse videamur. lib. 5. 13. & 10.* 10

Cæsar. *Vt si qui etiam in præsentia se occultassent: tamen ipsis deducto exercitu, rerum omnium inopia per eundum videretur. 6. bel. gal.* 15

Si, tamen.

Cic. *Sint uiam Roma profecta es: tamen curabis ut hoc ita fiat. lib. 14. 5.*

Idem. *Sint uia minus scripseris, ego tamen omnia curabo. lib. 6. 23.* 20

Plaut. Poen. ————— sin odiosum est, dicam tamen. Prologo.

Si, tum.

Plau. Capt. ————— olim si aduenisset, magis tum istuc dices. sc. Quantò.

Cœlius Cic. *Sis scias quam sollicitus sum; tum hanc meam gloriam, quae ad me nihil pertinet, derideas.* 25  
lib. 8. 15. & 7.

Cic. Atti. *Hoc si quanti tu aestimes, sciā: tum quid mihi elaborandum sit scire possim. lib. 1. 6. & lib.*

13. 33.

Cato.

Cato. *Si erit locus siccus, tum oleas per semetem serito.*

lib. 1.2 7.

Ter. Eu. *Imò enim, si scias quod donum huic dono contraria comparet,*

5 *Tum magis id dicas.* — aEt. 2.3.

Si, tum demum.

Plaut Mili. *Si id facies, tum demum sciuiisti, qui bonus sit, qui malus.* sc. Quid modi.

Si, tum.

10 Cic. Attic. *Sed ita constitui exspectare, ut, si ad urbem rediremus, ibi nos exspectaret, si tardius id fieret, tunc eum arcesseremus.* lib. 7.17.

Si, citò.

Ter. Heau. *Si non est verum, ad misericordiam amicos adduces citò.* aEt. 5.2.

Si, continuò.

Ter. And. — *si quid narrare occæpi, continuò dari*

*Tibi verba censes* — aEt. 3.2. & alibi sèpius.

20 Plaut. Alfi. *Si quem alium aspergit, caca continuò siet.*  
sc. Agedum. item Pœn. sc. satis. & alibi sèpius.

Si, statim.

Balbus & Op. Cic. *A quo si erit nobis rescriptum, statim, quæ sentiemus, ad te scribemus.* Ad Attic. lib. 9.

25 Vlpian. *Si quidem dedi seruo eius, statim ipsi quæsita est.* l.14. ff. de furtis.

Si, confessim.

Cn. Pompeius. *Si secundum mare ad me ire cœpif-*  
*Z 5 set,*

*set, confestim in Samnium ad me venturum. Ad At-*  
*tic.lib.8.*

Itidem l. 10. ff. De fideicom. libertat.

Si, exemplò.

Plaut. Amph *Si quæ aſportaſſent redderent, ſe exer-*  
*citum extemplò domum*

*Reductum.—sc. i.,*

Plaut. Bacchi *ſi attingas eum manu,*

*Exemplò puer pedagogo tabula dirumpit caput.*  
*sc. Nunc.*

Idem Trucu. *Si ſemel amoris poculum accepit merè,*

*Eaq; intra pectus ſe penetrauit potio,*

*Exemplò & ipſus perijt, & res, & fides. sc. i.*

Si, è vestigio.

Cæſar. *Si imperata non facerent, ad nutum è vestigio* 15  
*diriperentur. 2. De bello ciuili.*

Si, illico.

Ter. Heau.—*ſi nunc à nobis abis, & Bacchidem hic*  
*relinquis,*

*Noster reſt. Set illico, eſſe amicam hanc Clitiphonis.* 20  
*a. 4. 2.*

Itidem Plaut. Aulu. sc. Nunc.

Si, tunc.

Cælius Cic *Si ad numerum ij non eſſent; tunc dein-*  
*ceps proximi cuiusque collegij, in ſortem mitterenur.* 25  
*lib. 8. 7.*

Vlpian. *Si extra ordinem eius rei pœnam exercere ve-*  
*lit, tunc ſubſcribere eum in crimen oportet. l. vlt. ff.*  
*de priuatis delictis.*

Si

Si { iam.  
          { iam tunc.

Plaut. As. *Quam si intelligam deficere vita, iam ipse  
Vitam meam tibi largiar — sc. Cur me.*

5 Ter. Adel.—*si molestus pergis esse, iā intro arripiere,*  
*a&t. 2.1.*

Sallust. *Si paullulum modò vos languere viderint iam  
annes feroceſ aderunt. In Conurat.*

10 Virg. *Iam mare turbari trabibus, ſenias q̄, videbis  
Collucere faces, iam feruere littora flammis,  
Si te his attigerit terris aurora morantem. 4. æn.*

Hirtius. *Si feciſſet, iam tunc ſibi mitteret munera. De  
bello Alexand.*

Si, nunquam.

15 Ter. Adel.—*si me ſenferit  
Eum queritare, nunquam dicet carnufex. a&t. 3.3.*

Si, ibi.

Ter. And. *Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpā in te trāf-  
feret. a&t. 2.3.*

20 Sallust. *Si Numida propius accessiſſent, ibi verò vir-  
tutem ostendere. lugurt.*

Terent Hec.—*ita agrè tulit, vt ipsam Bac-  
chidem,*

*Si ad eſſet, credo ibi eius commiſſeſceret. a&t. 1.2.*

25 Teren. Heau. *Dare de negaris, ibit ad illud illico, &c. 60  
a&t. 3.1.*

Si, ita.

Plaut. Amph.—*quadrigas ſi nunc incendas Iouis,  
Atq; hinc fugias, ita vix poteris effugere infortuniū.*  
*sc. 1.*

Ouid.

**Ouidius.** *Sifuit hic animus nobis, ita parcite diuis.* 1.  
trist. 2.

*Appen.* *Noa si, propterea.*

**Cic.** *Non enim si sine parentibus filij esse non possunt,*  
*propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria.* In Topicis.

*Si non, iccirco.*

**Cic.** *Neque enim, si tuæ res gestæ ceterorum laudibus obsecuritate n attulrunt, iccirco Cn. Pompejum memoriā amissimus.* Pro Deiotaro.

**Cic.** *Neg, enim si multitudo litiū, si varietas caussarū,*  
*si hæc turba, & barbaria forensis dat locum vel vitio-*  
*sissimis oratoribu:;* iccirco nos hoc, quod querimus, o-  
mittemus. lib. 1. de Oratore. item 2. de legi-  
bus.

**Plaut. Ruden.** *Ne inuisas habeas, néue iccirco nobis  
vicio vortas,*

*Si quipiam st, minus quod bene esse lautum tu ar-*  
*bitrare. sc. Nunc id.*

**Varro.** *Non enim pirum recipit quercus, neg, enim si* 20  
*malus pirum.* De re Rust. lib. 1. 40.

*Si, non continuò.*

**Varro.** *Sed si hoc in Saserne fundo in Callia satis fuit,*  
*non continuò id: m in agro ligustico montano.* lib. 1.  
c. 18.

**Ci.** *Non continuò, si me in gregem sicariorum contuli,*  
*sam sicarius Pro Rosc. Amerino.*

**Quint. l.** *An protinus, qui non reddiderit, ingratus sit?*  
lib. 7. c. +.

*Idem.*

**I**dem. Sol colorat: non utiq<sub>z</sub> qui est coloratus, à sole est.  
lib. 5. c. 10.

**I**dem. Non quia est arbor, platanus est: at quod non est  
arbor, utiq<sub>z</sub> platanus non est. Ibidem.

**S**CIC. Nec si ipse minus consequi possumus, idcirco minus  
id ita faciendum esse, sentimus. 2. Tusc. prin.

**I**dem. Nec si P. Crassus idem fuit eloquens, & iuris pē  
ritus: ob eam causam inest in facultate dicendi iuris  
civilis scientia. 1. De Oratore.

**I**c. **I**dem. Non si Cyprius defendisti Carbo, idcirco te isti  
bonum ciuem putabunt. 2. de Oratore.

**V**ARRO. Quod si oportet, vt à similibus similiter omnia  
declin: nūr verba sequitur, vt ab his similibus simi-  
lia debeat: frigi: quod non fit. 7. lelio lat.

**I**5 **I**dem. Si est analogia, sequitur &c. Ibidem.

Si minus, at.

**C**IC. Si minus in curia, at q<sub>z</sub> in foro, at in litt. ris &  
lībris. lib. 9. 2.

**I**20 **C**IC. O audaciam singularem: nō timuisse, si minus viam  
deorum, hominumq<sub>z</sub> famam, at illam ipsam noctem,  
faces q<sub>z</sub> illas nuptiales? Pro Clienti

**C**IC. Effes omnia, si minus re, at verbis legitimis conse-  
cutus. Pro domo sua.

Si minus, tamen.

**I**25 **C**IC. Si id minus contigerit: tamen non possum eum non  
diligere. lib. 9. 17.

Si minus, at tamen.

**C**IC. Propter nostram suffragationem, si n. inus poten-  
tem: at probatam tamen, & iustum, & debitam. lib.  
2. 6.

**I**dem.

**Idem.** *Hic noster vulgaris orator, si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus.* 3. De Orat.

Si minus, certè.

**Cic.** *Atti. Si mihi minus proficio, simulationi certè factio satis.* lib. 12.20.

**Quintil.** lib. 1.c. 8. *vide etiam Si, Si minus.*

Si minus, nihilo minus.

**Sallust.** *Si caussæ peccandi in præsens minus suppetebat; nihilo minus infontes, sicuti fontes, circumuenire, iugulare.* In Coniurat. 10

Si minus, vel. pro Certe,  
aut Saltem.

**Cic.** *Si id mihi minus contingat, vel hoc sim quotidiano tuo sermone contentus.* lib. 2. De Orat.

Si minus, vtique. 15

**Cic.** *Attic. Velim antè poscis: si minus, vtique simul.* lib.

13.4.

Si minus, me herculè.

**Cic.** *Nam aut gr̄it hic aliquid aliquando, aut si minus, vna meherculè collocutio nostra pluris erit, quam omnes Samarobrīnae.* lib. 7.11. 20

I. Appendix. Si minus, absolute  
positum.

**Cic.** *Hoc velim cures, si auctio ante meum aduentum fiet, vt Pomponius: aut si is minus poterit, Camillus nostrum negotium curet.* lib. 14.5. 25

**Cic.** *Quam declinationem sine causa fieri, si minus verbū, re cogitur confiteri.* De Fato.

II. Appen-

II. Appen. Si minus, in posteriori orationis  
membro collocatum

**Cic.** Statui adhibere aliquam modicam cōfolationem,  
quæ leuare dolorem tuum posset, si minus saepe potu-  
isset. lib. 5. 16.

**S** Cic. Huic tu libro maximè velim ex animo, si minus, grā-  
tia caussa suffragere. lib. 12. 17.

**Cic.** Att. Epistolam Cæsaris misi, si minus legisses. libr.  
13. 22.

IO III. Appendix Sin minus, absolute  
positum

**Cic.** Quæ vt concurrant omnia, optabile est; sin minus,  
plures caussæ, maioresq., pond'ris plus habebunt. I.  
Offic.

**I5** IV. Appen. Fit interdum, vt plura orationis mem-  
bra cohærent, conditionali particula utrobique  
suppresa.

**Cic.** Vim volumus extingui? ius valeat necesse est, id  
est iudicia, quibus omne ius continetur: iudicia displa-  
cent, aut nulla sunt? vis dominetur necesse est. Pro Se-  
xtio.

**Idem.** Posit, dandum est, vocat, veniendum. eycit, abe-  
undum, minatur, extimescendum. Paradox. penult.

**Ter. Phor.** Ecce autē similia omnia, omnes cōgruunt,  
25 Vnum cognoris, omnes noris. —— act. 1. 5.

**Ter. Adel.** Amat? dabitur à me argentum. ——

Fores effregit? restituentur, discidit

Vestem? resarcietur. —— act. 2. 1.

**Tē.** Adel. Si id sit dando, atq; obsequendo, non post-  
rioreis feram.

Deerit? id mea minimè refert, qui sum natu max-  
imus. act. 5. 4.

Sallust.

Sallust. *Me quidē, ex animi mei sententia, lādere nulla oratio potest. quippe vera, necesse est, benē prādicet: falsam, vita moresq; mei superant. lugurt.*

Sin minus, certè.

Cic. *Redeo ergo ad vnum illud, me tuum fore cum tuis, si modo erunt tui: si minus, me certe in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni, amoriq; facturum.* lib. 4. 8.

Sin minūs, tamen.

Cic. *Sint tu minus scriperis, ego tamen omnia, quæ tibi vtilia esse arbitabor, summo studio diligenterq; curabo.* lib. 6. 23.

Si non, at.

Cic. *Eorum desiderium: si nō & quo animo, at fortissimas.*  
lib. 6. 23. & 6.

Cic. Atti. *Permagni nostra interest, te, si comitijs non potueris, at declarato illo esse Romæ.* lib. 2. 23.

Cato. *Fundum eodem die, si potest, circumeat: si non eo die, at postridie.* c. 2.

Cæsar. *Si nullam partem Germanorum domum remittere posset: ut ne quos amplius Rhenum transire patere. retrur.* 1. de bel. Gal.

Ter. Adel. — *quæ quantum potest,  
Aliquò abiçienda est, si non pretio, at gratijs. act.*

4.7.

Si non, tamen.

Sulpicius Cic. *Quæ si hoc tempore non suum diem obijisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit.* lib.

4.4.

Cæsar. *Cuius rei exemplum si non haberemus, tamen liber-*

*libertatis caussa institui, & posteris prodi pulcherri-*  
*mum iudicare:n. 7. De bel. gal. Plaut. Ruden.*  
*sc. Nunquam.*

*Si non, attamen.*

5 Cic. *Cum spes si nō optima, at aliqua tamen viuere. lib.*

9.6.

*Itidem In Oratore, princ.*

*Si non, certè.*

10 Cic. Att. *Qui si non plus ingenio valdebas, quam ego,*  
*certè timel as minus. lib. 3. 15.*

Ter. Adel. ————— *si non re ipsa tibi dolet,*  
*Simulare certè est hominis. ————— a&t. 4. 7.*

*Si non, at certè.*

15 Cic. *Putaremus, si non totam caussam, at certe nostrū*  
*iudicium definiri. lib. 15. 15.*

*Item pro Cecin. Itidem Cæsar. 5. bel. gal.*

*Si non, sed certè.*

Cic. Att. *Si Bruto non probatur, nescio, cur illū ame-*  
*mus, sed auunculo eius certè probabitur. lib. 5. vlt.*

20 *Si non, saltem.*

Plaut. Trin. *Id optimum, tute vi sis optimus.*

*Si id nequeas, saltem ut optimis sis proximus. sc.*  
*Minus.*

*Si non, at saltem.*

25 Cic. *Vtinam aliquo si non bono, at saltem certo statu ci-*  
*uitatis, hac inter nos studia exercere possemus. li. 9. 8.*  
*Appen. Si nihil aliud, saltem.*

Cic. *Bonis patrijs, fortunisq; omnib. spoliatis, venit in*  
*iudicium si nihil aliud, saltem ut eum, cuius opera ip-*  
*se multis annos est in sordibus, paullo tamen obsoleti-*  
*us vestitum videret. lib. 1. In Verrem.*

**Plaut. Cas.** *Sic si nihil in petrare potero, saltem fortia-*  
*re. sc. Quillum.*

*Appen.* Saltem, si non.

**Plaut. Mer.** *Vbi h̄ai itaret inuenires saltem, si nomen*  
*nequis. sc. Sumne.*

*Si non, si.*

**Plaut. Bacchi.** *Lippi illic oculi seruus es simillimus,*  
*Si non est, nolis esse, neq; d. fidares:*

*Si est, a' stinere quin attingas, non queas. sc. Me-*  
*am, Item Curcu. sc. Beatus.*

*Si non, si.*

**Cic. Atti.** *Noui est in lige hoc, vt, qui nummos in tri-*  
*bu pronuntiauerit, si non d. derit, impunè sit, sin dede-*  
*rit, &c. lib. i. 14.*

*Si non, tum.*

**Plaut. Poenu.** *Si ego minam non vltus fuero pro' è,*  
*quam lenoni dedi,* (S. ego.)

*Tum profectò mes. bi. ibento scurræ ludificatui. ic.*

**Idem. Poenu.** *Si respondebunt, Punicè p. rga. n loqui,*  
*Si no, tū ad horū mores lingua vertero. ic. A in tu.*

*Appen.* Si non, absolute possum.

**Cic.** *Si non potes omnem partem, aliquam velim extor-*  
*queas. lib. 16. 24.*

**Varro** *Vt intra septa villa habeat aquam: si no, quam*  
*proximè. De re rust. lib. i. ii.*

*Appen.* Si non, in posteriori membro.

**Cic.** *Hoc vno profectò magnus orator est, si non maxi-*  
*mus. In Oratore.*

**Plaut. Capti.** *At ea subterfugere potis es pauca, si non*  
*omnia. ic. Ioui.*

*Sic vt, sin ilitudinis.*

**Cic. Pomponium Atticum** sic an. o, vt alterum si atrem.  
*lib. 13. 1.*

*Idem.*

**I**dem. Sed idem sarciam, te enim semper sic colam, & tuebor, ut quem diligenter. lib. i 3. 62.

**C**ic. Atti. Ego tui Brui rem sic ago, ut suam ipse non ageret. lib. 5. 18.

**S** Cic. Sic & te commendau, & tradidi, ut grauiissime, diligentimeq; potui. lib. 7. 17.

**C**aesar. Prima luce, sic ex castris proficiuntur, ut quibus esset persuasum, non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum. 5. De bel. gal.

**V**lpian. Si quidem sic dedit mulier, ut statim eius fiat. 1. Dotis fructum 7. ff. de Iure dot.

*Appen.* Sic, id est, Adeò ut.

**C**ic. Id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil posse. lib. 13. 31.

**S** Cic. Sic semper dilexi, ut non villo cum homine coniunctius viuerem. lib. 6. 9. & 15.

**C**ic. Sic à me hoc contendit, ut nihil vñquam magis. lib. 13. 1.

**C**ic. Atti. A ducenda autē vxore sic abhorret, ut quidquam libero lectulo neget esse iucundius. lib. 14. 13. Oui. Viuere me dices, sed sic, ut viuere non. 3. trist. 7.

Sic, ut si.

**C**i. Eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res tua. lib. 2. 14.

**S** 5 Sic, ut.

**P**laut Amphi. Neg, me Iuppiter, neg, di omnes id prohibebunt, si volunt,

Quin sic faciam, ut i constitui. ————— sc. Vos intel.

*Appen.* Sic, ita ut.

**C**ato. Sparitam sic facito, ita ut spiram. c. 81.

A a a Appen.

*Appen. Sic, vti, caussale.*

**Cic.** Atti. Sed iudicium, si queris, quale fuerit: incredibili exitu, sic vti nunc ex euentu ab alijs, à me tamē ex ipso initio consilium Hortensij reprehendatur. lib.

I. 14.

5

**Cæsar.** Ex omnibus partibus ad pabulatores aduolaue-  
runt, sic vti ab signis, legiōnibusq; nō absisterent. 5. de  
bel. gal.

**Idem.** Magnoq; vento ignem operibus inferunt. hunc  
sic distulit ventus, vti. 2. bel. ciuili.

10

Sic, ne.

**Colu.** Stabula sic ordinentur, ne quis humor influere  
possit. lib. I. 6.

**Idem.** Illustratum fenestris à terra sic editis, ne manu  
contingi possint. Ibidem.

15

Sic, vt ne quidem.

**Cic.** Quem tu à puero sic instituisti, vt nobili, ne gladia-  
tori quidem cederet. Pro Quintio.

Sic, vt suprà nihil posset.

**Cor.** Nepos. Iden: poēmata pronuntiabat, & grācē  
& latīnē, sic, vt suprà nihil posset. In vita Attici.

Sic, vt non. id est, ea-  
tenus, ne.

**Paulus.** Potest & vi bonorum raptorum agere, sic, vt  
nō excederet quadruplum. I. Si quis egerit. 88. ff. 25  
de furtis.

Sic, si.

**Vlpian.** Cum eo qui pulsabat agere possum: quippe  
cum

*cum in turba dolo malo damnum datum sit, sic tamen si vt damnum daret, ideo cœperat cedere.* l. 4. §. 70 ff. vi bonorum raptorum.

*Appen.* Sic vt. id est. ea mente in hoc, vt.

5 Vlpian. *Si quis sic fecit iniuriam seruo, vt domino faceret, video dominum iniuriarū agere posse suo nomine.* l. Item 15. §. 27 ff. De iniurijs.

Sic, qualis.

Plaut. Amphi. *Imò sic condignum, quale st. qui donec datum est.* sc. Bene vale.

10 Sic, quasi.

Cic. *Sic velim euitare, quasi in eo sint mihi omnia.*  
lib. 15. 14.

Idem. *Quas quidèm sic auide arripui, quasi diuturnam sitim explorare cupiens.* In Catone.

15 Idem. *Sic enim vidi, quasi ea quæ oculis cernuntur, me à te amari.* lib. 10. 19.

Plaut. Amphi. *Sic salutas, at q; appellas, quasi dudum non videris.* sc. Satin? Item Epid. sc. Non.

20 Cic. Atti. *Ea sic obseruabo, quasi intercalatum non sit.*  
lib. 6. 1.

Vlpian. *Seruus, vel sic accepit, quasi socio acquisitus: vel sic, quasi mihi, & socio.* l. Qui mihi 13. ff. de donat.

*Appen.* Interdum hæc transponuntur.

25 Vlpian. *Si municipes, vel aliqua vniuersitas ad agendum det actorem, non erit dicendum quasi à pluribus datum, sic haberi.* l. 2. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine.

*Appen.* Quasi, absolutè positum.

Cato. *Catera omnia, quasi placentam facias, facito.*  
cap. 77.

A A 3

Sic,

Sic, quemadmodum.

Cic. Sic vlciscar singula genera, quemadmodum à quibusque sum prouocatus. Post reditum ad Qui-  
rites.

Columella. Vineæ non sic altos, quemadmodum latos,  
& lacertosos viros exigunt. lib. 1. 9.

Paulus. Pater sic illum amisit, quemadmodum patria.  
I. Postliminium, ff. de captiuis & postli. Item  
1. 18. ff. de pignor .& hyp.

Sic, quemadmodum si, 10

Papinianus. Sic acquiratur filio res & stipulatio,  
quemadmodum si extero promisisset. I. pater. 15. ff.  
de cast. pecu.

Sic, quo modo

Cœlius Cic. Ego tamen sic nihil exspecto, quo modo 15  
Paullum cof. def. primū sententiam dicentem. lib.  
8. 4.

Sic, proinde ut,

Plautus Amphi. Nunquam edepol quenquam morta-  
lem credo ego vxorem suam 20  
Sic effictim amare, proinde ut hic te effictim depe-  
rit. sc. Benè vale.

Sic, velut.

Columel. Sic mente dispositus, velut summa in totius  
rei consecuturus. lib. 1. 1. 25

Sic, tanquam.

Cic. Apud eum ego sic Epheſi fui, quotiescumq; fui, tan-  
quam domi mæ. lib. 1 3. 69.

Cic.

Cic. Odyss. alatina est, sic, tanquam opus aliquod Dædali In Bruto.

Idem. Si sic agerim, tanquam mihi crimen esset diluvium. Pro Cluentio.

¶ Cicero Q. Fratii. Eo sic utar, tanquam bono. lib. 2. 14.

Sic, tanquam si.

Gellius. Hos autem versus Cesellius sic accipit, tanquam si Antiochus dicat lib. 7. c. 2.

10 Appen. Tanquam, absolute.

Cic Ad hunc scribere consueui, huius cum opera, & fidetur domo, & re vti, tanquam mea. lib. 13. 69.

Ter. Adel. Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium

15 Iubeo. ————— act. 3. 4.

Sic, secus.

Cic. Illa, que alijs sic, alijs secus, nec ipsisdem semper uno modo videntur, facta esse dicimus. lib. 1. De legibus.

20 Appen. Non sic, quasi: sed ita, quasi.

Vlpian. Non enim sic eum conuenimus, quasi possidentem: sed ita, quasi dolo malo fecerit quo minus posse deret. l. 1. ff. De tigno iuncto.

#### Appendix.

25 Prior huius comparationis particula, saepe in oratione latina absolute posita reperitur, ut & particula ita, de qua supra egimus. significat autem interdum quod Adeò.

Cic. Res sic se habet, is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. lib. 11. 12.

Cic. De quo sic velim statuas, me hcc eadem sensurum, finisse, si mihi integra omnia, ac libera fuissent. lib. i. 9. & lib. 7. vlt.

Cic. Atti. Sic enim nostræ rationes postulabant. lib. 4. 2.

Idem. Atti. Nunc se res sic habet, volitat, furit. lib. 2. 22.

Cæsar. Sic ad sibiendum periculum, & ad vitandum, multum fortuna valuit. 6. de bel. gal.

Cæsar. Sic magna fuit fortuna, &c. ipsum effugere 10 mortem. 6. de bel. gal.

Cic. Q. Fra. Illud quidem sic habeto, nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunatus. lib. 2. 14. & 15.

Cic. Atti. Me ipsum commouerat, sic absurde, & asperre verbis, vultusq; responderat. lib. 5. 1.

Idem. Atti. Sic habeas nihil mehercule te mibi nec carius esse, nec suauius. Ibidem.

Cato. Maiores enim nostri, sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, fœnerato- 20 rem quadrupli. De re Rust. Præfatione.

Ter. Phor. Sic est ingenium. ————— act. 1. 2.

Sicut, idem.

Cic. Sicut scribis tili id esse referendum, idem ipse sen- 25 tio. lib. 5. 20.

Sicut, ita.

Cic. Hæc, sicut exposui, ita gesta sunt. Pro Milone.

Cæsar. Sicut mari, portul usq; Cæsarem prohibebat, ito ipse omni terra earum regionum prohibebatur. 3. de bel. ciuili.

Colu.

**Colu.** Aedificium sicut salubri regione, ita saluberima parte regionis debet constitui. lib. I. 4.

**Plaut.** As. Sicut tuum vis vnicum gnatum tue  
Superesse vitæ, sospitem & superstitem:  
Ita te obtestor. — sc. i.

Sicuti, ita!

**Vlpian.** Sicuti conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis  
in vnum locum colliguntur, & veniunt, ita & qui ex  
diuersis animi motibus in vnum consentiunt. l. 1. ff. de  
pactis.

**Vlpian.** Sicuti lucrum, ita damnum quoq; commune  
esse. l. cum duob. 52. ff. pro socio.

**Idem.** Sicuti pascit, ita & cibaria potest non recusare.  
1. Sed & si. 11. ff. ad exhibend.

**Colu.** Fundum, sicuti ne fœcundissimi quidem soli, cum  
sit in salubris, ita nec effæti, si vel saluberrimus sit, pa-  
randum. lib. I. 4.

Sicut, item.

**Cic.** Nullæ enim lites, necq; controuersiae sunt, que cogat  
homines, sicut in foro non bonos oratores, item in the-  
atro malos actores perpeti. de Orator. lib. I.

**Cic.** Sicut tu semper summè concupisti, item volebat  
Alphenus. Pro Quinctio.

**Idem.** Omnia magnarum artium, sicut arborum al-  
titudo nos delectat, radices, stirpesq; non itē. In Ora-  
tore.

**Idem.** Iterum enim iam quero abste, sicut modo in illo  
' capite Anniano de mulierum hereditatibus, item nūc  
in hoc de hereditatum possessionibus, cur, &c. lib. I. In  
Verrem.

Sicut, sic.

**Cic.** Sicut alijs in locis parum firmamenti, & parum virium veritas habet, sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet. Pro Cluentio, princ.

**Cic.** Att. Quid quaris sicut ēp roīc ēp cōrūōē alienan̄ t̄z̄ irūmūdā, insulſe, indecora; sic me illius fugae, negligētiaq; deformitas auertit ab amore. lib. 9. 9. id est in rebus amatorijs.

**Q.** Cic. Sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inasus aliquæ fuisse, quæ furtim effent exiccatae: sic tu, &c. l b. 16. 26.

I. Appen. Sicut, absolute possum.

**Cic.** Q. Fra. Cum iam tibi Asia, sicut vnicuiq; sua dominus, nota effe debeat. lib. 1. 1.

**Plaut Bacch.** Nihil est miserius, quam animus hominis conscientis,

sicut me habet — sc. Scelestiorem.

II Appen. Non sicut: sed tanquam.

**Ad Heven** Propterea quod hic locus non est à tota causa paratus, sicut membrum aliquod, sed tanquam sanguis p. & iſus est per totum corpus orationis. libro 4.

III. Appen. Non sicut, sed vt.

**Cic** Nec sicut vulgus, sed vt eruditii solent appellare sapientem. in Lælio.

Similis, ac.

Similis, ac si.

**Varro.** Emptio equina similis ferè, ac boum, & asinorū. lib. 1. 7.

Liuinus.

**L**iuius. Similem panorem inde fugā nō fore, ac bello Gallico fuerat. Ab. V.C.

**L**iuius. Hęc sunt Tribuni consilia vestra, haud herculē dissimilia, ac si quis agro, qui curari se fortiter passus,

§ extemplo comitale scere posset. Ibidem.

**H**irtius. Ne quod simile incommodum accideret de incursione Barbarorum, ac superiore aestate. lib. 8. bel. Gal.

**C**i. Nec si ille sapiens ad tortoris eculeum ire cogatur, si-  
10 milem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset. lib. 4. de Finibus.

Similis, atque.

**C**ic. Similis erit finis boni, atque anteā fuerat. lib. 5. de Finib.

15 **C**ic. Si quid Hortensi docere vis ab isto simile in estimatione, atque à ceteris esse factum: doceas oportet, aliquo in loco Siciliæ, prætore Verre ternis denarijs tritici modium fuisse. lib. 3. in Verrem.

**I**dem. Hic tamen excipit Pompeium: simillimè, ut mihi videtur, atq; in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus excipitur. De lege agraria contra Kul. in Senatu. prin.

**C**esar. Hortatur, ut simili ratione, atq; ipse fecerit, su-as iniurias prosequatur. 7. de bel. Gal.

25 **T**er. Phor. Ne simili vt amur fortuna, atq; vxi sumus Prologo.

**I. Appen.** Dissimilis, atque.

**C**ic. Attic. Aut quiescendum, quod non est dissimile, atque ire in Solonium, aut Antium. lib. 2. 3.

**H**irtius.

Hirtius. *Etsi erat non dissimile, atq; Alexandriae, genus edificiorum.* De bello Alexan.

Ad Heren. *Quoniam dissimiles sint, qui audiunt, atq; ille qui vituperatur, sperare nos, illius vitam vchementer eos improbaturos.* lib. 2.

II. Appen. Consimilis, atque.

Gellius. *Existimauit quidam etiam illud Eiantis, viri sapientis, ac nobilis, responsum consimile esse, atq; est Protagorion illud, de quo dixi modo,* & n̄ s̄ y e p o u . li . 5 . cap . i .

Plaut. Bacch. *Haud consimili ingenio, atq; ille est. sc. Nunc experiar.*

III. Appen. Consimilis, velut.

Plaut. Poen. *Satis spectatum est, deos atq; homines eius negligere gratiam,*

*Cui homini herus est consimilis, velut ego habeo nūc huiusmodi.* sc. Satis.

Similis, et.

Vlpian. *Et erit in hunc casum similis causa eius, & c au ponis. l. Eum q; ui. i 4. ff de furtis.*

Appen. Dissimilis, et.

Cic. *In officio persoluendo dissimilis ratio est, & pecunia debita.* Post redditum ad Quirites, fin.

Idem. *Dissimilis est pecuniae debitio & gratia.* Pro Cn. Plàn.

Similis, quasi.

Plaut. Trucu. *Nam hoc assimile est, quasi de fluvio, qui aquam deriuat sibi.*

Nisi

*Nisi deriuetur, tamen omnis ea aqua abeat in mare.*

sc. lte.

Similis, tanquam si.

**Cic.** Similes sunt Dij, tanquam si Pœni, aut Hispani in  
5 Senatu nostro loquerentur. lib. 2. de diuinat.

Similis, ut si.

**Cic.** Similesq; sunt, vt si gubernatorem in nauigando  
agere nihil dicant. In Catone.

Similiter, ac.

**10 Varro.** Similiter *flabellum*, ac *flagellum*. Dere Rust.  
lib. 1. 31.

Similiter, ac si.

**Cic.** Tu autem quid quaris? similiter facis, ac si me res-  
ges. De natu. deo.

**15** Similiter, atque.

**Cic.** Neg; verò illum similiter, atq; ip; e eram, commo-  
tum esse vidi. Philip. 1.

**Cic.** Videamus quale sit similiter à nobis antiquos Pla-  
losophos commemorari, atq; seditiosi solere et claros  
20 viros, sed tamen populares aliquos nominare. 4. A-  
cademic.

**Brutus Atti.** Non omnibus horis iactamus idus Mar-  
tias similiter atq; ille Nonas Decembres suas in ore  
habet. epist. 21. ad Brutum.

**25 Festus.** Quod similiter, atq; illa curentur. In Poli-  
menta.

Similiter, vt.

**Varro.** Si esset analogia, similiter vt dicunt aues: oues,  
fues dicerent. lib. 1. Analo.

Vlpian.

**Vlpian.** Non similiter locationes, vt renditiones sunt.

Iciendum. 63. ff. de ædil. edict.

**Africanus.** Centum Capuae dari stipulatus fiduciis sūpōrem accepisti. ea pecunia ab eo similiter, vt ab ipso promissore peti debet. l. centum. ff. de eo quod certo loco.

**Plaut.** Pseu. Ex offabo ego illum similiter itidem, vt munera nam cocus. sc. Pseudole.

Similiter, vt si.

**Cicer.** De qua præclarè apud eundem est Platoneim, 10 similiter facere eos, qui inter se contendenter, uter potius Rempub. ad ministraret, vt si nautæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret. lib. 1. Offic.

**Cic.** Si dicit non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint; dicit absurdè. similiter vt si dicat, non reprehendendos parricidas, si nec cupidi sint, nec deos metuant. lib. 2. de fin.

Similiter, quòd.

**Varro.** Ocum dictum à Græco verbo ὁκέας, quod vallet Cito. Similiter quo ocmū in horto. De re Rust. 20 lib. 1. 3. 1

Append. Similiter, nisi quòd.

**Sallust.** Oppidum haud dissimiliter situm, munitumqz, nisi quòd apud Thalam non longe à mœnibus aliquot fontes erant. Jugurt.

**Appen.** Similiter, absolute positum. 25

**Cic.** Ego etiam si omnia, quæ dicenda sunt, liberè dixerō, nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. Pro Rosc. Amer. princ.

**Vlpian.** Quod iecur, quod pulmo, aut aliud quid similiter dolet. l. qui. 1. ff. de ædil. edict. Ar-

**Arrius Menander.** *Non omnes desertores similiter  
punientur. l.5. ff. de re milit.*

Simul, ac,

**Cic. Att.** *Simul ac constituero, scribam.* lib. 16. 10. &

5 lib. 12. 8. & lib. 14. vlt.

**Calsius Cl.** *Simul ac legiones accepi, scripsi ad te.* lib.  
12. 12.

**Cic.** *Simul ac mihi collibitum sit, de te cogitar.* lib. 15.  
16. & lib. 8. 2.

10 **Varro.** *Quin simul ac promiseris mineral, incipiam.*  
lib. 3. c. 2. & lib. 1. c. 8.

**Sallust.** *Iam primum iumentus, simul ac belii patiens  
erat, in casis per laborem ysu militiam discebat. In  
Comurat.*

15 **Horat.** ————— *simul ac peruerteris illuc.* lib. 1. epi-  
stola 1. 3.

**Plaut. Afi.** ————— *Vapula. M E. id quidem tibi hercle  
fiet*

*Vt vapules, Demanetum simul ac conspexero hodie.*

20 **sc.** *Quid hoc.*

Simul ac, continuò.

**Cic. Att.** *Quid possum de Torquate, nisi aliquid à De-  
labella? quod simul ac, continuò scietis* lib. 13. 2. 1.

Simul ac, statim.

25 **Cic.** *Simul ac me Dyrrachium attigisse audiuit, statim  
ad me, licitoribus dimissis, infig. ibus abiectis, ueste mat-  
tata, prosectorus est. Pro Flacco o. fin.*

**Cic.** *Vires simul ac tetigit provinciam, statim Messa-  
nam litteras dedit.* lib. 1. In Verrem.

*Appen.* Simul ac, & Simul ac primūm,  
absolutè posita.

**Cic.** Simul ac potestas primūm data est, adeunt hi, quos  
dixi. lib. 1. in Verrem.

**Varro.** Simul ac primūm ex isto villatico pecore mor- 5  
tui erunt anseres, aut pauones. lib. 3. 2.

**Varro.** Simul ac promiseris mineral, incipiam. Ibi-  
dem:

Simul, atque.

**Cic.** Simul atq; introductus est, rē confecit. Pro Clu- 10  
entio.

**Idem.** Simul atq; expeditset, quæ essent necessaria de  
Repub. dixit se relaturum. lib. 16. 10.

**Idem.** Gratissimū mihi feceris, si ad me, simul atq; ade-  
ptus eris, quod & tu confidis, & ego opto, litteras mi- 15  
seris. lib. 3. 9.

**Cœlius Cic.** Simul atq; erunt captæ; qui alant eas, &  
deportent, habes eos, quos ad Sitianam syngrapham  
misisti. lib. 8. 6.

**Cæsar.** Sulmonenses, simul atq; nostra signa viderunt, 20  
portas aperierunt. 1. de bel. ciuili.

**Paulus.** Contra autem, simul atq; noluit peculium ser-  
ui, definit peculium esse. 1. non itatim. ff. de pecu.

*Appen.* Pariter cum, id est, Simul, atque  
codem tempore, quo.

**Sallust.** Pariter cum capta Thala legati ex oppido Le-  
ptii ad Metellum venerant. Iugurt.

Simul atque, illicò.

**Cic.** Simul atq; increpuit suspicio tumultus, artes illico  
nostræ conticescunt. Pro Murena.

Plaut.

Plaut. Amph. Huc autem qom exemplō aduentum  
apporto, illicō.

Ampliitruoſio, & vſtitum immuto meum. sc. E-  
go ſum.

5 Simul atque, continuo.

Cic. Qui simul atq; in oppidum quoppiam venerat, im-  
mittebantur illi continuo Cibyratici canes. lib. 4. In  
Verrem.

Iulianus. Simul atq; inde dempta eſſent, continuo in  
10 priftinam cauſam reuerti. I. Habitator. 59. ff. de  
rei vindicat.

Simul atque, statim.

Cic. Quem simul atq; attigi, statim homose erexit.

Pro. Koſ. Ameri.

15 Idem. Que pecunia ſimulatq; ad eum delata eſt, homo  
impuriſimus statim cœpit in eiusmodi mente, & cogi-  
tatione verſari: nihil eſſe &c. Pro Cluent.

Idem. Fuiſius, ſimulatq; edificari cœptum eſt, egit sta-  
tim cumi Bucculeto. lib. 1. De Orat.

20 Cœlius Cic. Simulatq; aue, mihi dixit, statim quid  
de te audifſet, exposuit. lib. 8. 16

Cic. Qui, ſimulatq; ei forte prouincia Sicilia obuenit, sta-  
tim Roma, & ad urbem ante quam proficiſceretur,  
querere ipſe ſecum, & cum ſuis agitare cœpit, quomo-  
do, &c. lib. 2. In Verrem.

Cæſar. Hostes prælio ſuperati, ſimulatq; ſe ex fuga re-  
ceperunt, statim ad Cæſarem legatos de pace miſerūt.  
4. de bel. gal.

Gell. Virgo aut Vefialis, ſimulatq; capta, atq; in atriu  
Vesta deducta, & Pötificib. tradita eſt, eo statim tēpore  
ſine emācipatione e patris potestate exit. lib. 1. c. 12.

B b      ſimul,

Simul, confessim.

Hirtius. *Ad quem simul nuncius allatus est, confessim sequi cœpit. De bello Hisp.*

Simul, protinus.

Vlpian. *Cum legatorum nomine satis datum est, simul dies legatorum cœpit, protinus ijsdem diebus etiam ex stipulatione debentur. l. 8. ff. vt legatorum nomi. caueatur.*

Ouid. *Hinc simul exieris, lasciuia protinus omnis Absit.* — 3. Amo. 13.

Simul, vt.

Cic. Atti. *Simul vt videro Curionem. lib. 10. 4. in fin.*

Cic. *Qui simul vt increpuit; in media oratione de maximis rebus, & grauiſſimis disputantem philosophum, 15 omnes vunctionis cauſa relinquunt. lib. 2. de O- rat.*

Idem. *Facile vt appareat, nostros omnia consequi potuisse, simul vt velle cœpissent. 4. Tuscul.*

Idem. *Omne enim animal simul vt ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. 2. De Finibus. V'*

Simul, statim.

Cic. *Simul accepi à Seleuco tuo litteras, statim quasi in Balbo per codicillos, quid esset in lege. lib. 2 3 6. 19.*

Appen. *Simul, pro simulatq;, absolute positum.*

Cic. Atti. *Simul aliquid audiero scribam ad te. lib. 8. 11.*

Cic. Att. *Tractatur res, simul quid erit certi, scribam ad te. lib. 2. 20.*

Vide

Vide Manutium in epist. Cic. Familiares.

lib. 6. 19.

Cæsar. Caralitani, simul ad se Valerium mitti audierunt,  
non dum profecto ex Italia, sua sponte ex opido Cottam  
ejectiunt. 1. De bello ciuili.

5 Virg. Nam, simul expletus dapibus, vino que sepul-  
tus,

Ceruicem inflexam posuit, iacuitque per antrum. 3.  
æn.

10 Catul. Quæ simul optatae finito tempore lutes  
Aduenere. 62.

Hirtius. Qui simul ad eum sunt deducti, petierunt si-  
biliceret sine periculo verba proloqui. De bello Afri-  
canico.

15 Idem. Qui simul in conspectum opidi se dederunt, in e-  
quis recipiuntur. De bel. Hisp. princ.

Idem. Quæ simul est mota, equitatus Cæsar is sinistrum  
cornu premere coepit. Ibidem.

Idem. Simul Cæsar castra contra id oppidum posuit,  
20 discordare coeperunt. Ibidem.

Horat. ————— quorum simul alba nautis  
Stella resulfit. lib. 1. od. 4. Idem l. 1. epist.  
7. bis.

Liuius. Simul multitudo illa non secum certari vide-  
25 rent, & ex aduocatis iudices facti erunt, &c. nulli  
magis, quam libertati fauebunt suæ. Dec. 1. lib. 6.

Ouid. Nam simul exta Deo data sunt, licet omnia fa-  
ri. 1. Fast. princ.

Simul, quod.

Simul congregandi, seu transitionis particu-  
la, adsumit Quod, Quia, Ut, Ne.

Cic. *Simul, quod video, non, ut antehac putabam, nouitati esse inuisum me.* lib. i. 7.

Sallust. *Simul, quod as alienū per omnes terras ingēserat.* In Coniurat.

Hirtius. *Simulq; quod tabellarij à Cn. Pompeio dispositi omnibus locis essent.* De bel. Hispan.

Simul, quia.

Sallust. *Quippe fœdum hominem à rep. procul esse volebat: simul, quia longi complures præsidium in eo putabant.* In Coniurat.

Sallust. *Simul, quia volis eadem, que mihi bona, malaque esse intellexi.* In Coniurat.

Simul, vt.

Cic. *Simul, vt esset pœna, quod alterius patroni testamento obtemperasset.* lib. i. In Verrem.

Hirtius. *Simul, vt contra Q. Caſium æquè potentem opponeret dignitatem.* De bel. Alex.

Simul, ne.

Sallust. *Simul, ne per insolentiam quis existimet me met studiū m meum laudando extollere.* lugurt.

Siue, vide Seu.

Statim, atque.

Vlpian. *Proconsul ubiq; quidem proconsularia insignia habet, statim atq; vrlem egressus est.* l. i. ff. de Offic. procon.

Vlpian. *Pomponius putat, admitti ad accusationsm extraneum posse, statim atque isti negauerint.* l. Si inaritus i. j. ff. ad leg. Iul. de adult.

Vlpian.

Vlpian. *Iudici enim statim atq; index factus est, omnium rerum officium incumbit.* l. ædiles 25. ff. de ædili. editio.

Paulus. *Si pro eo, qui temporali actione teneretur, mulier intercesserit, temporalis actio restituetur: sic tamè, ut ex præcedenti causa continua tempora numerentur post restitutionem: quamvis statim atq; intercessit mulier, competierat.* l. debitrix. 24. ff. ad S.C. Veilleia.

10 Statim, cùm.

Papinianus. *Non nascitur ei furti actio, quæ statim cum pecunia soluta est, ei qui dedit, natæ est.* l. Si videro. 80. ff. de furtis.

Statim, quām.

15 Cic. Atti. *Statim, quām decretum sit, tu indicabis.* lib. 6. 1. Longè tamen alia hoc in loco est Lābini lectio.

Vlpian. *Prior statim committitur, quām aliter fuerit vñus.* l. 1. ff. vñfruc. quemad. caueat.

20 Marcianus. *Omnes proconsules statim, qñ in urbem egressi fuerint, habent iurisdictionem.* l. 2. ff. de Of- fíc. procon.

25 Vlpian. *Cum placeat Sabini, & Cassij sententia, existimantium statim nostram esse desineret in, quām derelinquimus.* l. falsus creditor 43. ff. de furtis.

Alia, alij in posteriori lege, interpretatione vtuntur. quanquam hæc mihi quidem arri- deat magis.

Bb 3 Statim,

Cic. Statim, vt ille prator est factus. lib. 1. 9.

Idem. Meq; ab eo diligisti statim captum esse, vt simulatem depositimus, sensi. lib. 2. 13. Item lib. 3. 9.

Idem. Quæsuit à te statim, vt Romam redijt Quintilius. Pro Quintilio.

Cic. Att. Litteras scripsi hora decima Cerælibus, statim vt tuas legeram. lib. 2. 12. & lib. 5. 12. & lib. 9. 8. & lib. 13. 39.

Cic. Malè se res habet, que statim, vt dici cœpta est, nō melior fieri videtur. De Oratore.

Gaius. Statim, inquit, vt venijt id mancipium, eo nomine posse agere cœpit. I. Si verbo. 20. ff. de ædil. ædicto, & I. Iustissime. Ibidem.

Statim, simul ac.

15

Cic. Att. Statim se iturum, simul ac ludorum apparatum ijs, qui curaturi essent, tradidisset. lib. 15. 12.

Statim, simul vt.

Cic. Atti. Ego ad te statim habebo quod scribam, simul vt videro Curionem. lib. 10. 4.

20

Appen. Statim diuersimodè, & eleganter in oratione collocatum. vide Post.

& ibi. 11. Appen.

Cic. Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto. In Oratore.

Cœlius Cic. Coactus est dicere Pompeius se legiōnem abducturum, sed non statim sub mentionem, & coniunctionem obrectatorum. lib. 8. 4.

25  
Cic.

Cic. Haud potest à me grauioribus verbis vulnerari,  
quàm est statim in factō ipso, ab illo confectus, & tru-  
cidatus. De arusp. responsis.

Modestinus. Stipulatio de dote reddenda ab extra-  
5 neo interposita, factō diuortio statim committitur. I.  
Stipulatio. ff. de lute. dot.

Plinius. Semipedalibus ramulis quinis, senisue, à radi-  
ce statim foliosis. lib. 27. c. 9.

Plinius. Quod statim edito partu deuorat fœta. lib.

10 8. cap. 42.  
Ad Heren. Nam statim re narrata, expectat animus  
auditoris, ex qua re causa confirmari posſit. lib. 3.

Super, quàm.

Horat. ————— pœnas dedit usque, super-  
15 quæ

Quàm satis est, pugnis casus, ferro quæ petitus. lib.  
I. sat. 2.

Suprà, quàm.

Cicero. Sæpe supraferet, quàm fieri posſit. In Ora-  
20 tote.

Idem. Dummodo suprà sit, quod sumitur, quàm id ad  
quod sumitur. Topic.

Idem. Paullo suprà, quàm ad linguam stomachus anne-  
ditur. lib. I. de nat. Deor.

25 Sallust. Corpus patiens inedia, algoris, vigiliae, suprà  
quàm cuiquam credibile est. In Coniurat.

Sallust. Nisi tamen intelligo illum, supra quam ego  
sum petere; neque simul amicitiam vestram, & re-  
gnum meum sperare. Jugurt.

*Appen.* Suprà, absolute positum.

**Cic.** *Amor in omnes nos tantus est, vt nihil suprà possit.*  
lib. 14. 1.

**Cic.** *Atti Libros confeci, & absoluī, nescio quām bene,  
sed ita accurate, vt nihil posset suprà.* lib. 13. 19. 5

Talis, ac.

**Cic.** *Honos, tali populi Rom. voluntate paucis est dela-  
tus, ac mibi. In Vatinium.*

Talis, atque.

**Ter. Phor.** *Faxo tali cum mactatum, atq[ue] hic est, in- 10  
fortunio. act. 5. 8.*

Talis, qualis.

**Cic.** *Qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoq[ue]  
aliquid sum.* lib. 6. 19.

**Cic.** *Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille 15  
in se est, sed potius eniti, & efficere, vt amici iacentē  
animum excitet.* In Lælio.

**Idem.** *Vidi ego quosdam in te tales, quales tu eosdē in  
me videre potuisti.* lib. 1. 9.

**Idem.** *Litteras tuas vehementer exspecto, & quidem  
tales, quales maximè opto.* lib. 10, 22. & lib. 11. 20  
25.

**Cic. Atti.** *Amans tui visus est, & talis, qualem esse e-  
um tuae mibi litterae nuntiarant.* lib. 1. 17.

**Cic. Atti.** *Quem & amicissimum Miloni perspexeram,  
& talem virum, qualem tu iudicas.* lib. 5. 8. 25

Sunt, qui Ciceronem rarius hasce particulas  
coniunxisse

coniunxisse affuerent, quibus, nescio, quid  
in mentem venerit, cum tale quid scriberent.

Ouid. Vidi ego te tali vultu mea fatagementem,

*Qualem credibile es in ore suis meo.* 2. trist. 4.

5 Proper. Tale facis carmen docta testudine, quale

*Cynthius impositis temperat articulis.* lib. 2. vlt.

I. Appen. Qualis, absolute possum.

Cic. Si cupiat esse Remp. *qualem fortasse & ille vult, et*

*omnes optare debemus.* lib. 9. 17.

10 Cic. Attic. Nauigatio modò sit, *qualem opto.* lib. 10.

14.

II. Append. Qualis, & Qualè, pro *qualiter*  
*per Enallagen.*

Virgil. *Vixi ur infelix Dido, totaq; vagatur*

*Vrb furens, qualis coniecta cerua sagitta.* li. 4. xii.

15 Ouid. ————— at illi

*Conscia purpureus venit in ora pudor.*

*Qualè coloratum Tithoni coniuge cælum*

*Subrubet, aut sponso visa puella nouo.*

20 *Qualè rosa fulgent inter sua lilia mixta.* 2. Amo.  
eleg. 5.

Talis, qui.

Cic. *Talem igitur te esse oportet, qui primùm te ab im-*  
*piorum ciuium, tui disimiliorum, societate seiun-*  
*gas.* lib. 10. 6.

25 Vlpian. *Ponamus talem esse, qui capere aliquid ex te-*  
*stamento non potuerat.* 1. cum autē. 23. ff. de ædil.  
edict.

*Idem.* *Si talem hominem inuenierint, qui neq; tempus,*  
*neq; finem expensarū habet.* 1. 1. ff. de curat. furio.

**Idem.** Si talis sit maritus, quem more maiorum lugeri non eportet. liberorū. 1. ff. de his qui not. infā.

Talis, vt. cauffale.

**Cic.** Idq; cum optimè perspxi, tal; video, nihil ut malis videatur esse futurum. lib. 6. 3. 5

**Cic.** Quod meum censitum petis, id tale est, ut capere facilius ipse possim, quam alteri dare. lib. 4. 2.

**Idem.** Te esse in me tali voluntate, ut plus prafis amicis meis, quam ego praesens fortasse prodesse possem. libr. 13. 27. 10

Tam, atque.

**Plaut. Amphi.** — nimis similis est mei,  
Itidem habet petatum, ac vestitum, tam consimil est,  
atq; ego. sc. 1.

Tam, quasi.

**Plaut. Curcu.** Tam à me pudica est, quasi soror mea  
sit. — sc. 1.

Tam, quam. uno verbo  
copulata.

**Cic.** Tam sum amicus Reip. quam qui maximè. li. 5. 2. 20

**Cic.** Tam milia gratum id erit, quam quod gratissimū.  
lib. 13. 3.

**Idem.** Tam sum misericors iudices, quam vos, tam mi-  
tis, quam qui lenissimus. Pro. P. Sylla.

**Cic.** Atti. Populare nunc nihil tam est, quam odium p̄ 2 s  
pularium. lib. 2. 20.

**Ter.** Eu Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam  
me viuere. act. 4. 4.

**Ter.** Adel. Cūm feruit maximè, tam placidum quam  
euem reddo. act. 4. 1. Itidē Ouid. 4. de Ponto 14.  
Varro.

Varro. *Amurcam periti agricola tam in dolis con-*  
*dunt, quam oleum, aut vinum.* lib. I. 61.

Cic. *Domus eius tota niki patuit, quasi opus fuisset, tamen*  
*essem vñs, quam mea.* lib. 13. 17.

5 Cic. Attic. *Eo velim tam faciliter uti possem, & tam bo-*  
*no in me, quam Curio.* lib. 10. 7.

Plaut. Mili. *Tam similem, quam lacte lacti est.* — sc.  
*Nisi hercule.*

Plaut. Capt. — *tam ego fui antea liber, quam natus tu*  
 10 *us.* sc. *Iam ego.*

Tam, quam si.

Cic. Attic. *Quicquid mali hic Pisistratus non fecerit,*  
*tam gratum est, quam si alium facere prohibuerit.*  
 lib. 8. vlt.

15 Horat. *Tam teneor dono, quam si dimittar onus tuus.* li.  
 1. epist. 7.

Tam, quam. *duobus verbis copulata.*

Cic. Atti. *Vellent tam domestica ferre possem, quam*  
*ista contempnere.* lib. 13. 20.

20 Cic. Q. Fra. *Quae quidem non tam expetenda fuit, quam*  
*tuenda nobis est.* lib. I. 1.

Ter. Eu. — *vitinam*

*Tam aliquid facile inuenire possis Phaedria,*  
*Hoc quam peribit.* — act. 2. 1.

25 Plaut. Mostel. *Tam facile vinces, quam pirum volpes*  
*comest.* sc. Scelestiorem.

Paulus. *Ne contrarium ius non tam ipsi iniuriosum sit,*  
*qui seruus semper permanet: quam domino damnosum*  
*constituatur.* l. postliminiū. ff. de capt. & postli.

Plaut. Asin. — *ego illud argentum tam paratum filio*  
 Scio

*Scio esse, quām me hunc scipionem contui. sc. 1.*

**Cic.** Att. *Nec tam statui ex Italia exire, quām istue nō  
venire. lib. 1. 5. 5.*

Tam, quām. *cum iteratione  
verbi.*

5

**Plaut.** Capt. *Tam ille apud nos seruit, quām ego nunc  
hic apud te seruo. sc. 1. am ego.*

**Cic.** Bruto. *Vtinam tam facile eum tenere possumus,  
quām facilē adhuc tenuimus. epist. 7.*

I. Appen. Non tam vt, quām vt.

**Cic.** Att. *Eundum igitur est, nec tam vt bellī, quām vt  
fuga socij simus. lib. 9. 2.*

II. Appen. Non tam, quām sed vt ne.

**Plaut.** Trinum. *Nolo ego mihi te tam prospicere, qui  
meam egestatem leues,  
Sed vt in os infamis ne sim, ne mihi hanc famam dif-  
ferant. sc. Sta.*

III. Appen. Non tam vt, quām vt ne.

**Cic.** Atti. *Nec tam, vt illa adiuuem, quām vt hac ne  
videan, cupio q̄d scedere. lib. 9. 7.*

**Cic.** *Non tam vt profim causis, elaborare soleo, quām vt  
ne quid obsim. lib. 2. de Orat.*

IV. Appen. Non tam caussa, quām vt.

**Cic.** Bruto. *Neq; tam vlciscendi caussa, quām vt in  
præsens sceleratos ciues timore ab impugnanda pa-  
tria deterrerem. epist. 19.*

V. Appen. Non tam propter, quām propter.

**Cic.** *Non tam propter periculum meum, quām propter  
vitia multa, quæ ibi offendit. lib. 7. 3.*

Lucret.

**Lucret.** Non ita certandi cupidus, quām propter amorem.lib.3.princ.

**VI.** Appen. Non tam caussa, quām quia.

**Cic.** Non tam vitandi laboris mei caussa, quām quia tua id interesse arbitrabar. In Topic.princ.

**V 11.** Appen Tam, absolutè positum, pro Tantopere, usque ad cō.

**Cic.** Attic. Cræcos in eo reprehendit, quod tam mare fecuti sunt. lib.6.2.

**10 Cic.** Quæ nunc quidem non tam est in plerisq;. In Bruto.

Phœn Bacchi. Sed tu, qui tam pro corrupto dicas causam filio,

Eadem ne erat hæc disciplina, cum tu adolescens eras? sc. Nunc.

Ter. And. — quandoquidem tam iners, tam nulli consili sum. act.3.5.

Cœlius Cic. Nunc furit, tam gauiſos homines suū dolorē. lib.3.14. & 2.

**20 Varro.** Sed hi, qui in loquendo partim sequi iubent nos consuetudinem, partim rationem, non tam discrepant. lib.8.de lin.lat.princ.

**V 11.** Appen Quām non sine magna venuſtate absolutè quoque poni videmus, quo modo optandi significationem ferè habet.

**25 Cic.** Mens in te animus, quām singulari officio fuerit. & senatus, & populus R. testis est. lib.5.1.

**Cic.** Atti. Quām vellem Roma manſifſes. lib.6.epist. 2.princ.

**Cic.** Att. Quām vellem Roma eſſe, ſi forte non es. lib. 5.18.

Cic.

Cic. Atti. Rides hoc loco fortasse: quām vellem etiā  
nunc in prouincia morari. lib. 1. 7.

Idem. Atti. Quām non est facilis virtus. lib. 7. 1.

Idem. Atti. Quām nihil pratermittis in consilio dan-  
do: quām nihil tamen, quod tibi ipsi placeat, explicās. 5  
lib. 9. 2.

### Admonitio.

Interdum, Quām absolutē quoque ponitur, ea  
significatione, ut Tam, Magis, Minus, Potius,  
vel alia vox similis suppressa esse videatur. 10

Cic. Att. Melioris medius fidius ciuis, & viri putabam,  
quouis supplicio affici, quām illi crudelitati non solum  
praeesse, verū etiam interesse. lib. 9. 6.

Plaut. Ruden. Non adepol pīscēis expeto, quām tui  
sermonis sum indigus. sc. Heus mane. 15

Plaut. Bacch. Inimicos, quām amicos equum est me  
habere. sc. Petulans.

Plaut. Mostella. Nihilo ego, quām nunc tu amata  
sum, atq; vni modō gesi morem. sc. Iampridem.

Plaut. Catil. Vna adepol opera infurnum calidum con- 20  
ditō,

Atq; ibi to, eto me pro pane rubido hera:

Quām istam operam à me impetres, quòd postulas.  
sc. Vna.

Idem. Ruden. Certum est moriri, quām hunc pati  
graffari lenonem in me. sc. Nunc id est. 25

Ad quem locum adnotat Lambinus subintelli-  
gendum Potius. Græcorum more μᾶλλον.

Plaut. Trin. Pīscator, pīstor abstulit, laniū, coqi,  
Olitores, myropola, aucupes, confit cito,  
Quām si tu obīcias formicis papauerem. sc. Minus  
Liutus:

Liuſus. *Homo, non quām iſti ſunt, glorioſus.* 5. bel.  
Macedo.

Ter. Eu. *Verūm ea ſi viuit, annos nata eft ſedecim,*  
*Non maior: Thauſ? ego quām ſum maiuſcula eft.* ac.

5 3.3. Maiuſcula. *id eft, paullò maior, vt interpretatus eft*  
Priftianus, & poſt illum Donatus.

Plaut. Amph. *Eiſ tanto amici ſunt inter ſe, quām pri-*  
*us. sc. Durare.*

10 Columella. *Exhortandus eft ad instrumentorū, fer-*  
*rumentorumq; curam: vt duplicia, quām numerus fer-*  
*uorum exigit, refecta & reponita cuſtodiati.* lib. 2.  
cap. 8.

Plaut. Ruden. *Quid? iſta mutaſunt, quae profe fabu-*  
*lari non queunt?*

15 T R. *Eò tacent, quia tacita bona ſt mulier ſemper,*  
*quām loquens. sc. Seriò.*

20 Cœperam ſimiles loquendi phraſes ex Pande-  
ctis obſeruare: verūm vt in memoriam redij,  
diligentissimè ea in re deſudaffe Antonium  
Augustinum, viſum fuit, vt ex eiusdem libr.  
4. Emendat. c. 8. quæ ſequuntur exempla, mu-  
tuarer.

25 Vlpian. *Alioquin compelletur iudicium accipere, quām*  
*inuenire eos, qui ſatis pro eo dent.* l. 2. §. ſed li. ff. De  
iudi. *id eft, compelletur potius.*

Paulus. *Mutui datio conſiſtit in hiſ rebis, quæ pondere,*  
*numero, mensura conſiſtunt. quoniam eorum datione*  
*poſſumus in creditum iri, quia in genere ſuo functionē*  
*recipiunt per ſolutionem, quām ſpecie.* l. 2. §. mutui.  
ff. de reb. creditis.

Hoc est, per solutionem in genere potius, quam specie. Vlpian. Quia cum sciret cui rei pararetur, intempe-  
stiuè misericordiam exercuit, cum posset non suscipere  
talem caussam, quam decipere, l. si hominē. ff. De-  
positi, id est, potius quam.

Vlpian. Hec enim actio, p̄xnam & vindictam, quam  
rei persecutionem continet. l. pro hæredefin. ff. de  
acqui. hered. id est, potius quam.

Idem. Interest enim eius solui mihi, quam ipsum con-  
uentum mandati actionem intendere. l. si cui. §. si Ti-  
tio. ff. de legat. i. Hoc est, potius quam.

Item. Expedit enim pupillo, inquit, rem suam saluam  
fore, quam tabulas Rem saluam fore cautionis ha-  
bere. l. suspectus. ff. de suspect. tutoribus.

Item. Non tamen spectandum est, quid Romæ factum  
est, quam quid fieri debeat. l. Sed licet. ff. de offic.  
Præf.

Item. Expedit enim legatario retinere summam, quam  
mitti in possessionem. l. Purè. ff. De doli mali, &  
met. except.

Item. Placuit in omnibus rebus præcipuum esse iustitiae,  
equitatisq. quam stricti iuris ratione. l. Placuit. C.  
De Iudicij. Hoc est, potiorem.

Item. Nec bona fisco peti posse, quam si de crimine con-  
stiterit. l. i. C. vbi cau. fis.

Hoc est, antè quam de crimine constiterit, ut  
& Accursius interpretatus est.

Item. Principaliter caussam eius de qua supplicas esse,  
quam tuam. l. Principaliter. C. de liberali causa.

Item. Verisimile est testatore cōtemplatione filij, quam  
patris vsumfructum ei reliquisse. l. vlt. C. de vsumfru-

Vlpian.

Vlpian. *In factum esse dandam, quam interdictum.* l.

Prætor. ff. De ope. no. nun.

Idem. *Pro herede autem g. rete non esse facti, quam animi.* l. Pro herede. ff. De adqui. here.

3 Scæuola. *Et chirographis exactis, quam pecunia irrogata.* l. his verbis. ff. De legatis. 3.

Modest. *Et si quid superfluum in redditibus, quam in cibarijs erit.* l. libertis. ff. de alimen. vel cib. legatis.

10 Idem. *Honores subire cogendum, quam operis instru-ctionem.* l. in priuatis. De pollici.

Marcianus. *Cum quis habere se vult, quam eum cui donat.* l. i. ff. De mortis cau. donat.

De origine istiusmodi locutionum vide i-

15 psum Anto. Augustinum.

Paulus. *Sed si pecunia ad patrem peruenit, quam filii accepit.* l. 3. ff. Solu. matrimo.

Quem locum P. Prateius in Lexico suo in- terpretatur. Ad patrē prius peruenit, quam.

20 Plurima, cum ex Pandectis, tum ex alijs scriptoribus de partic. Quam, petere licebit ex Lexico Hiero. Verrutij.

Tam magis, quam magis.

Virg. *Tam magis illa frenens, & tristibus effera flumis,*

25 mis,

*Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae,* 7. æn. fin.

Quam magis, tam magis.

Lucretius. *Et quam quæq; magis cohabet res intus inanes,*

*Tam magis his rebus penitus tentata labascit.* lib.

Cc primo

primo, & ibi accuratè Dionysius Lambinus.  
Plaut. Poenu. *Quām magis aspecto, tam magis est nim  
bata, & nugæ meræ.* sc. Negotij.

Plaut. Perſa. *Edepol qui cum hanc magis contempro,  
magis placet.* sc. Satin'

Sed ibi Lambinus, pro *cum* putauit legendū  
*quām*, neque id male, mea quidem sententia.  
fuspicor enim librariorum errore primò pro  
*Quam*, scriptum fuisse *Quom vel Qom*: inde  
natum Cum. Porrò (quod eorum venia, qui  
haec tenus Plauto impenderunt, dicere liceat)  
sequentibus Plauti locis, phrasin quoq; hanc  
non male conuenire aliquando arbitratus  
sum.

Plaut. Mili. *Poli d quidē experior ita esse, ut prædicas* 15  
*Palæstrio.*

P.E. *Immo hospes magis cum periculum facies, ma  
gis noscēs meam*

*Comitatem ergate amantem.* sc. Cohibete.

Hic malim legi, *hospes magis quām.* proptei il- 20  
lud præcedens experior.

Plaut. Cali. *Enim iam magis, iam appropero, magis  
iam lubet in Casinam irruere.* sc. Neque.

Suspicio Plautum scripsisse, *quām magis iam  
appropero, magis tam.*

Lucre. Et quanto circūm mage sunt inclusa theatri 25

*Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepore.* lib. 4.

Plaut. Menæch. *Quām magis intendas, tanto aſtrin  
gunt arctius.* sc. 1.

Plaut. Alī. *Quām magis te in altum capessis, tam aſtus  
te in portum refert.* sc. Vnumquodque.

Plaut.

- Plau. Bacchi. Magis quād id repeto, tam magis vror,  
qua mēus filius turbauit. sc. Quicunque.
- Idem Bacchi. Quād magis in pectore meo foueo, quas  
meus filius turbas turbet,
- 5      Quād se ad vitam, & quos ad amores praecepitem  
infectus capessat,
- Magis curā est, magisq; affornido, ne is pereat, neu  
corrumpatur. sc. Quād magis.
- Plaut. Irinum. Quād magis spēdo, mirus placet mi-  
10     hi hominis facies. ——— sc. Huic ego.
- Apud Quintil. Quād magis crumna viget, tam ma-  
gis ad malefaciendum vrget. lib. 9. c. 3.
- Plaut. Bacchi. Poltu quād nunc me accuse magis, si  
magis rem noueris. sc. Hunc.
- 15 Teren. Adel. Quād vos facillimē agitis, quād estis  
maximē
- Potentes, dites, fortunati, nobiles:  
Tam maximē vos aequo animo aqua noscere  
 Oportet, si vos vultis perhiberi probos. aEt. 3. 5.
- 20 Appen. Quād, tām, cum duobus superlatiūs.
- Varro. Quād pauciſſimos reliqueris, tam optimi in a-  
lendo fiunt, propter copiā lacticis. De iEruſt. lib. 2. 9.
- Cato. Quād citiſſimē confeceris, tam maximē expe-  
diet. c. 64.
- 25 Idem. Oleum: quād diutissimē, in amurca, & in fra-  
cilius erit, tam deterrimum erit. c. eodem.
- Idem. Quād acerbissima olea oleum facies, tam oleum  
optimum erit. cap. 65.
- Idem. Quād plurimam ederit, tam citiſſimē sanus fit  
et ex eo morbo. c. 157.
- Plaut. Aulu. Quād ad probos propinquitate proxi-  
mē te adiunxeris,

Tam optimum est. —— sc. Præfigebat.  
Sallust. Quàm quisq; pessimè fecit, tam maximè tu-  
tus est. Iugurt.

Ter. Heau. —— adolescens, quàm minima in  
spes fatus erit,  
Tam facilime patris pacem in leges conficiet suas. 5  
act. 5. 2.

Plaut. Merca. Quàm resisto, tam maximè res in pe-  
riculo vortitur. sc. 1.

Appen. Tam, vt significacione similitudinis.  
quorarius puto utendum.

Valerius Maximus. Hybream oratorem Cymorū  
seruo, tam similem, vt germanum fratrem totius Asis  
populi assignarunt. lib. 9. c. 14.

Tam, vt pro, Adeò, vt.

Cic. Neq; cum id faciebamus, tam eramus amentes, vt  
explorata nobis esset victoria. lib. 6. 1.

Idem. Neq; enim eram tam desipiens, vt priuata rei  
caussa legari putarem. lib. 3. 8.

Cic. Atti. Ego nunc tam sim stultus, vt hunc ipsum fa- 20  
cilem hominem, putem mihi esse amicum. lib. 14. 2.

Catullus. Tam mente dura procreauit, ac tetra,  
Vt supplicis vocem in nouissimo casu  
Contemptam haberet. —— 58.

Ter. Hec. Nunquam dices tam commode, vt tergum 25  
meum

Tuam infidem committam. —— act. 1. 2.

Seneca. Nemo tam diuos habuit fauentes,  
Craftinum vt posset sili polliceri.

Tam, vt non.

Cic. Atti. Non puto tam expeditum negotium futu-  
rum

*rum, vt non habeat aliquid moræ.* lib. 13. 31.

Tam, vti.

Cic. *Non essem tam inurbanus, ac pane inhumanus, vti  
ego eo grauarer, quod vos cupere sentirem.* lib. 2.

5 De Oratore. fi.

Tam, vt ne quidem.

Idem.. *Nunquam enim tam erit oppressus senatus, vt  
ei ne supplicandi quidem, ac lugendi sit potest as.* Pro  
Sextio.

10 Tam, qui.

Cic. *Quis est tam linceus, qui in tantis tenebris nihil of-  
fendat? nusquam incurrat?* lib. 9. 2.

Idem. *Non tam insolens sum, qui Iouem me esse dicam,  
non tam ineruditus, qui Mineruam Iouis sororem, me-  
am esse sororem existimem.* Pro domo sua.

15 Idem. *Quem enim unquam virum tam immortali vir-  
tute praeditum vidimus, qui nullo præmio proposito &c.  
pericula suscepit.* Pro Sextio.

Plaut. Curcu. *Nec quisquam sit tam opulentus, qui  
20 mibi obſistat in via.* sc. Date.

Plaut. Persa. ————— generi lenosio,  
*Nunquam illus Deus tam benignus fuit, qui fuerit  
præpitius.* sc. Satin⁹.

25 Plaut. Trinum. *An ille tam esset stultus, qui mibi mil-  
le nummūm crederet.* sc. Huic.

Tam diu, dum.

Cic. *Tam diu, dum tu ades, sunt ollite sui.* lib. 9:

12.

Cic. 3

Cic. Atti.

Cic. Atti. *Eas cum lego minus mihi turpis videor, sed tam diu, dum lego.* lib. 9. 6.

Cic. *Valuit tamdiu, dum hoc prodiret.* Pro Flacco.

Idem. *Corpus tamdiu gaudet, dum praesentem sentit voluptatem.* 5. Tusc. & 2. Ofic.

5

Tamdiu, donec.

Columel. *Ita ignis subiicitur, & tamdiu incenditur, donec ad fundum calor tam vehemens perueniat, ut apposita manus patiens eius non sit.* lib. 12. c. 18.

10

Tamdiu, quam.

Cic. *Vixitque tamdiu, quam licuit in ciuitate benè, beatè que viuere.* In Bruto. princ.

*Appen.* Quamdiu, tamdiu.

Vlpian. *Quamdiu suus heres speratur heres fieri posse tamdiu locus agnatis non est.* Instit. tit. 26.

15

Cic. *Quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi, studiumque vixit.* 2. De Orato.

Tamdiu, quamdiu.

Cic. *Qui se oppido munitissimo, & copiosissimo, tamdiu tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt.* lib. 20. 12. 19.

Cic. Att. *Tamdiu requiesco, quamdiu aut ad te scribo, aut tuas litteras lego.* lib. 9. 4.

Vlpian. *Tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu vel furiosus sanitatem, vel ille sanos mores recipiterit.* l. 25. 1. ff. De curat. furiosi.

Vlpian. *Sed filio datam tamdiu, quamdiu peculum patitur.* l. Si filia. 20. ff. famili. ercis.

*Appen.*

*Appen.* Quamdiu, etiam absolutè ponitur,

Iulianus. Dotem periculo mulieris esse dico, quāndiu dominus, vel pater ratam promissionem, vel donationem habuerit. l. Quemadmodum ff. de Iure dot.

5 Tamdiu, quo ad.

Ci. Disces quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis, quo ad te, quantum proficias, non pœnitibit. 1. Of-  
fic. princ.

Cor. Nepos. Idem immortali memoria percepta re-  
tinebat beneficia: qua autem ipse tribuerat, tamdiu  
meminerat, quo ad ille gratus erat, qui acceperat. In  
vita Attici.

*Appen.* Quo ad, absolutè positum.

Cic. Att. Rogo, quoad eris Roma, tu vt satisdes. li. 5. 1.

15 Vlpian. Nam venditor pignoris loco, quod vendidit re-  
tinet, quoad emptor satisfaciat. l. quod si. 3 1. ff.  
de ædil. edicto.

Varro. Herba subsecari falcibus debet, & quoad per-  
arescat, furcillis versari. De re rust. lib. 1. 49.

*Appen.* Tamdiu, absolutè.

20 Cic. In generali constitutione tamdiu, propter eius par-  
tium multitudinem commoramus. lib. 2. De In-  
uent.

Tamen, quamuis.

25 Ouid. Scite tamen, quamuis longa regione remotus  
Ab sim, vos animo semper adesse meo. 3. trist. 4.

Ouid. Et tamen ad Musas, quamuis nocuere, reuerti.  
3. trist. 7.

Tamen, etsi.

Cic. Att. Nostamen, etsi hoc te ex alijs audire malo,  
sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam atti-  
net, vt nullus terutiis infumatur in quenquā. lib. 5. 17.

Cc 4 Tamen,

Tamen, vt. pro Quamuis.

Ouid. Nec tamen, vt cuncti misérum seruare velitis,  
Quod perit, saluum iam caput esse potest. lib. 2. trist. 2.

Tamen, certè.

Cic. Quem tamē illi esse in principiis facile sunt passi, euolare altius certè noluerunt. lib. 1. 7. 5

Tamen, sed.

Cic. Atti. Pro Appio nos hīc omnia facimus, honestè tamen, sed planè libenter. lib. 6. 2.

Tamen, sed certè. 10

Cic. Att. Neg<sub>3</sub> sum mediocriter commotus: neq<sub>3</sub> tamē credidi, sed certè aliquid sermonis fuit. lib. 1. 10.

Tamen, vtique.

Vlpian. Non tamen qui dolo malo facit, vtq<sub>3</sub> & vifacit. lib. 1. 2. ff. vi bonorum rapt. 15

Tamen, ab/olutè.

Cic. Tamen à militia non discedis, tenuiculo apparatu significas Balbum fuisse contentum. lib. 9. 19. Epistolæ initio.

Ter. Andri. Sane pol illa temulenta est mulier, & temeraria. 20

Nec satis digna, cui committas primo partu mulierē.  
Tamen eam adducam. ————— act. 1. 4.

Tamen vt. id est. Modò, vt.

Terent. Hæc. Quod potero, faciam: tamen vt pietatem colam. act. 3. 4. 25

Pomponius. Aedilitiae actiones, & heredi, & in heredem competunt, vt tamen & facta heredum, quæ postea accesserint, & quod experiri potuerint, querantur. lib. 1. Si tamen. 48. ff. de ædil. edicto.

Tamen,

Tamen, ne.

Cic. Tamen, ne diutius oratione mea suspensa expectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen. Pro Cluentio.

5 Cicero. Tamen ne patiamur intermitte litterulas. lib.

14.4.

Tamen ut ne, id est, Ut  
tamen non.

Plaut. As. Licet laudem fortunam, tamen ut ne salu-  
10 tem culpem. sc. Cur me.

Append. Attamen, quanquam.

Cic. Attamen ista, que abs te breuiter de arte decursa sunt, audire cupimus, quanquam sunt nobis quoq; in-  
audita. i. De oratore.

15 Appen. Attamen, nisi.

Cic. Attamen eam ipsam epistolam misisse per meos,  
nisi audisset ex eodem postridie, te manè è Tusculano  
exiturum. lib. 9.2.

Tametsi, tamen.

20 Cic. Atti. Tametsi iactat ille quidem suu<sup>g</sup> arbitrium,  
tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo  
eius infedit. lib. i. 9.

25 Cic. Meum studium erga te, & officium, tametsi multis  
iam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in iis ma-  
xime declarabo. lib. 3.4.

Cæsar. Tametsi à Duce & à fortuna deserebantur, ta-  
men omnem spem salutis in virtute ponebant. lib. 5. de  
bel. Gal. Itidem. 8.

Sallust. Tametsi haudquaquam par gloria sequatur

CC 5 scripto-

*scriptorem, & actorem rerum, tamen in primis arduū  
videtur, res gestas scribere. In Coniurat. prin.*

**Hirtius.** Tametsi amplius CX. nauibus longis in portu,  
naualibusq; amiserant, non tamen reparanda clavis  
cogitationem deposuerunt. De bel. Alexand. 5

**Iauolenus.** Tametsi conuenit, vt insingulas operas cer-  
ta pecunia daretur, præstari tamen tibi à conductore  
debet, si id opus vitiosum factū est. I.ealege. 51. ff loc.  
cond.

### I. Appendix.

Obseruaui, particulam Tametsi, semel apud Ciceronē  
epistolæ præbere initium, nimirum lib. 1. 5. Synony-  
ma autem illius, Quanquam, & Etsi, quām frēquen-  
ter eo fungātur officio, alibi à me indicatum est.

**II. Appen.** Tametsi, absolutè positum.

**Cic.** Tametsi id quidem fecerunt ridiculē. lib. 3. 7. 15

**Cic.** Att. Facito ut sciam, tametsi nimis sum curiosus.  
lib. 2. 4.

**Metellus Cic.** De illo ne meminisse quidem volo, tam-  
etsi bis eum inuitum seruaui. lib. 1. 3.

**Ter. Phor.** — metuit hic nos, tametsi sedulū dissi-  
mulat. a. 2. 2. 20

**Plaut. P**œnus. Proba merx facilè emtorem reperit,  
tametsi in abstruso sita est. sc. 2.

**Idem. Trinum.** — datur ignis, tametsi ab inimicis  
petas. sc. Sta. 25

**III. Appen.** Obseruatione non indigna, & hu-  
iusmodi loquendi genera.

**Cic.** Quo non adscripto, nihil minus heredi cœvere-  
tur. lib. 2. de Inuentione.

**Scœuola.** Etsi neq; hæreditatem adisset, neq; bonorum  
possessionem petisset, & nihil ex hæreditate posideret:  
tamen

tamen nihil minus & ex stipulatu, ab heredibus patris,  
& fidei commisso ab his, quorum interest, quasi debito-  
rem conueniri posse. l. Cùm quis. §. 3. ff. de legat. 2.  
Vlpian. Quanquam et si sine hac adiectione caueretur,  
5 verum tamen exceptione patrem, vel dominum sub-  
moueremus. l. i. §. vlt ff. vt legato. nom. caue.

Tanquam, ita.

Cato. Inde, tanquam restim tractes, facito; ita imponi-  
to in solo. c. 77.

I 10 Appen. Tanquam si, ita.

Cic. Qui tanquam si offusa Reipub. sempiterna nox ef-  
set, ita rubeant in tenebris, omniaq; miscebant. Pro  
Rosc. Ameri.

Idem. Non enim reperies quemquam iudicem, aut re-  
15 cuperatorem, qui tanquam si arma militis inspicienda  
sint, ita probet armatum. Pro Cecinna.

Cic. Q. Frat. Omnes tanquam si tu essem, ita fuerunt.  
lib. 3. 2.

Tanquam, itidem.

20 Ter. Eunu. Tanquam philosophorum habent discipli-  
nae ex ipsis  
Vocabula, parasiti itidem ut Gnatonici vocentur.  
act. 2. 2.

25 Tanquam, sic. copulata {  
verbo uno,  
verbis diuersis  
verbo nullo.

Gellius. Tanquam scopulum, sic fugias inauditum, at-  
que insolens verbum. lib. 1. c. 10.

Cœlius.

**C**œlius Cic. Tanquam procurator, sic agas, rogo. lib. 8.11.

**C**ic. Quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas & inconstantia, & crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Pro domo sua. princ. 5

**C**ic. Q. Frat. Neue te obruit tanquam fluctu, sic magnitudine negotij sinas. lib. 1.1.

**C**ic. Tanquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam attulisses, sic pecunia ablata, domum redire properabas. lib. 7.17. 10

**I**dem. Tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perferatur ad nos. lib. 12.9.

**C**ic. Q. Frat. Illud te ad extremum & oro, & hortor, ut tanquam poeta boni, & actores industrij solent, sic 15 tu in extrema parte, & conclusione muneric, diligenter sis. lib. 1. epist. 1. fin.

**I**dem. Quia tanquam levia quedam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata delectant. 5. Tuscul.

**I**dem. Aetatis illius ista fuit laus, tanquam innocentia, sic Latine lauendi. In Bruto.

I. Appen. Tanquam, non tanquam.

**C**ic. Ex ista vita discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. In Catone.

**I**dem. Attic. Dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli face. lib. 2.1. 20

II Appen. Tanquam, absolute possum.

**C**ic. Atti. Ego tecum, tanquam mecum loquor. libr. 8.14.

III. Appen.

III. Appen. Tanquam si, absolute possum.

Cic. Qui cum essent deuij, descenderunt, ut istum, tanquam  
si consul esset, salutarent. Philip. 2.

Tantisper, dum.

5 Cic. Censeo latendum tantisper ibidem, dum deferuer-  
scat hæc gratulatio. lib. 9. 2.

Idem. Deinde est in carcerem deductus, ut ibi tantisper  
esset, dum culeus, in quem conieclus in profluentem de-  
ferretur, compararetur. lib. 2. de Inventione.

10 Ter. Heau. Ego te meum esse dici tantisper volo,  
Dum quod te dignum est facis. aEt. 1. 1.

Plaut. Cas. Tantisper, dum ego cum Casina faciam nū  
ptias. sc. Sine modo.

Plaut. Ruden. Quid melius est, quam ut hinc intro-  
beam, & me suspendam clanculam,  
15 Saltem tantisper, dum abscedat hæc à me agrimonia.  
sc. Seriò.

Ter. Heau. Decreuit tantisper me minus iniuria  
Chreme meo gnato facere, dum fiam miser. aEt. 1. 1.

20 Plau. Mostel. Ego hic tantisper, dum exis, te opperiar  
foris. sc. Scelestiorem.

Idem. Menach. Meretrix tantisper per blanditur, dñ  
illud quod rapiat videt. sc. Animæ mi.

25 Liuius Hoc quoquam laboris præmium petam, ut me à co-  
spectu malorum, quæ nostra tot per annos vidi etas,  
tantisper certè, dum prisca illa tota mète rep:to, auer-  
tam. lib. 1. princ.

Plaut. Trucu. Tantisper, dum transfigimus hanc co-  
mœdiam. Prologo. Item Gellius. lib. 6. c. 11.

Tantisper, quoad.

Gellius. Ut viueret quide tantisper, quoad fieret p:7-  
mutatio. lib. 6. c. 4. Idem.

**Idem.** Quo ille tamen vocabalo tantisper uti se attestatus est, quo ad melius, inquit, inuenero. lib. 16. c. 8.

**Appen.** Tantisper, absolute possum.

**Cic.** Att. Tot os dies scribo, non quod proficiam quid, sed tantisper impedior. lib. 12. 14. 5

**Vlpian.** Tolerabilius deniq; est interdum iudicem, qui semel cognoverat, tantisper exspectare, quam iudici no uo rem rursum iudicandam committere. 1. prætor eos. 13 ff. De vacat. & excusat. munerum.

**Neque h̄c assentior I.C.** nostri sæculi non potestremo, qui putauit, Tantisper, pro relativa voce admittere particulam Quām. 10

**Plautus Aulu.** ————— senex eccum aurum effert foras,

Tantisper h̄c ego ad ianuam concessero. sc. Emor- 15 tuum.

**Plaut. Poenu.** Cras auctionem faciam. A G. tantisper quidem,

Vt sis apud me lignea in custodia sc. vlt.

**Tantus, quantus.** copulata verbis diuersis. 20  
verbo iterato.  
verbo uno.

**Cic.** Amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. In Lælio.

**Cic.** Fingere animo iubebat, tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima. In Catone. 25

**Cic.** Att. Ego in vita mea nulla vñquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficio hac integritate. lib. 5. 20.

**Cicer.** Attic. Qua ex re molestia tanta sum affectus,  
quantam

*quantam mihi meus amor summus erga vtrung<sub>3</sub> ve-  
strum afferre debuit. lib. 1. 15.*

**Cic.** Nec ob aliam caussam vllam boni imprabis, impro-  
bi bonis amici esse non possunt, nisi quod tant a est inter  
5 eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque  
distantia. In Lælio.

**Idem.** Vereor ne consolatio vlla pos sit vera reperiri,  
præter illam, quæ tant a est, quantum in cuiusq<sub>3</sub> animo  
roboris est, at q<sub>3</sub> neruorum. lib. 6. 1.

**10 Idem.** Nam & cum consulibus, & cum multis consula-  
ribus tant a contentione decertaui, quanta nunquam  
ante à in vlla caussa. lib. 5. 8.

### Tantus, vt.

**Cic.** Tant a vis probitatis est, vt eam, vel in eis, quos nū-  
15 quam vidimus, vel, quod maius est, in hoste etiam dili-  
gamus. In Lælio.

**Cic.** Cum A. Cecinna tant a mibi familiaritas, confue-  
tudoq<sub>3</sub> semper fuit, vt nulla maior esse pos sit. libr. 6.  
9. & lib. 2. 6.

**20 Cic.** Att. Tantus fuit amor, vt ex hauriri nulla posset  
iniuria. lib. 2. 21.

**Ouid.** Nec tamen exhibuit tant as facundia vires,  
Vt mea sint dictis pectora sana tuis. 1. de pont. 4.

*Append.* Tantus, vt nihil suprà possit.

**25 Cicer.** Amor in nos tantus est, vt nihil suprà possit. lib.  
14. 1.

### Tantus, vti.

**Cæsar.** Tanti eius apud se gratiam esse ostendit, vti  
& Republicæ iniuriam, & suum dolorem eius  
voluntati,

voluntati, ac precibus condonet. i. de bel. Gal.

Tantus, velut si.

Liuius. Tantusq; simul mœror, metusq; de summa re-  
rum capit, velut si iam ad portas hostis esset. Dec. 3.  
lib. i.

Tantum, quantū, copulata 5  
 { verbo uno,  
 verbis diuersis,  
 verbo iterato.

Cic. Gratia tantum possumus, quantum vici. libr.

4.7.

Brutus Cic. Tantum me tibi debere existimo, quantū  
persoluere difficile est. lib. ii. ii.

Cic. Tecumq; ero tantum, quantum patietur utriusq;  
etas & valetudo. lib. s. i. 3.

Cic. Gratissimum igitur mihi feceris, si huic commen-  
dationi mea tantum tribueris, quantum cui tribuisti  
plurimum. lib. 13. 22.

Cic. Atti. Neg; tantum est in re, quantus est sermo.  
lib. 2. 19.

Cic. Att. Ita sum destitutus, ut tantum requietis habe-  
am, quantum cum vxore, & filiola, & mellito Cicero-  
ne consumitur. lib. i. 16.

Tantūm, quo ad.

Cic. Etenim hoc quasi rostro funditur Fibremus, & di-  
uisus aequaliter in duas partes, latera hæc alluit, rapi-  
deq; dilapsus, cito in unum confluit, & tantum com-  
plectitur, quoad satis sit modica palæstra loci. lib. 2.  
de legib;.

1. Appen. { In quantum, tantūm.  
 { In tantū. quantum, id est, Eatenus. quaten-  
Hirtius.

Hirt. *Quantumq; aut ruinis deicetur, aut per vim recipitur, loci, in tantum n. unitiones proferuntur.* De bello Alexand.

Vlpian. *In quantum edicto pratoris actio daretur, tantum & fisco dare debere.* l. 3. ff. De incendio. rui.

Vlpian. *Verum est, in tantum eos furti actione teneri, quantum abstulerunt.* l. volgaris. 2 1. ff. de furt. II. Appen. In tantum, vt. id est, usq; adeo, vt.

10 Paulus. *Magna auctoritatis hoc ius habetur, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere.* l. Immo 36. ff. de legibus.

Columella. *Nec in tantum postea exuberat, ut & rem amissam restituat, & quantum temporum prateritorum resarciat.* lib. I. c. 8.

### Tantundem, quantum.

Cic. *Magistratibus tantundem detur in cellam, quantum semper datum est.* lib. 3. In Verrem.

Idem. *Deinde qui morte, testamentōe eius tantundē*

20 *capiat, quantum omnes hæredes.* 2. de legibus.

Cæsar. *Vt eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant.* 9. de bel. gal.

Cato. *Musti tantundem addito, quantum acetii.* c. 118.

25 Plaut. Poenu. *Malo benefacere, tantundem est periculum,*

*Quantum bono malefacere. sc. Iam istuc.*

Julianus. *Si tantundem filius patri debuit, quantum promisit.* l. 2. ff. de donat.

Pomponius. *Contenti esse debemus poenis legibus comprehensis, nisi si stipulatio tantundem habeat*

*pœna, quanta lege sit compr. hensa.* I. Si stipulat<sup>ur</sup>  
19. ff. de verb. ob.

Tantundem, quām si. *idem*  
*quod, Aequē, Perinde.*

Catullus. — *velut alnus*  
*In ipsa fossa iacet separata securi,*  
*Tantundem omnia sentiens, quām si nulla sit vſ-*  
*quam.* 17.

Tantundem, *quasi.*

Plaut. Merca. *Nam meo quidem animo vetulus, de-* 10  
*crepitus senex,*  
*Tantidem est, quasi sit signum pictum in pariete.* sc.  
Profectō.

Appen. Tantundem, *absolutē positum.*

Ter. Adel. *Ob malefacta hac, tantidem emptam po-* 15  
*stulat sibi tradier.* aEt. 2. 1.

Tantum, *vt.*

Ter. Heaut. *Chremē tantūmne est ab re tua oīj tibi,*  
*Aliena vt cures, eaq; que ad te nihil attinent?* sc. 1.

Cic. Atti. *Tantūmne ab re tua est oīj tibi, vt etiam O-* 20  
*rato rem legas?* lib. 12. 7.

Cic. *Tantum cibi & potionis adhucndum; vt reficiantur vires, non opprimantur.* In Catone.

Cœlius Cic. *Solet enim aliud sentire & loqui, neque*  
*tamen tantum valere ingenio, vt non appareat, quid* 25  
*cupiat.* lib. 8. 1.

Tantummodō, *vt. vide Modō vt,*

Tantum, *vti.*

Cæsar. *Tantum esse nomen atq; opinionem exercitus*  
*Romani, vti etiā ad ultimas Germanorū nationes opi-*  
*nione, & amicitia populūR. tuti esse possint.* 4. bel. gal.

Tantum,

## Tantum, vtine.

Cæsar. Tantumq; à vallo eius prima acies aberat, vt  
ne in eam tcelo, tormentio ne adigi posset. 3. De bel-  
lo ciuili.

## 5 Tantum, quòd.

Cic. Velle enim, ait, tantum modò ut haberem negotijs  
quod esset ad laureolam satis. lib. 2. 10.

## Tantum, quam.

10 Cic. Neq; tanta fortunis omnium pernicies potest acci-  
dere, quam opinione populi R. rationem veritatis, in-  
tegritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari.  
lib. 1. In Verrem princ.

Varro. Ut sexaginta milia ea pars reddiderit eo anno  
villae: bis tantum, quam tuus fundus ducentum iuge-  
gerum Reate reddit. lib. 3. c. 2.

15 Ter. Hec. Non herclè Pärmenio verbis dici potest  
Tantum, quam re ipsa nauigare incommodum est.  
act. 3. 4.

P laut. Merca. Imo bis tanto valeo, quam valui prius.  
20 sc. Profecto.

## I. Appen. Non tantum, quam q. à d.

Liuius. Nec in acie tantum ibi clavis acceptum; quam  
quòd cccvii. milites Romanos captos Tarquinenses  
immolarunt. Dec. 1. lib. 7.

25 II. Appen. Tantus, absoluè positum.

Cic. Romæ delectus habetur, totaq; Italia, si hic delectus  
appellantur est, cùm vltro se offerunt omnes: tantus  
ardor ani nos hominum occupauit. lib. 11. 8.

Virg. Tantæ molis erat Romanam condere gentem:  
1. æn. princ.

D d 2 III. Appen.

III. Appen. Tantum, absolute posatum.

Cic. Delicet abatur cereo funali, & tibicine, quæ sibi nullo exemplo priuatus sum pferat, tantum licentia dabant gloria. In Catone.

Cic. Att. Qualis fuerit, non audeo dicere, tantum scio, post Hirtium conuentum, accersitum ab Cæsare. lib. 10. 4.

Idem. Atti. Tantum dicam, nihil mihi gratius esse, quam quod eam diligis. lib. 11. 7.

Idem Atti. Nunc nihil mihi tanti est. lib. 13. 41. 10

Cic. Id cuiusmodi sit, nescio: tantum video, nullius adhuc consilia me huic anteponere. lib. 9. 18. & Atti. lib. 1. 52

Ter. Eu. —— Tantum est. —— aEt. 5. 6.

Plaut. Trinum. —— nunc hoc vos rogat. 15  
Vt liceat possidere hanc nomen fabulam.

Tantum est. —— Prologo. Itidem Casina, Prologo. Item Merca. sc. Profecto.

Plaut. Mostel. Quatuor quadraginta illi debentur minæ

Et sors, & fœnus. DA. tantum est. —— sc.  
Scelestiorēm.

Cic. Atti. Plane deest quod scribam. nam nec quid mandem habeo; nihil enim prætermissum est. nec quid narrarem: noui enim nihil: nec iocandi locus est; ita me multa sollicitant: tantum tamen scito; idibus Maij. nos Venusia manè proficiscentes has dedisse. lib. 5. 5. 25

IV. Appen. Tantum, pro Saltēm.

Cœlius Cic. Tantum voluntatem ostenderunt pro sententia. lib. 8. 11.

V. Appen.

V. Appen. Quantum, absolutè positum.

Cic. Atti. Credibile non est, quantum ego in consilijs,  
& prudentia tua, quodq; maximum est, quantum in  
amore, & fide ponam. lib. 2. 23.

5 Ter. Eu. ————— comprehendendi iube, quantum po-  
test. act. 5. 1.

Ter. Eu. ————— ubi vidi, ego me in pedes, quan-  
tum queo. act. 5. 2.

10 Cic. Atti. Populum nostrum seruandum ad immorta-  
litatem, quantum in nobis esset, putabam. lib. 9. 9.

Ter. Adel. ————— tu, quantum potes, ali. —————  
act. 3. 2.

Plaut. Bacchi. ————— abduce me hinc ab hac,  
quantum potest. sc. Atridē. & alibi səpissimē.

15 Tantum abest, vt.

Cic. Atti. Dixerim me vel plurima vincla tecum sum-  
mae coniunctionis optare: & sunt amoris arctissima:  
tantum abest, vt ego ex eo, quo adstricti sumus, laxa-  
ri aliquid velim. lib. 6. 2.

20 Tantum abest, vt; vix.

Cic. Atti. Tantum porr̄ aberat, vt binos scriberent;  
vix singulos confecerunt. lib. 13. 21.

Cic. Itaq; tantum absuit, vt inflammares nostros ani-  
mos; somnum isto loco vix tenebamus. In Bruto.

25 Tantum abest, vt, etiam.

Cic. Qui altiore animo sunt, capessunt remp. honoribus,  
imperijsq; adipiscendis: aut totos se ad studia doctri-  
na conferunt. qua in vita, tantum abest, vt voluptates  
secentur, etiam curas, sollicitudines, vigilias perfe-  
runt. 5. De Finibus.

Dd 3 Tantum

Tantum abest, vt, vt, sed hic postremum, vt, vocem ferè grauiorem assunit.

Cic. Atti. Vnum etiam de Cœlio, tantum abest, vt meam ille sententiam moueat, vt valde ego ipsi, quod de sua sententia decesserit, pœnitendum putem. lib. 7. 3. & lib. 15. 5.

Brut. Cic. Tantum abest, vt meæ rei familiaris liberum sit quidquam, vt meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxerim. lib. II. 10.

Lentulus Senatui. Tantum enim alius fuit, vt illorum præsidio nostram firmaremus classem, vt etiam à Rhodijs vrbe, portu, statione, &c. prohiberemur nostri milites. lib. epist. fa. 12. 15.

Cic. Tantum abesse dicebat, vt id ei consentaneum esset, 15 vt maxime etiam repugnaret. q. Acad.

Idem. Tantumq; abest, vt amicitie propter indigentia colantur, vt q; qui opibus & copijs, maximeq; virtute prædit; in qua plurimum est præsidij, freti, minime alterius indigeant: liberalissimi sint, & beneficetissimi. 20

In Lælio.

Cic. Bruto. Tantum abest, vt Pantha de exercitu suo, aut delectu tibi aliquid tribuat, vt etiam molestè ferat tam multos ad te ire voluntarios epist. 5.

Hirtius. Hoc detramento, milites nostri absuerint, vt pertubarentur, vt incensi potius atq; incitati, magnas accensiones fecerint. De bell. Alexandino.

Cic. Sed tamen tantum abest, vt scribi contra nos nolimus, vt id etiā maximè optemus. 2. Tūscul. princ.

Cic. In quo tantum abest, vt nostra miremur, vt usq; eò difficiles, ac morosi simus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthe-

**Demosthenes.** In Oratore.

**L**uius. *Cui ego rei, tantum abest, ut impedimento sim,*  
*ut contrà te M. Manli. adhorter. dec. 1. lib. 6.*

Tantopere, quantopere.

**S** Cic. *Neg<sub>3</sub> enim tantopere hanc à Crasso disputationem*  
*desiderabam, quantopere eius oratione in causis dele-*  
*citor. lib. 1. De Orat.*

Tantopere, quam.

**I** Cassius Cic. *Nunc illa non ego quidem dici tantopera*  
*desiderabo, quam sentiri à te ipso. lib. 12. 13.*

Tantopere, vt.

**C** Cic. *In quo tantopere apud nos tro*s* iustitia culta est, vt*  
*ij, qui ciuitates, aut nationes deuictas bello in fidem*  
*recepissent, earum patroni essent. lib. 1. Offic.*

**15** Tantopore, absolute.

**C** Cic. *Istud nescio quid, quod tantopere didicisti. Pro*  
*Muræna.*

**T**er. An. ————— ah, ne sauit tantopere. act. 5. 2.

Temerè est, quòd. *vide Causa*  
*sa, quòd.*

**20** Tantummodò, ne.

**C** Cic. Atti. *Tantummodò Cneus noſter, ne, vt vrbem*  
*ἀλογίσας reliquit. sic Italiam relinquat. lib. 9. 9.*

Tummodò, vt. *vide Modò vt.*

**25** Tot, quot.

**C** Cic. Atti. *Quid enim hoc miseriū, quam eum, qui tot*  
*annos, quot habet, designatus consul fuerit, fieri con-*  
*sulēm non posse? lib. 4. 8.*

**Brut.** Cic. *Valde care astimas tot annos, quot ista aetas recipit, si propter eam causam paero i'li supplicaturus es.* Ad Bru. epist. 20.

**Plaut.** Sti. ————— *quot cyathos hos libimus? ST.* tot, quot digitis sunt tibi in manu. Ic. Agite. 5

**Ouid.** Meq; tot aduerjis cumulant, quot littus arenas,  
*Quot q; fretum pisces, ouaq; piscis habet.* 4. trist. 1.

**Hora.** *Qui possum tot ait, tamen & queram, & quot habebeo,*

*Mitam.* ————— lib. 1. epist. 6. 10

**Gaius.** Immo etiam tot iniuria sunt, quot & personae iniuriam facientium. 1. Si plures. 34. ff. De iniurijs.

Totidem, quot.

**Cic.** *Sententiarum autem totidem genera sunt, quot diximus esse gradus oratorum.* De opti. ge. orato. 15

**Idem.** Totidem, quot dixit, vt aiunt, verbis, scripta oratio, in Bruto.

**Idem.** *Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum.*

*In Oratore.* 20

**Varro.** *Habeo tauros totidem, quot Atticus.* lib. 2. 5.

**Pomponius.** *Totidem praetores, quot prouincia in divisionem venerant, creati sunt.* 1. 2. ff. de origi. Iu.

**Plaut, Ruden.** ————— *quot sunt?* S C. totidem, quot ego & tu sumus Ic. Quid istuc. 25

**Ouid.** *Nec totidem veteres, quot nunc, habuere Kalendas;*

*Ille minor geminis mensibus annus erat.* 3. Fast. princ.

Tot, vt.

**Cic.** *Quæcum viderem tot vestigijs impressa, vt in his errari*

425

*errori non posset, non adscripti.* lib. 5. 20.

**Ouid.** Tot mala sum fugiens tellure, tot aquore paf-  
sus,

*Te quoque ut auditis posse dolere putem. 3. trist. ii.*

## § Toties, quoties.

Cic. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas litteras, quoties à Q. Fratre mihi afferuntur. lib. 7. 7.

*Paulus. Codicilli totiens valent, quotiens quis testamentum quoque facere potuit. l. conficiuntur. 8. ff.*

10 de iure cod.

**Paulus.** *Totiens secundum voluntatem testatoris facere compellitur, quotiens contra legem nihil sit futurū.*  
1. si quis, 37. ff. de cond. & demonstra.

Vlpian. Hec autem facultas domino tribuitur totiens,  
15 quotiens ignorantie eo furtum factum est. l. i. ff. Si fa-  
milia furtum fecisse dicatur.

Tum, cùm.

Cic. *Fructus enim ingenij, & virtutis, omnisq[ue] præstantia; tum maximè capitur, cum in proximum quemq[ue] confertur.* In Lælio.

20 *confertur. In Lælio.*

Cic. Attic. *Qui etiam tum, cum misereri mei debent,*  
*non desinunt inuidere.* lib. 4.5. & 15. & lib. 5.10.

Cic. Tarquinium Brutus bello est persecutus: qui tum  
rex fuit, cum esse Romæ Regem licebat. Philip. 2.

25 Cato. Tum erit tempestiu*a*, cūm semen suum maturum  
erit. Dere Rust. ca. 1. 31.

Ouid. Tum quoq<sub>3</sub>, cū pax est, trepidant formidine  
belli. 3. trist. 10.

Tum, cùm iam.

**Cic.** Attic. *Cui tum, cum iam in armis essemus, consu-*

426 DE PARTICVLIS

*Iatus tamen alter, & triumphus amplissimus deferatur.* lib. 8. 11.

**Ouid** *Aggrediar melius tum, cum sua vulnera tangi iam finet, & veris vocibus aptus erit.* Rem. amo. 1.

Iam tum, cum. vide Iam.

Tum denique, cum.

**Cic.** Attic *Tum denique, cum illò venimus.* lib. 1. 5.

**Plaut.** Capt. *Tum denique homines nostra intelligimus bona,*

*Cum qua in potestate habuimus, ea amissimus.* sc. 2. 10

**Appen.** Non tum denique, cum; sed  
tum, cum.

**Cic.** *Que non tum denique incipit lex esse, cum scripta est; sed tum, cum certa est.* lib. 2. de legibus.

Tum, ubi.

**Ter.** Eu. ————— *vbi molestum non erit, ubi tu volles,*

*Vbi tempus tibi erit; sat habet, si tum recipitur.* a&t. 3. 2.

**Ter.** Eu. *Nam quid illi credis animi tum fuisse, vbi vestem vidit*

*Illam esse eum indutum pater.* ————— a&t. 5. 7.

**Cato.** *Idq; tum maximè opus erit, vbi fauonius flabit.*

*Dere Ruct.* c. 1. 29. & 33.

**Sallust.** *Cetera maleficiatū persequare, vbi facta sunt.* 25  
*In Coniurat.*

Tum, quando.

**Plau.** Mostel. *Igitur tum accedam hunc, quando quid agam inuenero.* sc. Scelestiorem.

Tum

Tum, si.

**Cic.** *Quæ ipsa tum esset iocundior, si villa res esset publica.* lib. 6. 12.

**Idem.** *Sed tum id audirem, si tibi soli natus esses.* Pro  
5 *Marcello.*

**Cic.** Atti. *Gaudere me tum dicam, si mihi hoc verbo licet.* lib. 3. 20.

**Cic.** Attic. *Letari te nostra moderatione, & continentia video, tum id magis faceres, si adesses.* lib.

10 6. 2.

**Cic.** Q. Frat. *De Felicis testamento, tum magis querere, si scias.* lib. 3. 9.

Tum denique, si.

**Cic.** Q. Frat. *Plato tum deniq<sub>3</sub>, fore beatas resp. putauit, si aut docti, & sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omnime suum studium in doctrina, ac sapientia collocaſſent.* lib. 1. 1.

**Cic.** *Qui mihi tum deniq<sub>3</sub>, salutem se putauit reddere, si eam nullis spoliata m<sup>o</sup> ornamenti reddidisset.* Pro

20 Ligario.

Tum demum, si.

**Plaut.** Menæch. — *tum demum sciam Recl<sup>e</sup> monuisse, si tu recl<sup>e</sup> caueris.* sc. Benè.

Tum demum, vbi.

25 **Plaut.** Trinum. *Tum tu igitur demum id adolescens ti aurum dabis,*

*Vbi erit locata virgo in matrimonium.* sc. Ut mihi.

Tum, nunc.

**Cic.** *Tum est Cato locutus, nunc Lælius.* In Lælio.

**Cic.** Att.

Cic. Att. *Tum enim eramus in maxima spe, nunc ego quidem in nulla.* lib. 9. vlt.

Cic. F. *Quando igitur tum ex me doluisti, nunc, ut duplacetur tuum ex me gaudium, præstabo.* lib. 16. 21.

Cic. *Sed meherculè & tum Remp. lugebam. &c. & 5 hoc tempore.* lib. 7. 28.

Ter. Hec. *Quæ tum obsecutus miki fecisti, vt decuerat:*

*Nunc animum rursum ad meretricem induxii tuū.*  
act. 4. 2.

10

### Admonitio.

*Tum, non raro eam habet significationem, vt transitioni seruiat.*

Cic. *Tum rationes in ea disputatione à te collectæ vatabant me reip. penitus diffidere.* lib. 5. 13.

15

Cœlius Cic. *Cum Curione vehementer lecutus est, & eum, si aliter fecisset, iniuriam Cœsari facturum dixit, tum eius fidem in suspicionem adduxit.* lib. 8. 11.

Cœlius. Cic. *Mibi cum hominibus his, & gratia, & necessitudo est: tum causam illam, non homines odi.* lib. 8. 14.

20

Plaut. Mostel. *Sic tamen hinc consilium dederō: nimio plus sapio sedens.*

*Tum consilia firmiora sunt de diuinis locis. sc. penult.*

Plaut. Mili. ————— *loquitur lautè, & minimè* <sup>25</sup> *fördidè.*

*Tum ipsa est nimium lepida, nimisq; nitida fœmina.*  
sc. Iamne.

Tunc, cùm.

Marcianus. *Tunc resprore soluta liberationem præstat,*

*stat, cùm pro solidō facta est suscipientis. l. si quis. 46.  
ff. de solut.*

Ouid. *O vitinam tunc, cùm Lacedemonia classe petebat,*

5 *O brutus insanis esset adulter aquis. 1. Heroid.*

Ouid. *Pergama tunc vici, cum vinci posse coegi. — 13.*

Metamor.

*Appen. Iam tunc, cùm. vide Iam.*

10 *I. Appen. { Eo tempore, cùm.  
Eo tempore, quo.*

Cic. *Eo tempore Polla tua misit, vt ad te, si quid vellem,  
darem litterarum, cùm, quid scriberem, nō habebam.*  
lib. 11. 8.

Idem. *Eo tempore mecum esse non potuisti, quo ego ma-  
15 ximè operam, & fidelitatem desideravi tuam. libr.  
16. 11.*

*II. Appen. { In eo tempore, quo tempore.  
In eo tempore, in quo.*

20 Gellius. *Isq; in eo tempore Aedili curuli apparebat,  
quo tempore Aediles subrogantur. lib. 6. c. 9.*

Gellius. *Si in eo tempore huiuscemodi homunculum  
nomines, in quo punire non possis. lib. 6. c. 11.*

*III. Appen. Eo tempore, quo iam.*

25 Vlpian. *Verū eo tempore edificavi, quo iam scibam  
alienam. l. Iulianus. 37. ff. de rei. vind.*

*IV. Appen. Ex eo tempore, ex quo.*

P aulus. *Ex eo tempore, ex quo discessit à proprietate,  
fructum rationem non habendam, quidam recte pu-  
tant. l. Et ex diuerso. 35. ff. de rei vind.*

*V. Appen.*

V. Appen. Iam ex illo tempore, cùm.

**Virgilius.** Hæc adèò ex illo mihi iam speranda fuerunt

Tempore, quum ferro cælestia corpora demens

Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram. 11. 5

**Aeneid.**

V I. Appen. Cùm, absolute possum.

**Ouid.** Pugna suum finem, cùm iacet hostis, habet. 3.  
trist. 5.

Tunc primùm, cùm.

10

**Papinianus.** Tunc primùm petetur, cùm maior annis  
apud eundem esse cœperit. l. Dotis promissio. 68.  
ff. de iure dot.

Tunc demum, cùm.

**Colu.** Quas ordine suo tunc demum persequar, cùm i s  
prefatus fvero. Præfat.

Tunc, nunc.

**Cic.** Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidē,  
sed tamen iusta; nunc nulla est liberatis iam regio do-  
minatu. Philip. 7.

26

Tunc, si.

**Cic.** Atti. Consilium istud tunc esset prudens, vt mihi  
vid. tur, si nostras rationes ad Hispanensem caussam  
accommodaturi essemus. lib. 10. 7.

**Pompon.** Tunc autem reuersus intelligitur, si aut ad a-  
micos nostros perueniat, aut intra præsidia nostra esse  
cœpit. l. Politimini. ff. de capt. & postli.

Vbi, ibi significatione loci.

**Cic.** Tempus est huiusmodi, vt vbi quisq; sit, ibi esse mi-  
nimè velit. lib. 6. 4.

Dola-

Dolabella Cic. *Vbi nunc est Respub. ibi simus potius,*  
*quam, dum illam veterem sequimur, simus in nulla.*  
 lib. 9. 9.

Cato. *Vbi statues, ibi & commodato, concinnatoq; ca.*

3 136.

**Vbi, ibidem.**

Plaut. Trucu. *Verum est verbum, quod memoratur,*  
*vbi amici esse ibidem opus.* sc. Blitea.

**Vbi, illic.**

10 Ouid. *Adde, quod excubias, vbi Rex Romanus agebat.*  
 &c.

*Ilic à nuribus Iunoni templa Latinis*  
*Hac sunt, si memini, publica facta die. 3. Faſt.*

### *Admonitio.*

15 **Vbi, aduerbium loci, eleganter admodum nos-**  
 mina tam propria, quam appellativa, locum  
 ferè designantia, subsequi animaduerto: ut &  
 particulas, *Ibi, Vnde, de quibus suo loco. In-*  
*terdum Vbi etiam personæ tributum, ut &*

20 **Eò. Quò.**

Plaut. Capt. *Nescio quem ad portum nactus es, vbi ca-*  
*nes.* — sc. Quanto.

Cic. *In ea vrbe es, vbi nata, & alta est ratio, ac mode-*  
*ratio vita.* lib. 6. 1.

25 **Idem. Vt is cuiq; locus, vbi ipse sit, miserrimus esse vide-**  
 atur. lib. 4. 4.

**Idem. Porticus hac ipsa, vbi inambulamus. lib. 2. de-**  
**Orat.**

**Cic.**

**Cic.** Neq; nobis adhuc præter te quisquam fuit, vbi nostrum ius contra illos obtineremus. Pro Quintio.

**Cic.** Locus ad insidias ille ipse, vbi congreſſi sunt, vtri tandem fuerit aptior. Pro Milone.

**Cic.** In his sermonibus, qui dialogi dicuntur: vbi etiam de industria id faciendum fuit. In Oratore.

**Cic. Att.** Non habebam locum, vbi pro meo iure diutius esse possem. lib. 3. 2. & lib. 2. 6.

**Cic.** Nos adhuc in ea ora, vbi præpositi sumus, ita fui-  
mus, vt nauem paratam haberemus. lib. 8. 11.

**Idem.** Hac est iniqua certatio, qua huic, ne vbi con-  
fisteret quidem contra te, locū reliquisti. Pro Quintio

**Cesar.** Collis, vbi castra posita erant, paullulum ex pla-  
nitie editus. 3. de bel. Gal.

**Columel.** In transmarinis regionibus, vbi astas pluuiia  
caret. lib. 1. 6.

**Virgil.** Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes  
Mœnia ——— 1. Aen.

**Horat.** Exilis domus est, vbi non & multa supersunt,  
Et dominum fallunt. ——— lib. 1. epift. 6.

**Hirtius.** Campus, vbi ea res gerebatur. De bello Africano.

**Plaut. Mercat.** ——— mihi aedes aliquas condu-  
cat, volo,

Vbi babitet istaec mulier. ——— sc. Tandem.

**Plaut. Pſeu.** Occasionem repperisti verbero,  
Vbi perconteris me insidijs hostilibus. sc. Ne plora.

**Varro.** Aliquot regiones accessi, vbi nec vitis, nec olea,  
nec poma nascerentur. De re Rust. lib. 1. 7.

**Varro.** Lacum esse oportet, vbi maceretur lupinum.  
lib.

lib. i. 13. & alibi plus millies.

Idem. *Vas, vbi cibum coquebant. De lingua latina.*  
Idem. *Intrinsicus multos esse palos; vbi aues asidere possint.* lib. 3. 5.

5 Ter. Eu. —————dignares est, vbi tu neruos intendas tuos. act. 2. 3.

Ter. Eu. —————inueniam hodie, parem vbi pol re feram gratiam. act. 4. 4.

Vnde, posse Nomina. vide supra

10 Eò, vii. & ibi VI. Appen.

Cic. *Quidem vobis fontes, vnde hauriretis, atq; itinera ipsa putauit esse demonstranda.* lib. i. De Oratore.

Idem. *Dicat se esse eum, vnde sibi, si non populi, & reges, at omnes sui ciues, consilium expetant.* lib. i.

15 De Oratore.

Idem. *Si exempla sequimur, à Demosthene sumamus ex eo loco, vnde in Ctesiphontis iudicio de suis factis aggressus est dicere.* In Orato.

20 Cæsar. *Noluit eū locum, vnde Helvetij discesserāt, va care.* i. de bel. gal. Itidem. 3.

Hirtius Cæsara, vnde Cæsar egressus iter facere caperat, occupant. De bel. Afric.

Varro. *Potero anno cum comprehēdit, vnde propagatum est, ab altera arbore præcedit.* De re Rust. lib.

25 i. 40.

Cato. *Duas aut tres familias habeat, vnde vtendaroget.* cap. 5.

Idem. *Terram, vnde lutum fiat.* lib. i. 14.

Idem. *Vimina, vnde corbulæ siant.* c. 33. & 58. & alib.

Catul. *Ac tum præruptos tristè descendere montes,*

Ee Vnde

Vnde aciem in pelagi vastos protenderet aestus. 62.  
**Cic.** Ad sunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina,  
 religio, fruges, iura, leges ortae, atq; in omnes terras  
 distribut& putantur. Pro L. Flacco.

**Ter. Eu.** ————— è predonibus

Vnde emerat, se audisse. a&t. I. 2.

Vbi, tum. significatione temporis.

**Ter. And.** Post, vbi iam tempus est promissa perfici,  
 Tum coacti necessario se aperiunt, & timent. a&t.

4. I.

**Ter. Phor.** ————— Vbi ad vxores ventum est, tum  
 fuit senes. sc. Vlt.

**Plaut. Trucu.** Ociūm vbi erit, de istis rebus tum am-  
 plius tecum loquar. sc. Blitea.

**Plaut. Bacchi.** ————— hoc vbi egero, tum istuc a-  
 gam. sc. Hunc hominem.

**Liuius.** Defixis pilis stare suos iussit: vbi ad manum ve-  
 nisset hostis, tum coortos tota vi gladijs rem gerere.

Dec. I. lib. 2.

**Cato.** Vbi atas accessit ad annos XXXVI. tum edifica-  
 re oportet. c. 3.

**Cic.** Vbi eorum dolorem ex illius iniurijs non modò mi-  
 norem, sed prope maiorem, quam ceterorum Siculo-  
 rum esse cognoui; tum ego meum animum in illos, tum  
 mei consilij, negotijq; totius suscepit causam, ratione-  
 que proposui: tum eos hortatus sum, vt, &c. lib. 4. 25

In Verrem.

Vbi, tum deniq;

**Cato.** Vbi trima sunt, tum deniq; matura sunt. c. 45.

**Gellius.** Vbi aliquantulum processeris, tum deniq; e-  
 molumentū eius in animo tuo dilucebit. lib. I 6.. c. 8.

Vbi,

Vbi, tum demum.

Plaut. Poenu. Placet consilium. MI. immò etiam vbi  
expoliuero

Magis, hoc tum demum dices, nunc etiam rude'st.

5 sc. 1.

Vbi, ibi.

Ter. And. Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendā  
excelsū locum. act. 2. 2.

10 Ter. Eu. Ille vbi miser famelicu'. videt me esse in tantum  
honorem,

Et tam facile victimū querere : ibi homo cœpit me  
obsecrare. act. 2. 2.

Plaut. Bacchi. Post vbi tabellas ad senem detuli, ibi  
occidi Troilum. sc. Atridae.

15 Plaut. Aulu. Vbi nugiuendis res soluta est omnibus,  
Ibi ad postremum redit miles, as petit. sc. Narraui.

Vbi, statim.

20 Gato. Vbi res diuina facta erit, statim ibidem consu-  
mito. c. 83.

Vbi, repente.

Gellius. Hunc ille leo vbi vidit procul, repente quasi  
admirans stetit. lib. 5. c. 14.

Vbi, continuo.

25 Ter. Eu. Vbi nominabit Phædriam: tu Pamphilam  
Continuo ————— act. 3. 1. Item Hec. act.  
1. 2.

Ter. Heaut. ————— hac vbi aperuit ostium,  
Continuo hic se coniecit intro. act. 2. 2.

Plaut. Bacchi. *Nam vbi me aspiciet, ad carnificem raptum continuo senex.* sc. Hunc hominem. Item Cistel. sc. Audire.

Cato. *Olea vbi lecta siet, oleum siet continuo ne corrumpatur.* c. 3. & 66. 5

Vlpian. *Vbi libertas competit, continuo dicendum est, posse actionem dari.* l. 1. ff. Si is qui testam. liber.

Vbi, quamprimum.

Cato. *Olea vbi matura erit, quamprimum cogi oportet.* 10  
c. 64.

Vbi, illico.

Ter. Heau. — *dixi e quidem, vbi ostendisti, illico Eum esse.* act. 4. 1.

Ter. Eu. *Is vbi hancce forma videt honesta virginem, Et fidibus scire, pretium sperans, illico* 15  
*Producit, vendit.* — act. 1. 2. & act. 3. 5.

Plaut. Amphi. *Hac vbi legati pertulere, Amphitruo castris illico*  
*Producit omnem exercitum.* — sc. 1. Item

Curcu. sc. Date. Cistel. sc. 3.

Vbi primum, tum.

Cato. *Vbi primum incipiunt biascere, tum legi oportet,* 20  
cap. 17.

Vbi primum, illico.

Plaut. Menæch. — *vbi primum est licitum,* 25  
illico

*Properauit abire de foro.* — sc. Vthoc.

Vbi primum, continuo.

Plaut. Amphi. — *vbi primum terram tetigimus.*

*Continuò*

Continuò Amphitruo delegit viros primorum principes sc. i.

Vbi, subito.

Cæsar. Vbi Cæsaris castra posita animaduertere, se se  
5 subito proripiunt. i. De bello ciuili.

Vbi, exemplò.

Plaut. Epid. — vbi erit otium,

Reuortere ad me extemplò. — sc. Non oris.

Idem. Persa. Vbi quid credideris, citius extemplò à

10 foro

Fugint, quām ex porta ludis cum emissu' st lepus.  
sc. Curate.

Idem. Ruden. Et ille vbi seruus cum hero huc aduenierit,

15 Qui herum accersuit, itote extemplò domum. sc.  
Vtrum.

Vbi, iam.

Vlpian. Vbi aditahereditas est, iam quasi liber conueniri potest. l. 1. §. 1. ff. Si is qui testam. liber.

20 Ter. Adel. Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio. act. 4. 1.

Plaut. Persa. Vbi cum lenone me videbis colloqui,  
Id erit adeundi tempus. — sc. Nunquid.

Vbi, hīc iam.

25 Plaut. Mostel. Atq; vbi illò immigrat nequam homo,  
indilicensq;

Cum pigra familia, immundus, infrenuus,  
Hīc iam adibus vitium additur. sc. i.

Appen. Vbi erit, vbi non erit.

Ter. Adel. — dabitur à me argentum, vbi erit commodū:

*Vbi non erit, fortasse excludetur foras.* act. 1. 2.

*Vbi, inde.*

Cic. *Vbi salutatio defluxit, litteris me inuoluo, aut scribo, aut lego &c. inde corpori omne tempus datur.*  
lib. 9. 20.

*Velut,* 5  
 ⎛ *sic.*  
 ⎛ *non aliter.*  
 ⎛ *haud aliter.*  
 ⎛ *haud secus.*

Cic. *Velut in cantu, & fidibus, quæ harmonia dicitur;* 10  
*sic ex corporis totius natura, & figura varios motus cieri.* i. Tuscul.

Virg. *Ac velut Edoni borea, cum spiritus alto*  
*Insonat Aegeo &c.* —————

*Sic Turno, quacunq; viam secat, agmina cedunt.* 15  
lib. 12. æn.

Virg. *At velut ingenti Syla, summōue Taburno,*  
*Cum duo conuersis inimica in prælia tauri*  
*Frontibus incurruunt, &c.* —————  
*Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius heros.* 12. 20  
æn.

Virg. *Ac velut optatè ventis æstate coortis,*  
*Dispersa immittit syluis incendia pastor, &c.*  
*Non aliter sociūm virtus coit omnis in vnum.* 10. æn.

Virg. *Ac velut — haud secus.* ————— 11. æn. fin. 25

*Veluti, sic.*

Virg. *Ac veluti montis saxum de vertice præceps*  
*Cum ruit auulsum vento, &c.* —————  
*Sic vrbis ruit ad muros.* ————— 12. æn.

*Vix,*

Vix, cùm. temporis significati-  
onem continet.

5 Cic. Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortatio-  
nis meæ, cùm iste accusauit C. Norbanum, defenden-  
te me. lib. 2. De Oratore.

Cic. Atti. Apenas vix discesserat, quum epistola. lib.  
4. 8.

Cœlius Cic. Vix hoc erat Pola elocutus, cùm ego Appi-  
um censorem eadem lege postulaui. lib. 8. 13.

10 Cæsar. Vix agmen nouissimum extra munitiones pro-  
cesserat; cùm Galli cohortati inter se, ne speratam præ-  
dam ex manibus dimitterent, flumen transtire, & ini-  
quo loco prælium committere non dubitabant. lib. 6.  
de bel. gal.

15 Virg. Vix ea fatus erat, gemina cùm forte columba  
Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes. 6. æn.

Virg. Vix è conspectu Sicula telluris in altum  
Vela dabant lati, & spumas salis ære ruebant:  
Cùm Iuno æternum seruans sub pectore vulnus,

20 Hæc secum. 1. æn. princ.

Virg. Vix è conspectu exierat, &c.  
Cum pater Aeneas — II. æn. fin. Item eclo. 8.  
& 12. æn.

Vix dum, cùm.

25 Cic. Atti. Vix dum epistolam tuam legeram, cùm ad  
me, currens ad illum, Posthumus Curtius venit, nihil  
nisi classes loquens, & exercitus. lib. 9. 2.

Liuius. Vix dum satis patebat iter, cùm persugæ certa-  
tim ruunt per portam. Dec. 3. lib. 7.

Vix, nedum. *id est*, Non, tantum abest, *Comparationem in se habet.*

Cic. *Vix in ipsis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur, ne dum in mari, & via sit facile ab iniuria temporis.* lib. I 6. 8.

Suet. *Vix ut referri, audiriue, ne dum credi fas sit.*  
Tiber. 44.

Vltrà, quàm.

Cic. *Qui sequimur probabilia, nec vltrà, quàm id, quod verisimile occurrerit, progredi possumus: & refelli sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus.* 10  
2. Tuscul.

Ad Heren. *Longum exordium est, quod pluribus verbis, aut sententijs vltrà, quàm satis est, petitur.* lib. I.

Quintil. *Dicendi mutauimus genus, & vltrà nobis, 15 quàm oportebat, indulsimus.*

Liuius. *Postremo se tendere nihil vltrà, quàm vt, si se dignum prouincia ducerent, in eam mitterent.* Dec. 1. lib. 10.

Labeo. *Non vltrà me tibi prestaturum, quàm dolum 20 malum.* l. 60. ff. loc. conduicti.

Paulus. *Arbusti pastinatione vltrà quàm necesse fuerat.* l. 78. ff. De verb. fig.

Horat. ————— *ne te longis ambagibus vltrà,*  
*Quam satis est morer: ex nitido fit rusticus.* lib. I. 25  
epist. 7.

Sueton. *Seruum grauißimè de se opinantem, non vltrà, quàm compedibus coëcuit.* Octau. 67.

Vltrà, absolutè positum.

Cic. Att. *Est aut oratio scripta elegantißimè sentētij, verbius*

*verbis, ut nihil posse vltra lib. 15.1.*

**Africanus.** Nec vltra actione ex conducto prestare co-  
geris. I. si fundus. 33. ff. loc. c. on.

Vnde, post nomina. *vide*, Vbi.

5 Vnus, alter. *copulatiuē*.

Cic. *Vnus & alter dies intercesserat, cum res parum certa videbatur.* Pro Client.

Cic. *Si quem tili item vnum, alterumue diem alstulerit.* lib. 3.9.

10 Cic. Attic. *Quid enim est tantum in uno, aut altero die?* lib. 7.8.

Ad Heren. *Vnum aliquod, aut alterum potest in istū casu cecidisse suspicioē.* lib. 4.

Cic. Att. *Adductus sum tuis & vnis, & alteris litteris.*

15 lib. 14.18.

Liuus Appius imperio consuliri rem agendam confe-  
bat: *vno, aut altero arrepto, quieturos alios.* Dec. 1.  
lib. 2.

Ouid. *Alloquor extremū mœstos abiturus amicos,*

20 *Qui modo de multis vnis & alter erant.* i. Trist. 3.

Horat. *Purpureus, latè qui plendeat, vnis, & alter  
Affuitur pannus.* In Arte.

Plaut. Trucu. *Cum inter nos forderemus vnis alteri.  
sc. Num tibi.*

25 Vnus, alter. *distributiūē*.

Cic. *Vni epistola respondi, venio ad alteram.* lib. 2. 17.

Cic. *Reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me ma-  
gnopere delectant: vnum familiare, & iocosum, alte-  
rum seuerum, & graue.* lib. 2. 4.

**Cic.** Quas ad me litteras misisti, vnas de legatis à me prohibitis profisci, alteras de Appianorum adificatione impedita, legi perinuitus. lib. 3. 9.

**Planc. Cic.** Duas q̄, ei spes esse propositas, vnam Lepidi, ipsius alteram exercitus. lib. 10. 11. 5

**Serrius Cic.** Nunciauit M. Marcellum, &c. pugione percussum, & duo vulnera accepisse, vnu in stomacho, alterum in capite secundūm aurem. lib. 4. 12.

**Cic. Att.** Sed credo te, iam in Epiro cùm esses, binas meas de omnibus rebus accepisse, vnas à Pindeniso capto, 10 alteras à Laodicea, vtrās q̄, tuis pueris datas. lib. 6. 1.

**Cic.** Tria Gracorum genera. quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur; Aeoles alteri: Dorantes tertij nominabantur. Pro L. Flacco.

Vnus, atque. id est, Idem, atque. 15

**Cic.** Toties vnum dices, atq; illud, temerè hunc pecuniā Regi credidisse. Pro Rabirio.

Vsque, dum. id est, Adeò, dum.  
Tamdiu, donec.

**Cic.** Mibi quidem vſq; cura erit, quid agas, dum, quid 20 egeris, sc̄ero. lib. 12. 19.

**Cic.** Iacet res in controuersijs isto calumniante biennium, vsque, dum in usniretur, qua ratione res ab vſitata confuetudine recederet. Pro Quintio.

**Plancus. Cic.** Sed vſq; mibi temperauit, dum perducere rem è rem, vt dignum aliquid & consulatu meo, & vſtra expectatione efficere. lib. 10. 7. 25

**Cic.** Fateatur id, quod negari non potest, se priuatum hominem viuos prædonū duces, atq; incolumes, domi ſue,

*sue, usque dum perire licuerit, retinuisse.* lib. i. In  
Verrem princ.

Cato. *Visque coquito, dum dimidium excoquas.* c. 107.

Plaut. *Trucu.* — *visque, dum viuunt, lauant.*

5 sc. pisceis.

Varro. *Candentis ferro inurentes ad infima crura, usque dum rumpatur.* lib. 3. 9.

Ter. *Phor.* *Habet hac ei quod, dum viuat, usque ad au-*  
*rem obgammat.* sc. vlt.

10 Plaut. *Persa.* *Usque ero demi, dum exoxero lenoni ma-*  
*lum.* sc. i.

Virg. — *Melampus*

*Alcidæ comes, usque graueis dum terra labores*

*Prabuit.* 10 æn.

15 Cato. *Armillis ferreis temperato, usque dum recte tem-*  
*peralitur.* c. 22.

Idem. *Ficulneam usque dum habebis dato frondem viri-*  
*dem usque dum habebis præbeto.* c. 30. & 110. & 113.

20 Ouid. *Visque sequens presit, dum retro querens eunti*  
*Obstutit.* 3. Meta.

Plau. *Menæc.* *Mea quidè hercùlē caussa vidua vicitat,*  
*Vel usque, dum regnū obtinebit Iupiter.* sc. Nimis:

*Visque ad eum finem, dum.*

Cic. *Quid dicam quantus amor bestiarum sit in educan-*

25 *dis, custodiendis ipsis, quæ procreauerint, usque ad eum*  
*finem, dum possint se ipsa defendere?* li. 2. de na. deo.

Idem. *Manxit in conditione atque pacto, usque ad eum fi-*  
*niem, dum Iudices reieci sunt.* In Verrem.

*Visque ad id, dum.*

Plaut. *Moste.* *Nam ego ad id frugi usque, & probus fui,*  
*in fabrorum potestate dum fui.* sc. Recordatus.

*Visque*

Vſque, donicum.

Cato. *Vſq; licebit vellas, donicum in semen videris ire.*  
c. penult.

Vſque dum, donicum. *id eſſ;*  
Vſque eo, donec. 5

Plaut. *Mostel.* — *si quid nummo sarciri po-*  
*test,*

*Vſque dum mantant, neq; id faciunt, donicum*  
*Parietes ruunt.* — sc. I.

Vſque, donec. 10

Ter. *Adelph.* — *nunc verò domi*

*Certum obſidere eſt, vſque, donec redierit.* act. 4. 6.

Plaut. *Mili.* *Si ita non reperio, ibo odorans quasi canis*  
*venaticus,*

*Vſque, donec persecutus volpem ero vestigijſ.* sc. Ni- 15  
ſi herclē.

Horat. — & vſque

*Seffuri, donec cantor vos plaudite dicat.* In Arte.

Plaut. *Ruden.* — *te in carcerem compingier eſt*  
*equum, atatemq; ibi* 20

*Te vſque habitare, donec totum carcerem contri-*  
*ueris.* sc. Exi.

Cato. *Quotmensibus, vſq; donec trimæ erunt, fodere o-*  
*portet.* c. 4. 2.

Idem. *Vſq; ocinum dato, donec areſcat.* c. 5 4. & 156. 25  
Vſque, donec iam.

Ter. Hec. *Vſq; illud viſum eſt Pamphilo neutiquam*  
*graue,*

*Donec iam in ipſis nuptijſ* — act. 1. 2.

Vſque

Vſque, quo.

Modestinus. Constantius dicetur, per doli exceptio-  
nem inefficacem fieri ex stipulatu actionem, vſq; quo  
matrimonium durat. l. Si mulier. 13. ff. de iure  
5 dotium.

Varro. Iubet ranam luridam coniūcere in aquam, vſq; quo  
ad tertiam partem decoixeris. De re Rust. lib.  
1.2.

Vſque, quo ad.

10 Cic. Cum cognitionis dies effet, & ipſe Rutilius rogatus  
ſociorū donum ad Galbam mane venisset, & eum  
admoneret, & ad dicendi tempus adduceret, vſq; illū,  
quo ad ei nunciatum effet consules descendisse, omni-  
bus exclusis, commentatum in quadam testitudine cū  
15 ſeruis litteratis fuiffe. In Bruto.

Varro. Anniculis iam ſactis dandum ordeum, & fur-  
fures; vſq; quo ad erunt lactantes. lib. 2. 7.

Vſque, quando.

Plaut Pſeu. Non est iustus quiſquam amator, niſi qui  
20 perpetuat data,  
Datq; vſque, quando nihil fit. simul. amare definat.  
Pſudole.

Vſque eō, dum.

Cic. Situs earum rerum quas intuemur, & interualla,  
aut contrahimus, aut diducimus, multaq; facimus vſq;  
eo, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui iudicij. 4. A-  
cade

Cic. Sic igitur veteres præcipiunt, cum ſumpferis ea,  
que ſunt ei rei, quam definire velis, cum alijs commu-  
nia,

*nia, vsque eo persequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri posset. In Topi.*

**Ter.** Eunu. — *Vsque ed ego illius ferre possum in-  
eprias,*

*Et magnifica verba, verba dum sint. — act. 4. 6. 5*

**Vsque eò, donec.**

**Cic.** *Vsque eo timui, ne quis de mea fide, atque integri-  
tate dubitaret, donec ad reiiciendos iudices venimus.*  
lib. 1. In Verrem. princ.

**Hirtius.** *Opidani vsque eò passi propius eum accedere, 10  
donec ad ipsas portas, ac murum appropinquaret. de  
bello Africano.*

**Idem.** *Præcipit, vt vsque eò locum obtinerent, in quò  
paullò ante constitissent, donec ab hoste missum telum  
ad se perueniret. Ibidem.*

**Vsque eò, quò.** 15

**Ad Heren.** *Si non ad extremum, sed vsque eò, quò opus  
erit, prosequemur. lib. 1.*

**Vsque eò, quoad.**

**Cic.** *Quæcum ita essent, tamen vsque eò se tenuit, quo-  
ad à Cn. Pompeio ad eum legati litteræq; venerunt.* 20  
Pro Deiotaro.

**Idem.** *Liciti sunt vsque eò, quoad se efficere posse arbi-  
trabantur. lib. 3. In Verrem.*

**Cic.** *Cum vsq; eò vicinos prosciriberet, quoad oculos cō-  
tinuando, ex multis prædijs vnam fundi regionem for-  
mamq; perfecerit. de lege agra. contra Kullum.  
fin.* 25

*Appen Quoad, absolute possum, vide suprà Tamdiu.  
Varro. Sic nutricatur, quoad facti sunt quadrimestres.*

lib. 2. 2.

**Vsque**

## Vsque adeò, dum.

Gellius. Stuppis, quibus lectica deligata erat, vsque ad  
eò verberari iusfit, dum animam efflauit. lib. 10. c. 3.

Virgil. Vsque ad eò obnixi non cedere, dum grauis, aut  
hos,

5 Aut hos, versa fuga victor dare terga coegit. 4. Ge-  
org.

Cato. Vsque ad eò, dum ficus esse cœperint. c. 56.

Idem. Postea igni leui coquito, rudicula agitato crebro,

10 vsque ad eò, dum fiat tam crassum, quam mel. c. 95.

## Vsque adeò, donec.

Cato. Vsq; ad eò in sole habeto, donec concreuerit. c. 88.

Ter. And. ——— nunquam deslitit

Instare, vt dicerem esse duicturum patri:

15 Suadere, erare, vsque ad eò, donec per pulit. a. &. 4. 1.

Plaut. Cistel. Instare vsque ad eò, donec se adiurat a-  
nus,

Iam mihi monstrare. —— sc. Audire.

Idem. Ruden. — ni istunc istis invitatis

20 Vsque ad eò, donec, quà domum abeat, nesciat. sc. V-  
trum.

Cato. Commutet vsque ad eò, donec in lacum, qui in cel-  
la est, postremum peruererit. c. 67. Item c. 76. &  
86. & 88. & 106.

## Vsque ad eò, donicum.

25 Plaut. Trucu. Modò hic, modò illic irretitos impedit  
Pisces, vsque ad eò, donicum eduxit foras. sc. 1.

Vsque admodum, dum

Cato. Postea ubi occipiet feruere, paulisper dimittito,  
vsque

*vſq; admodum, dum quinques quinque numeres. c.  
156.*

*Appen. Vſquē, absolutē positum.*

**Plaut.** Epid.—*ne abeas prius, quām ego ad te vene-*  
*ro.*

5

*A P. Vſq; opperiar—sc. St. tacete.*

*Appen. Donicum, absolutē.*

**Cato.** Donicum pecuniam satisfecerit, aut delegarit,  
*p: eius, & familia, quae illic erit, pignerisunt. o.c. 249.*  
& ibi Petrus Victorius.

10

**Lucretius.** Donicum ad extremum crescendi perfica.  
lib. 2. & ibi Lambinus.

Vſque adeò, quo ad.

**Cic.** At q; hoc scitis omnes, vſq; adeò hominem in peri-  
culo fuisse, quo ad scitum scit Sextium viuere. Pro  
Sextio.

15

Vſque dum, intereà vſque.

**Ter.** Heau.—nam vſque duim ille vitam il-  
lam incolit

*Inopeim, carens patria ob meas iniurias,  
Intereà vſq; illi de me supplicium dabo. sc. 1.*

20

Vſque eò, vt. id est, Vſque adeò,  
vt. *Comparationem significat.*

**Cic.** Ad extremum petere coepit, ne vſq; eò suam aucto-  
ritatem despiceret, gratiam q; contemneret, vt se tan-  
ta iniuria afficeret. lib. 1. In Verrem. Ibidem. 4.

25

**Cic.** Qui vſq; eò feruet, fertur q; auaritia, vt de suis cō-  
modis nolit aliquam partem amittere. Pro Quin-  
ctio.

**Cic.** Att.

Cic. Attic. *Multa, & iucunda consuetudine coniuncti;*  
*inter nos sumus, vsq; eò, vt nostri illi confessatores con-*  
*versationis barbatuli iuuenes, illum in sermonibus Cne-*  
*an Ciceronem appellant.* lib. I. 14.

5 Coelius. Cic. Vsq; eò, vt ego misererer eius esuriei. lib.  
 8. I. & 4. & 7. & 8.

Cæsar. Nec prius sunt vissi, obiectis ab ea parte siluis,  
 quam castris approquinquarent, vsq; eò, vt qui sub  
 vallo tenderent mercatores, recipiendi sui non habe-  
 rent facultatem. 6. de bel. gal.

Sueton. Cratia quidem, & potentia reuocata, restitu-  
 taq; matris vsq; eò floruit, vt emanaret in vulgo mis-  
 sos à Messalina uxore Claudi, qui eum meridianem  
 quasi Britannici emulum strangularent. Nero. c. 6.

15 Cæsar. Vsq; eò, vt complures dies milites frumento ca-  
 ruerint. 7. de bel. gal. Itidem. 8.

Varro. Quod vsq; eò est contrarium natura, vt arbo-  
 res non solum minus ferant, sed etiam fugiant, vt in-  
 trorsum in fundum reclinent. De re Rust. lib. I.

20 16. & 37.

Vsq; eò, ne. id est, Eatenus, ne.

Cic. Inferiorem se esse patitur, duntaxat vsq; eò, ne  
 cum bonis fama, fortunisq; omnibus, Sex. Neuij cupi-  
 ditati, crudelitatiq; dedatur. Pro Quintio.

25 Vsq; eò, quò. id est, Eate-  
 nus, quatenus.

Vlpian. Condemnados vsq; eò duntaxat, quò locuple-  
 tiores ex ea re facti essent. I. Item veniunt. 20. ff.  
 de heredit. pet.

Celsus. Vsq; eò duntaxat, quò pretiosior est factus. I.  
 In fundo. ff. de rei vindicat.

Ff

Vsq; e

Vſque eò, quòd.

**Cœlius Cic.** Sed hoc vſq; eò suaue eſt, quòd, ſi acciderit, tota vita riuſus nobis deeffe non poterit. lib. 8. 3.

Sed hîc D. Lambinus pro quòd, legere maluit, vt.

5

Vſque adeò, vt.

**Cic.** Postea aliquanto, ipſos quoq; tempeſtas vehemen-  
tius iactare cæpit, vſq; adeò, vt dominus nauis, cum i-  
dem gubernator eſſet, in ſcapham conſugeret. 2. de  
Inuent.

10

**Varro.** Vere ſus vſq; adeò pinguitudine crescere ſolet,  
vt ſeipſa ſtans ſuſtinere non poſſit. lib. 2. 4.

**Cic.** Vſq; adeò orba fuit optimatum illa concio, vt prin-  
ceps principum eſſet Meandrius. Pro Flacco.

**Vlpian.** Sufficit in re præſenti nuntiari ei, qui in re præ-  
ſentifuerit: vſq; adeò, vt etiam fabris, vel opificibus,  
qui eo loci operantur, opus nouum nuntiari poſſit. l. 5.  
ff. De ope. no. nunt. Itidem. l. Inter omnes.  
46. ff. de furtis. & l. 1. ff. de iniurijs.

**Ouid.** Isq; erat vſque adeò populo teſtatus, vt eſſet  
Pene magis quā tu, quāq; ego notus amor. 3. trift. 6.

20

Vſque adeò, quòd. id eſſet, Eate-  
nus. eò vſque, quatenus.

**Cato.** Quem inſerere voles librum ad librum vorſum  
facito, artito vſq; adeò, quòd acueris. c. 40.

25

Vt ita. Similitudinis.

**Cic.** Vt optaſti, ita eſt. lib. 2. 10.

**Cic.** Att. Vt maxima de re aequo animo deliberanti, ita  
mihi deſ consilium velim. lib. 8. 3.

Cic.

Cic. *Vt quisq; etate antecellit, ita sententia principatum tenet.* In Catone.

Cic. *Hoc maximè officij est, vt quisq; maximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulari.* i. Offic.

5 **Idem.** *Vt quisq; maximè ad suum commodum refert quecunq; agit, ita minimè est vir bonus.* lib. i. De legibus. Item ad Q. Fra. lib. i. i.

Ter. Adel. ————— *vt quisq; suum vult esse, ita est.*  
act. 3. 4.

10 Cæsar. *Vt quisq; acerbissimè, crudelissimeq; dixit, ita quam maxime ab inimicis Cæsaris collaudatur.* i. de bel. ciuili.

Ter. Hec. *Omnibus nobis vt res dant se, ita magni atq; humiles sumus.* act. 3. sc. 3.

15 Ouid. *Conscia mens vt cuiq; sua est, ita concipit intra Pectora, profacto, spemq; metumq; suo.* i. Fast.  
I. Appen. Non vt, ita.

Paul. *Non vt à patre filius, ita vxor à marito iure postliminij recuperari potest.* l. Non vt. 8. ff. de captiuis & postli.

20 Pomponius. *Non, vt pater filium, ita vxorem maritus iure postliminij recipit.* l. cum duæ. 14. ff. eodem.

Iulianus. *Vindicatio non vt gregis, ita & peculij recepta est.* l. Vindicatio ft. de rei vindicat.

25 Cic. *Non vt quodq; dicendum primū, ita primū animaduertendum videtur.* lib. i. De Inuentione.

II. Appen. Non vt, sic.

Varro. *Non vt aduenæ volucres pullos faciunt, in agro ciconia, in tecto hirundines, sic aut hic, aut illuc turdi.* De re Rust. lib. 3. 5.

**Cic.** Non vt causarum, sic oratorum quoq; multorum  
communes loci sunt. lib.2. De Inuentione.

III. Appen. Non vt, sed quasi.

**Cic.** Ne, vt quidam magister, & artifex, sed quasi v-  
nus è togatorum numero videar. lib.1. De Oratore. 5

IV. Appen. Non vt, sed vt,

**Cic.** Att. Non enim hoc vt oppido præposui, sed vt lo-  
co. lib.7. 3.

**Idem.** Orationes conuerti, non vt interpres, sed vt o-  
rator. De optimo. gen. Orat.

**Idem.** Non illa vt ab improbo viro discessisset, sed vt à  
crudelissimo hoste fugisset. Pro Cluentio.

**Papinian.** Non vt heres, sed vt pater rogari videtur.  
l. 11. Delegatis. 1.

**Cic.** Si quis adhibere volet, non modò vt architectos: 15  
verùm etiam vt fabros, ad adficandam remp. lib.

9. 2.

V. Appen. Non vt, sed vti.

**Ter.** Heaut. Ita non vt olim, sed vti nunc sanè bona.  
act. 3. 2.

20

Vt, et.

**Tryphoninus.** Quod absurdum est, si in pēdenti vt in  
alijs, & in hac specie habeamus dominia. l. de he-  
reditate 19. ff. de cast. pec.

Vt, item.

25

**Cic.** Vos queso, vt adhuc me attentè audistis, item, que  
reliqua sunt, audiatis. Pro Cluent.

**Cic.** Att. Vt Numestrio mandaui, tecum vt ageret, item,  
atq; eo, si potest, acrius te rogo, vt planè ad nos aduo-  
les. lib. 2. 24.

Cic.

Cic. *Vt vir doctissimus fecit Plato, item mihi credo esse faciendum.* lib. 2. de legibus.

Idem. *Vt enim ij, qui nisi sub nube solem non ferunt; item ille cum astuaret; veterum, vt Menianorum, sic Academicorum umbram secutus est.* 4. Academic. Item ad Heren. lib. 3.

Ad Heren. *Alexandrum omnes ut maximè metuerūt, item plurimum dilexerunt.* lib. 4.

Plaut. Bacchi. — *vt olim ille se*

10 Blanditijs exemit, & persuasit se vt amitteret,  
Item ego dolis me illo expuli periculo, & decepi senem. sc. Atridæ.

Plaut. Ruden. *Vt tante es, item omnes censes esse?* — sc. Serio.

15 Idem Sti. — *vt illa vitam repperit hodie sibi,*  
Item me spero facturum. — sc. Libros.

Vt, idem.

Cic. *Vt ipse ad meam utilitatem semper cum gracie latina coniunxi, &c. idem tibi faciendum esse censeo.* 1.

20 Officiorum. princ.

Vt, itidem.

Plaut Capt. *Vt vos hic, itidem illic apud vos meus seruatur filius.* sc. Iam.

Ter. Hec. *Adj te heri de filia: vt veni, itidem incertum amisti.* act. 2. 2.

Plaut. Amphi. *Vt filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.* sc. Concedite.

Plaut. Sti. *Vt cuig, hominires parata est, firmi amici sunt, si res labat*

**Itidem amici collabascunt.** — sc. Ita me.

Vt, sic.

**Cic. Atti.** *Vt malè posuimus initia, sic cetera sequuntur.* lib. 10. 16.

**Cic.** *Vt non omne vinū, sic nō omnis natura coācēbit vestitum.* In Catone.

**Cassius Cic.** *Ac velim vt meremur de rep.* sic felices simus. lib. 12. 12.

**Cic.** *Vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre leuitatis est.* 1. Offic.

**Idem.** *Vt Helena Troianis, sic iste huic Reip. caussa belli, caussa pestis atq[ue] exitij fuit.* Philip. 2.

**Cic. Atti.** *Vt enī gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria, sic huic moderatori reip. beata ciuium vita proposita est.* lib. 10. 11.

**Cic.** *Si inquam potuisset, vt questionem de morte P. Clodij ferre, sic ipsum ab inferis excitare.* Pro Milone.

**Cic.** *Et vt illud erat molestum, sic hoc est iocundum.* lib. 7. 13.

**Ouid.** *Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est inspicienda fides.* 1. Trist. 4.

**Plaut. Persa.** — *vt quisque rem accurat suam,*

*Sic ei procedit.* — sc. Si quam.

Vt, sic item.

**Cæsar.** *Vt ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret, sic item nos esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus.* 1. De bel. gal.

Vt,

Vt, exinde. *idem quod*, Prout. Pro  
eo, ac. *vide*, Exinde.

Plaut. Mostella. *Vt fama est homini, exinde solet pe-*  
*cuniam inuenire.* sc. Iampridem.

5 Idem. Pseu. ————— *proinde vt quisque fortuna v-*  
*titur,*

*Ita præcellet, atq; exinde sapere eum omnes dicimus.*  
sc. Di immortales.

I. Appen. Vt, absolutè positum.

10 Cic. Atti. *Vt nunc est.* lib. 7. 4.

Ter. Phor. *Præsertim vt nunc sunt mores.* —————  
act. 1. 2.

Plaut. Pseu. ————— *vt nunc mos est maximè.* sc.  
Si de.

15 Virg. *Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis*  
*Tu decus omne tuis* ————— eclo. 5.

Plaut. Capt. *Vt sæpe summa ingenia in occulto latent?*  
sc. 2.

Plaut. Mili. *Bonus herclè vt malos descripsit mores?*

20 sc. Cohibete.

II. Appen. Sic, absolutè positum.

Varro. *De reliquo instrumento muto, in quo sunt cor-*  
*bulae, & dolia, sic alia: hæc præcipienda.* De re Rust.  
lib. 1. 22.

25 Vti, ita.

Sallust. *Quorum, vti cuiusque ingenium erat, ita*  
*rem difficilem aut facilem renuntiaueré.* Iugurt.

Sallust. *Cetera, vti factio opus sit, ita agant,* In Con-  
iurat.

**Cic.** Cum ades venderet, in mancipio lumina, uti tum  
essent, ita recepit. lib. 1. de Oratore.

**Ad Heren.** Itaq<sub>3</sub> uti contemnendus est, qui in nau-  
gando se, quam nauim maullt incolumem: ita vitu-  
perandus qui in Reip. discriminē sua plus, quam com- 5  
muni saluti consulit. lib. 4.

**Varro.** Vti horum varietates, ita genera hæc. Dere  
Rust. lib. 1. 9.

**Cato.** Vti quæque grauiſſima erunt, ita postremo ara-  
to. C. 131. 10

**Cæſar.** Vti corporis vulnera, ita exercitus incommoda  
sunt tegenda. 2. De bello ciuili.

Vti, sic.

**Cic. Att.** Hæc me fruſtra ſcribere videbam: ſed uti in  
vrbe retinenda tunc, ſic nunc in Italia non relinqu- 15  
da teſtificabar ſententiam meam. lib. 8. 1.

**Sallust.** Vti initium, ſic finis eſt. In Iugurt. princ.

Vti, proinde.

**Ter. Hec.** —— uti vos mihi domi eritis, proinde  
ego ero foris. aet. 2. 1

**Plaut. Capti.** Is uti tu me hic habueris, proinde illum  
illuc curauerit. sc. Iam ego. 20

Vtcunque, ita,

**Cic.** Vtcunq<sub>3</sub> ſe affectum videri, & animum audientis  
moueri volet, ita certum vocis admouebit ſonum. In 25  
Oratore.

**Plaut. Bacchi.** —— vtcunq<sub>3</sub> reſſit, ita animum  
habeat. sc. Hunc hominem.

Vtcunque

Vt cunque, ex in. *vide* Exinde, vt.

Plaut. Epid. *Vt cūq; in alto ventus est, Epidice, ex in velum vortitur.* sc. I.

5 Vbi Turnebus, pro ex in. ex imo legit, lib. 20. c.  
4. Aduersar. Itidem illum secutus Lambinus.

Plaut. Penu. *Vt cūque est ventus, ex in velum vortitur.*  
sc. suspendant.

*Appen.* Vt cunque, absolutè positum.

10 Cic. *Vt cung; aderunt res, animaduertendum est etiam quatenus sermo delectationem habeat.* I. Offic.

Idem. *Quæ essent in Repub. inclinationes rerum, & momenta temporum, quibus esset moderandum, vt cung; res postularet.* lib. 5. de Fin.

15 Vt vt, tamen. *id est,* Vt cunque.

Ter. Heau. ————— vt vt erat, mansum tamen oportuit. a. ct. I. 2.

Plaut. Cistel. *vt vt erga mē est meritus, mihi cordi est tamen.* sc. I.

20 Ter. Phor. *Sed vt vt hæc sunt, tamen hoc faciam.* a. ct.

3. 2.

Plaut. Amph. *Verum vt vt es fakturus, hoc quidem herclē haud reticebo tamen.* sc. I.

Plaut. Mercat. ————— vt vt est, non ibo tamen. sc.

25 Tandem.

### *Admonitio.*

Similiter construuntur & reliquæ ferè Particulae, ad hunc modum geminatae.

*I. Appen.* Vbi vbi, tamen.

Plaut. Ruden. *Vbi vbi erit, tamen inuestigabo, & mecum ad te adducam simul.* sc. Aliquando.

Ff s II. Appen.

II. Appen. Vbi vbi, certè.

Cic. Nunc vbi vbi sit animus, certè quidem in te est. 2.  
Tuscul.

III. Appen. Quantus quantus, tamen.

Ter. Phorm. Heus, quanta quanta hac mea pauper-  
tas est, tamen

Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mī effet fides.  
act. 5.7.

IV. Appen. Qualiter qualiter, tamen.

Vlpian. Neque ferendus est, qui qualiter qualiter eli-  
gēndis, tamen mente heredis personam secutus est. l.i.  
ff. de separationibus.

Vlpian. Itaq; qualiter qualiter domino sit seruus sub-  
traetus, attamen superesse aduersus furem furti actio-  
nem. l. Inter omnes. 46. ff. de furtis.

V. Appen. Quo quo modo, tamen. *vide Quomodo.*

VI Append. Quoquo, certè.

Cic. Quoquo consilio fecit, fecit certè suo. Pro Rabi-  
rio.

VII. Appen Quoquo, tamen.

Cic. Hic ager, quoquo pretio coemptus sit, tamen ingen-  
ti pecunia vobis inducetur. De lege Agra. contra  
Rullum. 2.

Vt vt, certè.

Ter. Phor. Nam vt vt erant alia, illi certè consuleres,  
que nunc tue est domi. act. 3. i.

Vt, tamen, id est, Quamuis tamen.

Cic. Att. Verūm vt hoc non sit, tamen seruet Rempub.  
lib. 2. 15.

Cic. Att. Labienum ἵπωα iudico, facinus iam diu nullū  
ciuale præclarioris, qui vt aliud nihil, hoc tamen profe-  
cit. lib. 7. 13. Itidem lib. de Fato, extremo.

Cic.

Cic. *Vt ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo.* lib. 3. In Verrem.

Cæsar. *Ac iam, vt omnia contra opinionem acciderent,*  
tamen se plurimum nauibus posse. 3. de bel. Gal.

5 Plaut. *Vt istuc periculum ingens sit, me tamen non interfecit.*

Ouid. *Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas.* 3.  
de Pon. 4.

Idem. *Vt profint, non sunt expedienda tamen.* Rem.

10 amo. 2.

*Vt, certè.*

Cic. *Vt superiora omittam, hoc certè, quod mihi maximam admirationem mouet, non tacebo.* Philip. 10.  
princ.

15 Ouid. *At nunc vt perecam: quoniam caret illa periclo*  
*Dimidia certè parte superstes ero.* 1. Trist. 2.

Ouid. *Protinus vt similis detur tibi copia cursus,*  
*Hoc melior certè, quo prior illa fuit.* 18. Heroid.

20 Cic. *Ad me ventum est, qui vt summa haberem cætera,*  
*temporis quidem certè vix satis habui, vt rem tantā,*  
*tat controuersijs implicatam, possem cognoscere.* Pro  
Quinctio.

*Vt, nihil o minus tamen.*

Cæsar. *Nihilo minus tamen agi posse de compositione,*  
25 *vt hæc non remitterentur.* 3. de bel. ciuili.

Appen. *Nihilo minus, vt.*

Cic. *Quæ nihil minus, vt ego absim, confici possunt.* lib.  
10. 2.

Append. *Vt, absolutè positum, pro*  
*Quamuis.*

Cic. Att.

**Cic.** Att. Nunc, vt ego non scribam, tua sponte te intellegere scio. lib. 8. 6.

**Cic.** Ut enim rationem Plato nullam afferret, (vide quid homini tribuam) ipsa auctoritate me frangeret. 1. Tuscul.

**Cic.** Bruto. Ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. epist. 13.

**Varro.** Non est in nostra potestate, sed in natura: ut tam multum sit in nobis, quod grauiora que sunt, ea diligenter leuiora facere possumus. lib. 1. c. 4.

**Ouid.** Sis licet immitis, matrisq; ferocior vndis, 10  
Vt taceam, lacrymis comminuere meis. 3. Heroid.

**Ter.** Hec iam in hac re vt taceam, cuius facilè scitu, quam fuerim miser:

Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam 15  
michi obtrudit pater. act. 3. 1.

Nisi melius fortè quis putauerit legi ibidem posse, si proximè sequens particula Tamen, contra interpunctionem hactenus receptam, verbis praecedentibus adiungatur.

**Cesar.** Neq; equitibus, vt paucis, & labore confectis, stu 20  
diū ad pugnandū, virtusq; deerat. 2. de bel. ciuili.

Vt, statim. temporis particula est.

**Cic.** Ut quid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat è manibus. Pro Client. 25

**Idem.** Sic enim est mecum locutus, te, vt meas litteras legeris, statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia, multo vero plura, & maiora fecisse. lib. 13. 28.

**Cic.** Att. Philippus, vt beri me salutauit, statim Romæ profectus est. lib. 12. 18.

**Cic.** Bruto.

**Cic.** Bruto. *Romam vt veni, statim me obtuli Antonij sceleri, atq; dementiae, epist. 19.*

*Appen.* Vt dudum, nunc demum.

**R** laut. Menæch. *Quin, vt dudum diuorti abste, redeo*  
5 *nunc demum domum.* sc. vt hoc.

Vt, continuò.

**Cic.** *Qui vt se blanditijs, & assentationibus in Afinij consuetudinem penitus immergit, Oppianicus continuò sperare cœpit.* Pro Client.

10 Vt, confestim.

**L**iuus. *Vt Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies.* lib. 1.

**P**laut. Bacch. *Quæ vt aspexi, me continuò contuli protinam in pedes.* sc. Pandite.

Vt, exemplò.

**V**irgil. *Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu: Vtq; acres concusit equos, vtq; impulit arma: Exemplò turbati animi.* — 8. æn.

Vt, repente.

**Cic.** *Is repente, vt Romanam venit, gratis prætor factus est.* lib. 1. In Verrem.

Vt, posteà.

**Cic.** *Vt illos de rep. libros edidisti, nihil à te sanè posteà accepimus.* In Bruto.

Vt, protinus.

**Ouid.** *Ecquid, vt aspecta est, studiosa littera dextra, Protinus est oculis cognita nostra tuis.* Sappho.

Vt

Vt primum, statim.

**Cic.** Illud dico, me, vt primum in concione prouinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi tradere, cogitare coepisse. lib. 5. 2.

**Cic.** Ut primum Oppianicus, ex eo, quod Scamander re-  
us erat factus, quid sibi impenderet caput sufficari; sta-  
tim se ad hominis egentis familiaritatem applicauit.

Pro Cluent.

**Sueton.** Ut primum Cassiopen traiecit, statim ad aram  
Iouis Caſſij cantare auspicatus est. Nero. 22.

10

Vt, ideò, cauſalis particula.

**Vlpian.** Si vt damnum daret, ideò cœperat cädere. l. 4  
ff. vi bonorum raptorum.

Vt, iccirco.

**Cic.** Hæc vt efficere posset, iccirco credo, manum sibi P. 15  
Sextius comparauit. Pro Sextio.

**Idem.** Et vt populi sermonem exciperes, iccirco Decia-  
num vſq; ad coronam applicuisti. Pro Flacco.

Vt, ob eam rem.

**Cic.** Ut scires eum non a me diligi ſolūm, verūm etiam 20  
amarī, ob eam rem tibi hæc scribo. lib. 13. 47.

I. Appen. Non vt, fed.

**Cic. Q. Fra.** Non, vt te iſtituerem, ſcripsi: fed me in  
ſcribendo commemoratione tuae virtutis deleſtauit. lib.

1. I.

25

I I. Append. Non vt, fed vt.

**Cic** Non vt munitam colonijs illam gentem augeret,  
fed vt obſeffam teneret. Pro Flacco.

**Idem.** Hæc ſcripsi, non vt de me ipſe dicerem, fed vt tu,  
qui

qui coniunctissima mecum fuisti & sententia, & voluntate, eadem cogitares.lib.6.22.

Cic. Att. Accuses tamens non ut aliquid proficias, sed ut tibi me carum esse sentiant. lib. II . 10. & 15.

5 III. Appen. Non qui: sed qui, eiusdem significationis cum praecedente.

Ter. And. Non qui argumentum narret, sed qui malevoli

Veteris poeta maledictis respondeat. Prologo.

10 I V. Appen. Non vt, sed vti.

Ouidius. Non petis ut benè sit, sed vti male tutius. I.

Pon. 3.

V. Appen. Non eò, vt: sed potius, vt.

Cic. Q. Frat. Hac non eò dicuntur, vt te oratio mea  
15 dormientem excitasse; sed potius vt currentem incitasse videatur.lib. I . I.

V I. Appen. Non vt, sed ne.

Vlpian. Si quid pro seruo impendit, consequetur arbitrio iudicis, sic tamen, non ut ei horum nomine venditor condemnetur, vt ait Julianus; sed ne alias compellatur hominem venditori restituere, quam si eum indemnem præstet. 1. Illud. 29. ff. De ædil. edito.

Vt, néue.

25 Cic. Atti. In qua extrema scriptū erat, vt ad ludos omnia pararet, néue committeret, vt frustra ipse properasset.lib. 13. 44.

Cæsar. Pompeius suis prædixerat, vt Cæsaris impetum exciperent, néue sé loco mouerent. 3. de bello ciuiili. Itidem Hirtius de bello Alexand.

Idem.

**Idem.** Cœperunt eos hortari, vt suum officium Pompeio præstarent, neue eius fortunam despicerent. Ibi-  
dem.

**Plaut.** Merc. Vt illam vendat, neue det matris sua. sc.  
Profecto.

Vt, neu.

5

**Cæsar.** Has munitiones in sequentibus auxit diebus, vt  
pro muro obiectas haberet, neu pugnare inuitus cog-  
retur. 3. de bello ciuili. extremo. Item Sallust.  
Iugurt.

10

**Ter.** Hec. Vt filia ab eo abduceres, neu, quod ego egis-  
sem, esset ratum. act. 4. 1.

Vti, neu.

15

**Sallust.** Vti hos caros habeas, neu malis alienos adiun-  
gere, &c. lugurt.

Vter, vter.

**Cic.** Reliquum est iudices, vt nihil iam aliud querere  
debeat, nisi vter vtri insidias fecerit. Pro Milo-  
ne.

20

**Cæsar.** Vt neque dijudicari posset, vter vtri virtute an-  
teferendus videretur. 5. de bel. Gal.

Vter, alter.

25

**Cic.** Vtrumlibet elige; alterum incredibile est, alterum  
nefarium. Pro Quinctio.

**Idem.** Horum vtro vti nolimus, altero est vtendum.  
Pro Sextio.

25

**Idem.** Quorum vterq; suo studio delectatus, contem-  
psit alterum. 1. Offic. princ.

Vter,

Vter, neuter.

Cic. *Vt aut vterq; inter se, aut neuter satisfaret. Pro Quintio.*

Vterque, vterque. *vide Lau.*

5 *Vallam lib. 3. cap. 30.*

Cæsar. *Cum vterq; vtrique esset exercitui in conspectu.  
7. de bello gal.*

Ter. *Heau. Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero de-  
uincimini. act. 2. 3.*

10 Idem. *Phor. — adduci non potest. DE. quid  
non potest?*

CH. *Quia vterq; vtrique est cordi. — act. 5. 3.*

Vtrum, an.

15 Cic. *Multum enim interest, vtrum laus imminuat,  
an salus deseratur. lib. 1. 7.*

Idem. *Audi mi Testa: vtrū superbiorem te pecunia fa-  
cit, an quod te Imperator consulit? lib. 7. 13.*

Cassius Cic. *Hui? quām velim scire vtrum ista solici-  
to animo, an soluto legas. lib. 15. 19.*

20 Cic. Att. *Quo ad sciremus, vtrum turpe pace notis, an  
misere bello esset vtendum. lib. 7. 17.*

Ter. Adel. *Nunc vide vtrum vis, argentum accipere,  
an caussam meditari tuam. act. 2. 1.*

25 Cœlius Cic. *Dixit, hoc nihil interesse, vtrum Cæsar  
senatui dicto audiens futurus non esset, an pararet, qui  
Senatum decernere non pateretur. lib. 8. 7.*

Cic. *Balbus mihi confirmavit te diuitem futurum. id v-  
trum Romano more locutus sit, bene nummatum te fu-  
turum, an, quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites,  
qui cælo & terra frui possunt, postea videro. lib. 7.  
16.*

Vlpian. Parui enim refert, vtrum totum, an pars ad periatur. l. 3. ff. de S. C. Silla.

Horat. ————— ego vtrum

Nae ferar magna, an parua, ferar vnuſ & idem.  
lib. 2. epift. 2.

Vtrum, an verò.

Cic. Atti Id autem, vtrum illisentiant, an verò simulant, tu intelliges. lib. 12. 50.

Vlpian. Vtrum cum suo incremento, an verò in simplū venit? l. Item veniūt. 20. ff. de hereditat. petit. 10

Papinianus. Multum interest vtrum fidicommisariā hereditatem reliquerit; an verò testamentum facere se existimauerit. l. Illud 13. ff. de Iure cod.

Vtrum, an potius.

Vlpian. Erit arbitrium mariti, vtrum iustum & estimationem, an potius scruum præstet. l. Si res. 12. ff. de Iure dot. 15

Vtrum ne, an.

Ter. Eu. Sed nunc quid faciendum censes Dorias? DO.  
de istac rogas

Virgine? PT. ita. vtrum taceam ne, an prædicem? 20  
act. 4.4.

Vtrum, nec ne.

Brutus Cic Deliberent, virum transijciant legiones ex Africa, nec ne. lib. 11. 26. 25

Cæsar. Quod apud Germanos ea consuetudo esset, vt matres familias eorum sortibus, & vaticinationibus declararent, vtrum prælium committi ex ysu esset, nec ne. 1. De bel. gal.

Vtrum

Vtrum, an ne. *Verbi iteratione.*  
*connexa* *Verbis diuersis.*

Vlpian. Neq; refert, potuerit hæc consequi venditor; an non potuerit. l. cum autem. 23. ff. de ædil.

5 edictio.

Plaut. Bacchi. Nunc me ire ius sit ad eam, & percontarier

Vtrum aurum reddat, an ne eat secum simul. sc. Parasitus.

### 10 Vtrum, an non.

Plaut. Mostel. Videndum est primùm, vtrum eæ velint, an non velint. sc. Scelestorem.

Vlpian. Iniquum est eni:n, posteaquam venditor agnouit recipiendo, mancipium esse id in causa redhibitio-

15 nis: tunc queri, vtrum debuerit redhiberi, an non debuerit. l. quod si. 31 ff. de ædil. editio.

### Vtrum, an ne quidem.

Cic. Dubitabitur, vtrum sit probabilius. Sex. Neuium statim, si quid deberetur, petiturum fuisse, an ne appell-

20 laturum quidem. Pro Quintio.

I. Appen. Vtrum si, an et si non.

Vlpian. Sed est questionis, quod dicimus re iniuriam atrocem fieri, vtrum si corpori inferatur, atrox sit; an

& si non corpori, vt puta vestimentis sciisis. l. Sed est

25 9. ff. de iniurijs.

II. Appen. Vtrum tantum, an etiam.

Cic. Cui dubium est, vtrum orationem nostram tolerabilem tam, an etiam admirabilem esse cupiamus.

De opti. gen. Orat.

III. Appen. Non an, sed an.

Papinianus. Constat animaduerti debere, non an male fidei possessor fruiturus sit, sed an petitor frui potuerit, l. Si nauis. 62. ff. de rei vindicat.

IV. Appen. Vtrum, s̄ep̄e supprimitur, non  
sine elegantia.

Cic. Att. Potuerit intercedi, nec ne, nihil ad se pertinere. lib. 2. 16.

Cic. Att. Voluntate, an metu necessē sit ijs vti, vereor. lib. 2. 19.

Cic. Q. Fra. In custodiam Ephesi tradidit, sed in publicam, vel in pistrinum, non satis ex litteris eius intelligere potuimus. lib. 1. 2.

Marcellus. Qui paterfamilias, nec ne esset, ignorasset. l. Arist. 9. ff. de iu. cod.

Sc̄euola. Ut ita possis animaduertere, exceptioni locus sit, nec ne. l. Si duo. 93. ff. de solut.

Cic. Atti. Velim scire quando dicar s̄pōndisse. & pro patre, an ne pro filio. lib. 12. 14.

Varro. Refert infestare regis sit, nec ne. De re Rust. 20 lib. 1. 16.

Cato. Vinum si voles experiri duraturum sit, nec ne &c. c. 108.

Ouid. Quārendū est, viduae fieri velitis an orbē. 3. Fast.

Horat. Securus, cadat, an recto stet fabula talo. lib. 2. epist. 1.

V. Appen. Interdum Vtrum simul cum particulare. spondente supprimitur.

Cic. Q. Fra. Velit, nolit. scire difficile est. lib. 3. 8.  
Vtinam, certe

Cic. Vtinam saluti nostra consulere possumus: dignitatē certe consulens. lib. 15. 1.

Cic.

**C**ic. Utinam minus vita cupidus fuisset, certè nihil, aut non multum in vita mali vidissimus. lib. 14. 4.

**I**dem. Cui quidem ego amori, utinam ceteris rebus possem, amore certè respondebo. lib. 15. vlt.

5      Utinam, profectò.

Sallust. Atq; hoc utinam à principio tibi placuisse: profectò ex populo R. ad hoc tempus multo plura bona accepisses, quam mala perpessus es. Iugurt.

Utinam; quidem.

10 **C**ic. Utinam ea res ei voluptatis sit; gloriae quidem video fore. lib. 14. 1.

**I**dem. Huic utinam aliquando gratiam referre possumus, habemus quidem semper. lib. 14. 4.

Utinam, quidem certè.

15 **C**ic.. Habetis sermonem benè longum hominis utinam non impudentis: illud quidem certè non nimis verecundi. lib. 2. de Oratore. fin.


Utinam, vtique.

**C**ic. Att. Utinam tu quoq; eodem die, sin quid; multa enim; vtique postridie.

lib. 13. 22.

Gg 3

AD LE-



## AD LECTOREM.

**H**actenus, beneuole Lector, eas tradidimus Particulas, in quibus, aequè tibi, & instituto nostro idoneum maximè vides obseruatum ordinem. Nunc, si cui voluminis fortè huius magnitudo longius expectatio-  
ne processisse videbitur, nibilo minus tamen (quod sentio liberè dicam) ut, que subiçienda hic constitui, omittam,  
vna hac ratione adduci non potero. Quotiescumq; in li-  
bris meliorum scriptorum versatus sum, obtulere se, neq;  
raro, nec apud paucos Verba quædam, vt Romana, ita  
Particularum adiunctione, & comitatu imprimis splen-  
dida, varieq; exornata ea me, vel insitum sàpè, non mo-  
dò retinuerunt, sed etiam in sui admirationem traxe-  
runt, Particularum deniq; iure, & nomine ad obserua-  
tionem compulerunt. Horum aliquam partem, libello  
huic nostro corollarij loco adiectam, mecum, si vacet, cō-  
siderabis. primum videlimus ea, quibus metus inest si-  
gnificatio; inde me comitabere ad reliqua, sed ita demū,  
si placui.

Timeo, ne.

20

**Cic.** Timebam, ne euenirent ea, quæ nunc acciderunt.  
lib. 6. 22.

**Cic.** Id ne accideret timebam. lib. 6. 1. & lib. 5. 2. & 7. 7.

**Cic.** Atti. Timeo, ne absim, cum adesse me sit honestius.

lib. 16. 12. & lib. 2. 21. & lib. 7. 7. & lib. 9. 9. 25

**Ter.** An. Tum aut hoc timet, ne deserat se. act. 1. 5.

**Cic.** Atti. Quod superest, nec ista videre possum, quæ  
nunquam timui, ne viderem. lib. 8. 7.

**Cic.** Quum is qui nocere alteri cogitat timet, ne, nisi id  
fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. 1. Offic.

Liuius.

**L**iu*ius.* Timebant, ne Romana plebs metu perculta, receptis in urbem regibus, vel cum seruitute pacem accipere. Dec. 1. lib. 2.

**C**æsar. Timerent, ne auersi ab hoste circumuenirentur.

5 lib. 2. de bel. gal.

**O**uid. Si progressa forem, caperer ne nocte timebam.  
3. Heroid.

**C**ic. Q. Fra. Nihil enim tam timeo, quam ne oppugnare  
te vehementius. lib. 1. 3.

10 **T**er. Eu. — quantum ego illum vidi, non nihil timeo  
Misera, ne quam ille hodie insanus turbam faciat.  
act. 4. 1.

**P**laut. Trucu. Temeo, ne malefacta antiqua meanas  
inueniam omnia. sc. Lepidè.

15 **C**æsar. Magnuen in timorem Afranius, Petreiusque per-  
ueniunt, ne omnino frumento, pabuloque intercluderen-  
tur. 1. De bello ciuili.

**O**uid. Nec timui de morte tamen, metus absuit iste. 3.  
Fasto.

20 **T**imeo, vt.

**C**ic. Omnes labores te excipere video; timeo, vt susti-  
neas. lib. 1. 4. 2.

**C**æsar. Se, rem frumentariam, vt satis commodè sup-  
portari posset, timere dicebant. lib. 1. de bello gal-

25 lico.

**T**er. Heau. Timet omnia, patris iram, & animum a-  
micæ se erga vt sit suæ. act. 1. 2.

**T**imeo, ne non.

**C**ic. Atti. Sperasque fieri posse, vt militi Cæsar concedat,  
vt absim, cum aliquid in senatu contra Cnaum agatur,  
sed itanco ne non impetrarem. lib. 9. 6.

**I**ustinus. Timens, ne non diuturna regni administrati-  
one, adultis quibusdam, potiretur; quinque, paricidialis  
veneno necauit. lib. 37. princ.

**H**orat. Sedit, qui timuit ne non succederet. esto. lib.  
1. epist. 17. 5

### Metuo, ne.

**C**ic. Orator metuo ne laguescat senectute. In Catone.

**I**dem. Qui, metuo ne te forte flagitent, ego autem  
mandau, ut rogarent. lib. 9. 8. & lib. 12. 28.

**I**dem. Valde metuo, ne frigetas in hibernis. lib. 7. 10. 10  
& 13.

**I**dem. Metuo ne id consilij ceperimus, quod non facile  
explicare possumus. lib. 14. 12.

**C**ic. Atti. Hac, metuo equidem ne sint insomnia. lib.  
7. 22. & 15. & lib. 6. 1. & lib. 16. 11. 15

**P**laut. Curcu. Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar  
miser. sc. Migrare.

**T**er. Hec. Male metuo, ne Philumena magis morbus  
ingrauescat. act. 3. 2.

**P**laut. Amph. Quatuor viros sopori se dedisse hic au- 20  
tumat.

Metuo, ne numerum augeam illum. sc. 1.

**V**arro. Metuo, ne pro villa emam. De re Rustica.  
lib. 3. 2.

**P**laut. Amphi. Nimia mira memoras. si istae vera 25  
unt, diuinitus

Nō metuo, quin me exxori lat& suppetiae siēt. sc. Spes.

**P**laut. Curcu. Pessumē metui, ne mihi hodie apud pra-  
torem solueret. sc. Argentarijs.

**I**dem. Mer. Metuo ego, vxorem, c<sub>r</sub>as si rure redierit.  
Ne illam hic offendat. ————— sc. Adducam.

Virg.

**Virg.** Quām metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent?  
6 æn.

**Ter. Eu** — domo exulo nunc: metuō fratrem,  
Ne intus sit: porrò autem, pater ne rure redierit iam.

§ aet. 3.5.

**Ter. Heau.** Nec quicq; magis nūc metuo, quā ne denud  
Miser aliquò extrudar hinc. — aet. 4.5.

**Plaut. Perſa.** Nec metui quibus credidi hodie, ne quis  
michi in iure abiurafit. sc. Cui.

10 **Metuo, vt.**

**Plaut. Curcu.** Ornamenta, quæ locauī, metuo, vt pos-  
sim recipere. sc. Aedepol.

**Ter. Hec.** — te mī iniuriam facere arbitror  
Phidippe,

15 **Si metuis,** satis vt meæ domi curetur diligenter. aet.  
2.2.

**Ter. And.** Perij metuo vt subſtet hōſpes. aet. 4.5. & 2.

**Ter. Adel.** Ipsiſum id metuo vti credant: tot concurrūt  
veriſimilia. aet. 4.4.

20 **Plaut Bacchi** Inſanum magnum molior negotium,  
Metuoq; vt hodie poſſiem emolirier. sc. Inſanum.  
& sc. Habeo.

**Idem Perſa.** — metuo vt poſſim in bibilem reiçere,  
ne vagentur. sc. Paratum.

25 **Metuo, ne non.**

**Cic.** Non mihi videntur honoris cauſa excipere Pom-  
peium: sed metucre, ne ille eandem contumeliam, quā  
ceteri, ferre non poſſit. De lege Agra. contra Rul-  
lum. 2.

**Cic. Q. Fra.** Metuebam, ne à me diſtrahi non poſſes. li.  
I. 3.5.

Cic. Chrysippus metuit, ne omnia fato fieri non possint.

De Fato.

Plaut. Perfa. Ne non sat essem leno, id metuebas miser.

sc. Probari.

Ter. Heau. Quid metuis? ne non, cum velis, conuincas esse tuum? act. 5. 3.

Ter. A delph. Metuisti. si nunc de tuo iure concessisses paululum,

Ne non tibi istuc saceraret. — act. 2. 2.

Plaut. Cat. Metuo ne non sit surda, atq; hæc audiuerit, sc. Stultitia.

Ad Heren. Quod docere non grauaremur, ni metuermus, ne cum ab instituto recessemus, minus cōmodè seruaretur hæc dilucida breuitas præceptionis. lib. 3.

Vereor, ne.

15

Cic. Verebare, ne cuius animum offenderes. lib. 5. 7.

Idem. Vereor, ne desideres officium meum. lib. 6. 6.

Idem. Non vereor ne quid timide, ne quid stulte facias, si ea defendes, qua ipse recta esse senties. lib. 2. 7.

Ter. Heaut. Ille senex fuit importunus semper: & nūc nihil magis

Vereor, quam ne quid in illum iratus plus satis faxit pater. act. 1. 2.

Ter. Phor. Vereor, ne istæ fortitudo in neruum erumpat deniq; act. 2. 1.

25

Plaut. Mili. Haud vereor, ne nos subdula perfidia peruincamur. sc. Rem.

Cetar. Vereri se, ne per insidias ab eo circumueniretur. lib. 1. debel. Gal.

Cic. Venit mihi in mentem subuereri interdum, ne te delectet tarda decessio. lib. 4. 10.

Cic.

Cic. Verebar, ne id ita caderet, quod etiam nūc vereor.  
lib. 2. vlt.

Cic. Att. Sed vereor ne hoc, quod infectum est, serpat  
longius. lib. 1. 11. & 12.

5 Ouid. Sed vereor, ne me frustra sanare labores,  
Nec iuuuer admota perditus eger ope. 1. de Ponto. 4

Proper. Non ego nunc vereor, ne sim tibi vilior istis.  
lib. 1. 2.

Varro. Vereor, inquit, ne ante aditimus veniat huc, ¶  
10 hic ad quartum actum. De re Rust. lib. 1. 26.

Quintil. Sed hac quoq; vereor, ne modum tam parua  
questionis exceferint. lib. 1. c. 7.

Vereor, vt.

Cic. Verebar, vt redderentur. lib. 12. 19.

15 Idem. Vereor vt ipse Dolabella satis vobis prodesse pos-  
sit. lib. 14. 14.

Ter. Phor. At vereor, vt placari possit. aEt. 5. 7.

Cic. Accepi à te litteras, quibus videris vereri, vt epista-  
las illas acceperim. lib. 11. 22.

20 Cic. Att. Vereor, vt satis diligenter actum in senatu sit  
de litteris meis. lib. 6. 3.

Cic. Att. Vereor vt his ipsis contentus sit. lib. 7. 16.

Cic. Si veretur, vt res iudicio facto parata sit, iudicatu-  
solui satis accipiet. Pro Quinto.

25 Ter. And. — dies hic, mihi vt sit satis vereor,  
ad agendum. aEt. 4. 2.

Cic. Attic. Addo etiam illud, quod vereor tibi ipsi vt  
probem. lib. 6. 1.

Vereor, ne non.

Cic. Quod vereretur, ne tu illud beneficium omnino nō  
putares. lib. 4. 7.

Cic. Neg

**Cic.** Neq; sum veritus, ne sustinere tua in me vel innumerabilia beneficia non possem. lib. 2. 6.

**Ter. Phor.** Quid? ad me ibatis? ridiculū: an veremini.  
Ne non id facerem, quod receperissem semel? act. 5. 7.

**Cic.** Non quò verear, ne tua virtus opinioni hominum 5  
non respondeat: sed me herculè ne cum veneris, nō habeas iam, quod cures. lib. 2. 5.

**Idem.** Non enim vereor, ne non scribendo te explcam.  
lib. 2. 1.

**Ter. Hec.** Simul vereor, Pāphilus ne orata nostra ne- 10  
queat diutius

Celare. —————— act. 4. 1.

**Ouid.** Cur ego sollicita poliam mea carmina cura?  
An verear, ne non approbet illa Getes? 1. Pon. 6.

**Cic.** Att. Vereor, ne non liceat. lib. 2. 19. & li. 12. 34. 15  
& lib. 13. 9. & lib. 1. 15.

**Cæsar.** Veritus, ne non reducti, sed reiecti videretur. 3.  
de bello ciuili.

**V**elex vno hoc Cæsaris loco cōstare arbitror,  
corruptum esse alterum hunc, quem subijci- 20  
mus.

**Cæsar.** Labienus interitu Sabini, & cæde cohortum co-  
gnita, cùm omnes ad eum Treuirorū copiæ venissent,  
veritus si ex Hibernis fugæ similē profectionem fecis-  
set, vt hostium impetum sustinere non posset. lib. 5. de 25  
bello Gallico. fol. 103.

**Cuius** loci, cum Emendationes, tum variæ le-  
ctiones libri istius, quo usus sum, nullam om-  
nino mentionem faciunt. Verūm Io. Michael Brutus, cuius varias in Cæsaris Commen-  
tarios lectiones Lugdunense exemplar, anni  
60. ad.

60. adiectas habet, legendum putauit. *veritus ne ex Hibernis fugæ similem, &c.* quod equidem probare non possum. puto enim pro, *vt hostiū impetum sustinere n.p.* melius legi posse, *ne hostiū impetum sustinere non posset.* Suspicor autem lapsos librarios in affinitate litterarū, quæ est in Particulis. *ne & vt.* Quam coniecturam, non vereor, ne ijs, qui manuscriptos codices per uoluntarunt, nō probem. Simile mendum in 10 exempl. Antuerp. Stelsij, apud Cic. nuper obseruauui.

Cicer. *Sed quam tempestatem nos vobis cum non tulissimus, metuit, vt eam ipse non posset opibus suis sustinere.* Pro Cn. Plancio. fin.

15 **Quem locū Lamb. legit hoc modo. Metuit ne eā ipse sustinere non posset.** Vtrum verò propria auctoritate, an libris antiquis auctorib. Annotationes eiusdē non indicat. Est & calius à me obseruatus locus apud Ci. in Orat. sub finē lib.

20 **Cic. Itaq, qualis eorum motus, quos ἀπαλέσει Graci vocant, talis horū mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias: tantumq, abest, ne (quod ij, quia hoc, aut magistrorum inopia, aut ingenij tarditate, aut laboris fuga non sunt affecti, solent dicere) energetur oratio compositione verborum: vt aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit.**

Quo in loco etsi nihil à Lambino, aut alijs immutatū sit; melius tamen, mea quidē sentētia, legetur tantumq, abest, vt. Vide supra. Tantum abest, Vt. vt.

**Cic. Vereor, ne satis diligenter in senatu actū sit de literis meis.** Iudica-

Iudicauit h̄c quidē ne.pro. ne non. per ellipſin poſitū.Ego idē mendū puto, quod in superiorib.

### Appendix Synonymorum.

**H**orreo, **P**ertimesco, **E**xtimesco, **F**ormido, **R**eformido, **F**ormido male, **P**aueo, **L**aboro, **P**ericulum eſc̄, **S**ummum periculum eſc̄, **P**ungit, **T**imor incēſit, **T**erret, **A**nxius ſum, **N**imis paueo, **M**etus, ne. **C**rucior, **S**ollicitus ſum.

**C**ic. Atti. Ne quid mihi prerogetur, horreo. lib. 5. 21.

**C**ic. Atti. Hac metuere, alterum in metu non ponere. 10 lib. 12. 50. & lib. 14. 21.

**C**ic. Att. Iam enim charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. lib. 2. 20.

**C**ic Pertimescam, credo, ne mihi non liceat contra vos in concione confistere? De lege Agra. contra Rul- 15 lum. in Senatu.

**I**dem. Gratia Sex. Ne uij re P. Quintio noceat, id ve- rò non mediocriter pertimesco. Pro Quintio. prin.

**C**ic Bru. Ne moueatur, interdū extimesco. epift. 14.

**I**dem. Atti. Illud extimescebam, ne quid turpiter face- 20 rem. lib. 9. 7 Itidem Pro Plancio. princ.

**O**ui. Né uē reformida, ne ſim tibi forte pudori. 3. trift. I Plaut. Amph. — formido male

Ne ego h̄c nomen meum commutem, & Quintus fi- am è Sofia. fc. 1.

Plaut. Mostel. Nimis — quam formido, nè manifestò hic me opprimat. sc. Habeo. item Cur. sc. 1.

Plaut. Mili. — ne quid peccetis paueo. sc. Rem om- nem. Itidem Persa. fc. Satin.

Ter. An. Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt du- cas. act. 2. 2.

Lentu.

**L**entulus Cic. *Quæ ego ne si ustra subierim, valdè laboro.* lib. 12. epilt. Famil. 14.

**V**arro. *Minus laborabat, ne seruus ager, quam aquam frigidam liberent sui pisces.* lib. 3. vlt.

**C**ic. Q. Fra. Erit credo p. riculum, ne improbum negotiatorem, paullo cupidorem publicanum comprimere non possis. lib. 1. 1.

**P**apinian. *Audietur utiq. si periculū est, ne inter moras actiones intercidant.* l. ii bonæfidei. + 9. ff. de heredit. petit.

**G**ellius. *Cui sanè si modum non feceris, periculum non mediocre erit, ne, vt pleriq. alij, tu quoq. in illis Dialecticæ gyris, atq. Maandris, tanquam apud Sirenios scupulos consernescas.* l. b. 1 6. c 8.

**C**ic. *Sunt dicta de morte, quæ qui recordetur, haud sanè periculum est, ne non mortem aut optandam, aut certè non timendam putet.* 5. Tuscul.

**P**laut. Capt. *Quod nibi ne eueniat, non nullum periculum est.* sc. 1.

**C**ic. Att. *Periculū est, ne in manus incidam perditorū.* lib. 10. 10.

**P**lau. Pseu. *Nō periculū est, ne qd recte mōstres.* sc. Ps.

**C**ic. *Ne mouear eius sermonib. periculū nō est.* li. 10. 31.

**C**ic. Att. *Summum erat periculū, ne, si nihil impetrasset, planè alienarentur à senatu.* lib. 1. 15. Itidem act. 1. in Verrem.

**C**ic. *Summum periculum sit, ne amittere dæ sint omnes hæ prouincia.* lib. 15. 1.

**C**ic. *Haud sanè periculum est, ne non mortem, aut epia dam, aut certè non timendam putet.* 5. Tuscul. Itidem 2. de Orat.

**C**i. Att. *Sol. bat. n. me purgere, ne sāpicerami merita in pa-*

*in patriam ad annos DC. maiora viderentur, quām  
noſtra. lib. 2. 17.*

**Cic.** Atti. *Vnum pungit, ne negligentiores esse videa-  
mur. lib. 13. 44.*

**Cic.** Eloquentia *Q. Hortensi*, ne me dicendo impeditat, 5  
*nōn nihil commoueor. Pro Quintio.*

**Liuius.** *Timor inde patres incessit, ne, si dimissus exerci-  
tus foret, rursus cætus occulti, coniurationes quod fierent.  
Dec. 1. lib. 2.*

**Ter.** Hec. *Dic filie concessuram hinc Sofratam:* 10  
*Ne reuereatur, minus iā quō redeat domū. ac. 4. 4.*

**Liuius.** *Tum metu, ne excluderentur, omissa pugna est.  
Dec. 1. lib. 7.*

**Cic.** *Nunc cruciatur, & ſollicita eſt, ne eundem paulo  
poſt ſpoliatum omni dignitate conficiat. Pro Mu- 15  
rena. fin.*

**Horat.** *Terruit gentes graue ne rediret  
Saculum Pyrrha noua monſtra queſtae. lib. 1. od. 2.*

**Tibul** *Te Mefſala canā, quanquā mea cognita virtus  
Terret, vt infirmæ valeant ſubfiftete vires. lib. 4. 1. 20*

**Salluſt.** *Ne quaſeditio, aut bellum oriretur, anxius e-  
rat. Jugurt.*

**Plaut.** Persa. *Nimis pauebam, ne peccaret. Sc Satin*

**Cic.** *Quos non eſt veritum in ea voluptate, quæ maxi-  
ma dulcedine ſenſum moueret, ſumimum bonum pone 25  
re. 2. De finibus.*

**Impersonaliter,** ſeu per infinitū modum id di-  
ctum eſſe, monet Gellius. lib. 15. c. 13.

*Appen.* Verba metus, ponuntur etiam absolute.

**Cic.** Att. *Hui? quām timeo, quid existimes. lib. 15. 13.*

**Idem.** *Vt ego metuo, transactum eſt. lib. 14. 4.*

*Cœlius*

Cœlius Cic. Hoc, quo modo acciperent homines, quām probabilis necessitas futura esset; vereor etiam nunc, neq; prius desinam formidare, quām tetigisse te Itali-an audiero. lib. 8. 8.

5 Cic. Att. Vereor Gallica bella; ipse Sextus quō euadat.  
I 4. 4.

Ouid. Dum loquor, & cupio pariter, timeo q̄, repelli,  
Increpuit quantis viribus vnda latus. 1. trist. 3.

### Admonitio.

10 Huc pertinent peculiares illi priscis Iureco-sultis in respondendo iure modi, seu phrases.

Macer. Vereor, si quicquam permisero, quod in usum meum, aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur, qui mihi sit tolerandus. 1. Officium. 12. ff. de re milit.

15 Sed hac de re ita doctè, & luculéter differuit Fran. Duarenus I. C. vt verba ipsius huc putarim transferenda ex lib. 2. disputat. Anniversa. cap. 11. vbi inquit:

20 Quām utile, necessariumq; sit, priscorum Iuris consultorum rationē de iure, vel respondēdi, vel differendi nosse, quamq; multorum, & variorum iuris locorum interpretatio hinc pendeat, sape alias admonui, idq; paulò fuisus & explica-

25 tius nunc demonstratus sum. Nam vt Theophilus docet in Institutionib. titul. de iure nat. responsum, quo utuntur Iureconsulti, diuiditur in sententiam, & opinionem, &c. Quoties autem existimare se dicunt, putare, arbitrari, opinari,

Hb proba-

*probabilius esse, magis esse, verius videri, quid sequendum nobis sit, facile est iudicare, cum eorum opinioni authoritas legum tributa sit à Iustiniano. sed et si respondeant hæsitantes, ac velut ἐφεκτοί, ita tamen, ut appareat, in quam partem propensioros sint, idē dicendū est. Huiusmodi. n. respōsa nūc ita accipi debet, quasi certa sit, & indubitate sentētia. quæ ab ipso Imperat. profecta sit. l. 1. §. & video C. de vet. iure enuc.*

Papinianus. Difficilius creditori, qui non ignorauit aliquid, utilem actionem dari: sed faciliorem fore possidenti retentionem. cap. 1 de pignoribus.

Item cum iureconsulti se vereri dicunt, ut in exemplis quæ sequuntur.

Vlp. Si ab hostibus patronus captus esse proponatur, vereor ne possit iste connubium habere nubendo, quemadmodum haberet, si mortuus esset. c. 45. de ritu nupt. Trypho. Nam finita iam tutela, & nupta puella alijs, vereor ne longū sit adoptionem mariti eius impediri. cap. 67. eod. tit.

Vlpiian. Et vereor, ne non possint in dominio eius effici, cui datæ sunt, quia post mortem incipiat dominū discedere ab eo, qui dedit. cap. 10. de iure dot. alias 9.

Marcel. Vereor ne non sit obligatus. cap. 60. eod. tit. alias 59. & ca. 1. da cloacis.

Est & cùm Iureconsulti videndū esse dicunt, id est, cauendū, & attentè considerandum, his verbis exprimentes opinionem suam, sed timidè, ac verecundè, nēpe de eo, quod certi iuris non sit. Quo genere loquendi Cicero quoq; & ceteri authores Latini nō raro vñsunt.

Cic. Atti.

5 Cic. Atti. Vide, ne non sit facile. lib. 12. 18.

Cic. Itaq<sub>3</sub> videndum est, ne non satis sit id, quod apud Platonem est in Philosophos dictum. quòd in veri investigatione versentur, quoq<sub>3</sub> ea, quæ pleriq<sub>3</sub> vehementer expertant, de quibus inter se digladiari solent, contemnunt, & pro nihilo putent, propterea iustos esse. lib. 1. Officiorum.

Idem. Illud angit, vel potius excruciat, discessus ab omnibus his, quæ sunt bona in vita: vide, ne à in aliis dici  
10 verius pos sit. lib. 1. Tuscul.

<sup>1</sup> Sed & Hippocratem quoq<sub>3</sub> ostendit Galenus, non dissimiliter locutum fuisse, cum de rebus dul ijs non auderet constanter pronuntiare: & multa exempla colligit ex eoden, cuiusmodi est illud.

15 Galenus. Num quòd vrinas minixerint aquosas, considerandum est?. lib. De Comate.

Sed maximè omnium Iureconsulti nostri hanc locutionem usurparunt in suis responsis, ut sequentia exempla demonstrant: in quibus Accursiani putant Iureconsultos proponere questionem, sed ad eam non respondere: quod & nos alibi ostendimus in part. tracta. de pact. & l. 4. ff. de verb. obligat.

In persona tamen filij familias videndum est, ne ali quādo, et si pactus sit ne ageret, valeat pactio. c. 31. de  
25 pact. alias. 30:

Vbi Accursius phrasim Iureconsulti non intelligens, ait eum non respondere, an filio sit nocitura pactio.

Videamus, ne iniquum sit, emptorem compelli dimittere corpus, et ad actionē iudicati admitti, si interdū nihil præstatur propter inopiam venditoris. c. 27, de ædil. edicto.

Quod cum ita est, videamus nunc et si ab eo, qui vice-  
rit, donata legatáue res fuerit emptori, eque dicendū  
fit ex stipulatu actionem non nasci. c. 17 de euictio.

Videamus tamen, ne non aliter petitor hereditatis  
legatum restituere debeat. cap. 46. de pet. her.

Item. cap. 24. de lib. cau. & cap. 55. de acqui.  
 re. domi. & cap. 6. ibidem. tidem cap. 11.  
Quod via aut clam. cap. 2. De prætor. stipul. cap.  
 5. Si fami. fur. fec. cap. 59. De hæredib. instit.  
 cap. 1. De seruit. legat. cap. 13. De instru. leg. 10  
 cap. 40. De conditionibus & demonst. cap.  
 3. de collat. bon. cap. 4. De verbor. obligat.  
 cap. 19. De vsu & habitat. cap. 8. De inoffi.  
 testa. cap. vlt. De eo, quod certo loco. cap. 18.  
 Cōmodati. cap. 17. De Pecul. cap. 18. De dāno 15  
 infecto. cap. 6. De fideicom. libertat. cap. 31.

De rebus creditis

Hactenus autem Duarenus.

### Admonitio.

Facere non possum, quin hoc loco adscribā, 20  
 quos ipse inter legendum, respondendi mo-  
 dos excerpti, tam affirmantium, quam negā-  
 tium Iurisconsultorum.

Paulus. *Vix est enim, vt non videatur alienare, qui pa-*  
*titur vsu* capi. l. Alienationis. 28. ff. de verb. lig. 25

Gaius. *Periculum est, ne eum vel pignerauerit, vel ma-*  
*nunserit.* l. Si post. ff. de rei vindicat.

Idem. *Periculum est, ne nihil repeti possit.* l. Quod si  
 17. ff. de heredit. petit.

Quo modo & Cic. & Plaut. s̄apē locutos esse  
 supra

Suprademonstratum est.

Africanus. *Prope erit, ut videaris.* l. Cum quis. 38.  
ff. de solut. & liber.

Papinianus. *Prope est, ut intelligatur.* l. Quod sta-  
5 tu liber 41. ff. de mort. cau. donat.

Proculus. *Propius est, ut existimem.* l. Proculus.  
67. ff. de iure dot.

Papin. *Magis est, ut mihi furti competit actio.* l. Si  
vendidero. 80. ff. de furtis.

10 Vlpian. *Et magis est, ut eo tempore.* l. 1. ff. de incé-  
dio, ruina, naufr.

Idem. *Magis est, ut filio actio non detur.* l. Sed si. 17.  
ff. de iniurijs.

Idem. *Videamus an hoc edictum locum habeat,* & ma-  
15 *gis est ne habeat.* l. 1. ff. de incendio ruina naufr.

Idem. *Stirpes olea& arbores esse magis est.* l. 3. ff. ar-  
borum fur. cæsa.

Idem. *Quin neq; fur, neq; plagiarius sit plus quam ma-  
nifestum est.* l. qui vas. 48. de furtis & l. is. fin. ff.  
de iniurijs.

Idem. *Furtuum non esse nemini dubium.* Ibidem.

Idem. *Furtum eius factum esse verius est.* l. In furti  
actione. 50. ff. eod.

Idem. *Furti eam teneri nequaquam ambigendum est.*

25 l. Si quis. 52. ff. eod.

Idem. *Et potest defendi agendum.* l. eadem.

Idem. *Si non fuerit soluendo, dicendum est, non com-  
petere furti actionem.* l. eadem.

Idem. *Consequens erit dicere, cessare iniuriarum acti-  
onem.* l. 17 & l. 52. ff. de Iniurijs.

Gaius. *Intelligendum est questionem furti sublatam*

*esse*

- esse.* l. Interdum. s. 6. ff. de furtis.
- Africanus.** *Cui consequens videtur esse, vt &c.* l. Si seruus. 61. ff. eodem.
- Idem.** *Multo tamen aequum esse, nemini officium suum damnosum esse.* l. eadem.
- Idem.** *Aliter existimandum est. Merito aliud existimandum est.* d. l. Si seruus.
- Idem.** *Consequens erit, vt in furtiuam causam eos incidere dicamus.* d. l. Si seruus.
- Idem.** *Contra statuendum.* d. l. Si seruus.
- Celsus.** *Mibi dubium non videtur, quin repeti possit.* l. Inficiando. 67. ff. de furtis.
- Papinianus.** *Manifestus sur existimandus est.* l. Si vēdidero. 80. ff. de furtis.
- Idem.** *Non iniquè per dolii exceptionem uti præstetur ei furtua condicō, desidera Vitur.* l. eadem.
- Vlpia.** *Certo certius est non committi stipulationem.* l. Stipulatio ista. 38. §. 4. ff. de verb. obligat.
- Modest.** *Constantius dicetur, per dolii exceptionem fieri.* l. 13. ff. De iure dotium.
- Paulus.** *Non interpellari iam vsu capionis ius dicendum est.* l. quamuis. 84. ff. de furtis.
- Vlpian.** *In summa probatur hanc actionem locū habere.* l. 1. ff. Si is qui testam. liber.
- Africanus.** *Quod nullo modo probandum est.* l. 38. 25 ff. de solut. & lib.
- Sc̄auola.** *Verius puto partes eius heredes persecuturos.* l. vlt. ff. Si familia furtum.
- Vlp.** *De q̄ ea re inter omnes constat.* l. 5. ff. de Injurijs. & l. 46. De furtis.
- Idem.** *Et ita res se habet.* l. 5. ff. de Injurijs.
- Idem.

Idem.. *Et hoc est verum.* l. 7. & l. 22. ff. eodem.

Idem. *Quod verum non est.* Ibidem.

Idem. *Videtur & ipsi Labeoni; & ita se habet.* l. 15. ff. eod.

Idem. *Labeo scribit eandem rem non esse.* l. eadem.

5 Idem. *Maleficiū cum admittere palam est.* l. 17. ff.  
de Iniurijs & l. 14. de furtis.

Idem. *Indubitate dicendum est extingui actionem.* l.  
eadem.

Idem. *Ad eos nō pertinere procul dubio est.* d.l. 17. fin.

10 Idem. *Plus quām iniquum est.* l. 1. ff. ad S.C. Sylla.  
Idem. *Sine dubio domino competere actio videtur.* l.  
14. ff. de furtis.

Idem. *Non puto obligari eum.* l. 43. ff. eodem.

Pomponius. *Magis est furtum tē facere.* l. 44. ff.  
eodem.

15 Vlpian. *Furti agi posse, nulla dubitatio est.* l. 22. ff.  
eodem.

Pomponius. *Quod magis placet.* l. 9 ff. eodem.

Vlpian. *Meritō placet eum non habere actionem.* l.

20 14. ff. eodem.

Idem. *Papinianus probat, & verius est.* l. 12. ff. eod.

Idem. *Ita & Julianus s̄ ap̄ iſimē scripsit.* l. eadem.

Idem. *Dicimus hoc duplicari.* l. 27. ff. eodem.

Papin. *Rationis est.* l. cum post, 69. ff. de iur. dot.

25 Tryphon. *Humanitatis rationi congruum est.* l. in  
bello. 12. ff. De capt. & postl.

Celsus. *Videndum ne messis, & vindemia furti cum eo  
agi possit.* l. 67. ff. De furtis.

Vlp. *Eo q̄ iure vtimur.* l. inter oēs. 46 ff. de furtis.

Idem. *Hoc enim iure vtimur, vt furtum sine contrecta-  
tione non fiat.* l. Si quis. 52. ff. eodem.

**I**dem. l. i. §. 3. ff. Ne quid in flumine publico.  
**P**ompo. Vtimur eo iure, vt, &c. l. 5. ff. de sepul.  
 violato.

**V**lpian. Et ita vtimur. l. volgaris. 21. ff. De fur-  
 tis. & l. si cum. 41. eodem. 5

**P**ompo. Nec vtimur Seruij sententia, qui putabat &c.  
 furem habere furti actionem. l. qui re. 67. ff. eod.

**V**lpia. Hoc iure indistincte vtimur. l. non solum. ii.  
 ff. De iniurijs.

**G**aius. Sed mihi traditum est hoc iure nos vti. l. Si lo- 10  
 cuples. 54. ff. De manumiss. testamen.

*Causeo, ne.*

**C**œlius Cic. Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter  
 & candidè posuisse inimicitias videare. lib. 8. 9.

**T**er. Heaut. —— caue ne falsam gratiam stu- 15  
 deas inire. aet. 2. 2.

**C**ic. Quo studio prouidit, ne qua me illius temporis inui-  
 dia attingeret. lib. 3. 10.

**C**ic. Id semper egi, ne. Danda opera est, ne.

**I**dem. Valde id credo laborandum est, ne cessatio vitu- 20  
 peretur. lib. 9. 3.

**T**er. Eu. Vide, ne nimis calidum hoc sit modò. ac. 2. 3.

*Causeo, vt ne.*

**C**ic. Vna cautio est, atq; vna prouisio, vt ne nimis cito  
 diligere incipient. In Lælio. 25

**I**dem. Satis prouisum est, vt ne quid saluis auspicijs a-  
 gere possint. lib. 1. 4.

*Causeo, quo ne.*

**C**ic. Eo vidisti multum, quod præfinisti, quod ne pluris e-  
 merem. lib. 7. 2.

*Causeo,*

## Caeo, ne non.

Cic. Vide, ne, cùm velis reuocare tempus omnium conservandorū, cū, qui seruetur, non erit, nō possis. lib. 5. 4

## Caeo, absolute possum.

5 Ter. Heau. Cae posthac, si me amas, vñquam istuc verbum ex te audiam. aEt. 5. 4.

Cic. Hæc tibi nota esse volui, quæ caue, te perturbent, et impedian valetudinem tuam. lib. 16. 11.

Cic. Cae anteponas, caue facias. Horat. Cae faxis.

10 Virg. Occursare capro, cornu ferit ille, caueto. eclo. 9.

## Curo, vt.

Cic.. Ego, vt, me tibi amicissimum esse, & aqui, & ini- qui intelligent, curabo. lib. 3. 7.

Cic. Att. Illam manum tu, mihi, cura vt praestes. libr.

15 I.I.

Idem. Laboravi, diligentiam adhibui, operam dedi, cu- ræ nobis fuit, vt.

Cic. Attic. Videbis ergo, vt sustentetur per te. lib. 11. epist. 4.

20 Ter. Heau. —— amici quoq; res videnda in tuto vt collocetur. act. 4. 2.

## Curo, ne.

Cic. Att. Cura, ne aut diligentia tua mihi molestia, aut veritas acerba sit. lib. 3. 17.

25 Idem. Omnes tuos neruos in eo contendas, vide, prouide, videndum: tibi est, imprimis tibi cura sit, considera, enitere, operam da, labora.

Idem. Cuius exitum, ne extimescam, tua partes sunt. lib. 11. 14.

*Curo, vt ne.*

**Cic.** In illam igitur curam incumbet in place, ut ne quae  
scintillat et terrimi belli relinquatur. lib. 10. 14.

**Idem.** Operam do, studiosè operam do, ut ne.

**Ter. Hec.** — haec mihi nunc cura est maxima, ut ne. §  
act. 4. 2.

*Curo, vt i.*

**Sallust.** Ut res, ut si fuerint curabat. Iugur.

**Cato.** Opus rusticum omne, curet ut si facere. c. 5.

*Curo, quo.*

10

**Brutus. Cic.** Quod melius valeamus, operam dabimus.

lib. 11. 2 3.

**Cura,** sine Ut, nondum legere potui. sèpè tamē  
reperitur Fac, absolutè positum.

*Facio, vt.*

15

**Cic.** Omnia tibi ut nota sint, faciam. lib. 5. 19.

**Varro.** Reliquas quoq; canes facit, quæ id non habent,  
ut sint in tuto. De re Rust. lib. 2. 9.

**Cic.** Atti, Faciendum nobis erit, ut ab eo discedamus.  
lib. 3. 2 2.

20

**Cic.** Q. Frat. Sed non faciam, ut illam offendam. lib.  
2. 11.

**Cic.** eidem. Haec me ut confidam, faciunt. lib. 2. 14.

**Cic.** Inuitus feci, ut fortissimi viri T. Flaminij fratrem  
L. Flaminium è senatu ejcerem. In Catone.

25

**Ad Heren.** Necessariò faciendum est, ut paucis ratio-  
nem nostri consilij demus. lib. 4. princ.

**Plaut.** Penu. At q; te faciet, ut sis ciuis Attica. sc. 2. I.  
tidem Mercat. sc. Profecto,

Ter.

Ter. Heau. — *vel virtus tua me, vel vicinitas  
facit,*

*Vt te audacter moneam.* — sc. i.

*Facio, vti.*

§ Cato. *Vomeres facito vti bonos habeas, c. 5. & 23.*

Ter. Hec. — *ego tamen patrio animo victus, faciam  
Vti tibi concedam.* — act. 2. 2.

*Facio, quò.*

Matius Cic. *Quem semper dilexi lubenter, quò magis  
iure colere, atq; obseruare deberem, fecit.* lib. 11. 28.

Vlpia. *Si quis fecerit, quò quid eorum fieret.* l. 5. ff. de  
Iniurijs. & l. 15. Ibidem.

*Facio, ne.*

Cic. *Perfecerat q; fortuna, ne quid tale scribere possem,*  
lib. 4. 13.

Idem. *Perficiam, ne te frustra scripsisse arbitrere.* libr.  
5. 17.

*Facio, vt ne.*

Cic. *Perfice, vt ne minus resp. tibi, quam tu reip, debeas.*  
lib. 10. 12.

Idem. *Statuit nihil sibi grauius esse ferendum, quam vt  
illa matre ne vteretur.* Pro Cluen.

*Facio, vt non.*

Cic. *Magnitudo rei fecit, vt non vereremur.* lib. 2. 6.

*Facio, absolutè positum.*

Cic. *Fac opus apparent.* lib. 16. 18. & lib. 1. 7.

Idem. *Fac habeas fortem animum.* lib. 6. 14. & 15.

Ouid. *Fac modò constanter profugum tueare.* 5. trist. 5

Ter. Adel. — *facito, hac tecum cogites.* act. 5. 3.

Plaut.

**P**laut. *Ru.* *Tu a filia facito oret, facile exorabit.* sc. **A-**  
liquando.

**T**er. *Eu M e u s f a c s i s p o s t r e m o a n i m u s , q u a n d o e g o s u m*  
*t u u s .* — a ct. 1. 2.

*Admoritio.*

5

**L**oquendi modos quosdam obseruauit, quibus  
prisci illi veræ Latinitatis proceres libéter vti  
confueuerunt, quos ne præteriisse videar, pre-  
cedentibus subijcere lubitum est. Sunt autem  
tales. Fac ita esse. Finge sic euenisce. Puta me 10  
petisse. Pone me tamē esse. Do euenire posse.

**C**ic. *Fac ita esse: tamen hoc ferendū nullo modo oſt, tā-*  
*tam ab socijs pecuniam auferri.* lib. 2. In Verrem.

**I**dēm. *Fac id potuisse aliquo modo.* lib. 14. 14.

**I**dēm. *Facite hoc meum consilium legiones nouas non 15*  
*improbare.* Philip. 13.

**I**dēm. *Fac esse distentum cælum.* De nat. deor.

**V**irg. *Quis me autem (fac velle) finet.* — 4. æn.

**C**ic. *Finge mancipio aliquem dedisse.* In Topi.

**I**dēm. *Finge aliquem nunc fieri sapientem, nondum ef-*  
*fe.* 4. Academica.

**V**lpian. *Finge eam epistolam fuisse, quæ continebat, vt*  
*ei redderetur.* l. 14. ff. de Furtis.

**P**aulus. *Puta me petisse creditum.* l. quidam. 32. ff.  
de Furtis.

25

**T**er. *Phor.* *Verūm p o n c e ſ e v i c t u m e u m .* — a ct. 4. 3.

**V**lpian. *Ponamus eſſe eum patrem, cui iure, meritoq;*  
*curator à p r æ t o r e c o n ſ t i t u e r e t u r .* l. 17. ff. de iniurijs.

**V**arro. *Sed do etiam in hominibus poſſe nouenariū re-*  
*tineri numerum.* De re Rust. lib. 2. c. 1.

**C**ic. *Sed do hoc vobis, & cōcedo eſſe multos.* In Verrē.

Impe-

*Impedio, quin.*

Cæsar. *Germanni impediri non poterant, quin in nostros tela conijcerent.* i. bel. Gal.

5 Cic. Att. *Nulla re impedirer, quin, si vellem, mibi esset integrum.* lib. 4. 2.

Liuuius. *Quoniam per eum non stetisset, quin prestaretur.* Dec. i. lib. 2.

Plaut. Casi. *Vix teneor, quin, quæ decent te, dicam.* sc. Omnibus.

10 Idem Trinum. *Nec tuis depellor dictis, quin rumor seruiam.* sc. Sta.

Idem Amphi. *Quin loquar hæc, ut facta sunt hic, Nunquam vlo modo me potes deterrere.* sc. Age.

*Impedio, quò minus.*

15 Cic. Att. *Te iusta causa, quò minus ad nos venias, vi-deo impediri.* lib. 11. 17.

Cic. Att. *Ne impediret, quò minus id fieret.* lib. 2. 4.

Cic. *Ne q, impedio, quò minus eum ornes.* lib. 7. 5.

20 Hirtius. *Custodijs equitum Numidarum, quò id sine periculo minus fieret, impediebamur.* de bel. Africa.

Cic. *Per aduersarios tuos factum est, quò minus,* &c. lib 1. 4.

Idem. *Ea res me deterruit, quo minus.* lib. 6. 23. Itidē Atti. lib. 11. 8.

25 Idem. *Si te dolor corporis tenuit, quo minus venires.* lib. 7. 1.

Hirtius. *Deterritus non est, quò minus.* De bel. Alex.

Cic. *Non perficies, quò minus velim.* lib. 3. 7.

Idem. *Non legis improbisima pœna deductus est, quò minus,* &c. lib 14. 4.

Cæsar

Cæsar. Vento tenebantur, quò minus in eundem portū  
peruenire possent. 4. De bel. Gal.

Hirtius. Timorem fore impedimento, quo minus, se de-  
derent. De bel Alex.

Cato. Si per dominium mora fuerit, quo minus vinum 5  
degustet. c. 148.

Varro. Quid potero facere, quo minus pestilentia no-  
ceat. De re Rust. lib. 1. c. 11.

Cæsar. Cognovit per Afranum stare, quo minus prælio  
dimicaretur. 1. de bello ciuili.

Ter. And. Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse  
credat,

Quo minus ha fierent nuptiæ, volo.—act. 4. 2.

Paulus. Si per te factum non sit, quo minus mihi dare-  
tur. l. 66. ff. De furtis.

Idem. Per te non fieri, quo minus. l. eadem.

Paulus. Si per me non stetit, quò minus. l. 10. ff. ad ex-  
hibendum, & alibi sæpiissimè.

### *Impedio, quò secius.*

Ad Heren. Sin aliquid suum scribunt, cur, quò secius o- 20  
mnia scribant, impediuntur modestia. lib. 4. princ.

